
28542/b

HERCVLANENSIVM

VOLVMINVM

QVAE SVPERSVNT

TOMVS XI.



NEAPOLI MDCCCLV.

EX REGIA TYPOGRAPHIA

20452
WELLCOME LIBRARY INSTITUTE

FERDINANDO II. BORBONIO

UTRIUSQUE SICILIAE REGI MUNIFICENTISSIMO

PIO FELICI SEMPER AUGUSTO

CLEMENTISSIME DOMINE

Sistimus Tibi, Rex Augustissime, Herculanensium Voluminum Tomum XI, duas Papyros complexum, quae satis commode coalescere visae sunt, atque una simul edendae; quandoquidem in ipsis deprehendimus primam et alteram Partem, in quas Philodemus unum eumdemque Librum IV Operis sui ΠΕΡΙ ῾ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ *distribuit: quarum prior collegae nostri Iustini Quadrari opera et studio inlustrata, altera vero collegae itidem*

olim nostri Tuique praeceptoris Angeli Antonii Scotti Archiepiscopi Thessalonicensis, et per VI postremas pagellas Equitis Iosephi Genuensis nostri pariter quondam sodalis, labore et diligentia explanata fuit. Porro in utrisque hisce Philodemici Libri Partibus plurima occurrunt, quae vel ad Palaeographiae peritiam provehendam, vel ad Historiam Philosophicam nova luce ditandam, vel ad Hellenici Sermonis copiam ubertatemque ampliandam mirum in modum conferunt. Quae omnia quum grata doctis potissimum hominibus et utilia accidere, tum Tibi, Rex Sapientissime, per quam iucunda fore non immerito confidimus. Inter gravissimas enim Regni curas, in quas ad augendam in dies Tuorum populorum prosperitatem toto pectore incumbis, quidquid bonis sive litterarum sive scientiarum sive artium studiis velificetur, quantopere Tibi cordi sit, nemo unus ignorat. Te igitur etiam atque etiam obsecramus, ut quae Tua est erga nos nostraque haec studia effusissima voluntas, Tomum hunc duo Bibliothecae Tuae Papyraceae praeclara κειμήλια *exhibentem, ac Regiis Typis impressum, in grati obsequentisque animi nostri testimonium benigne excipias, Tuisque Auspiciis protectum, ac celsissimo Nomine Tuo insignitum in publicae lucis usuram prodire iubeas. Nos interea Deum O. M. ferventissimis precibus imploramus atque obtestamur, uti volens propitius Te cum Augusta Coniuge, nec non Francisco Principe iuventutis, caeteraque Regia Prole incolumem semper ac sospitem praestet, ad Tuorum populorum securitatem et felicitatem, bonorumque studiorum usque incrementum.*

Ex Regio Museo Borbonico VIII Kal. Maias
A. R. S. CIↃIↃCCCLV.

Devoti Numini Maiestatique Tuae
Academici Herculanenses.

ERUDITO LECTORI.

I. Operis a Philodemo Epicureo *De Rhetorica* conscripti quotquot fere Libri ex Papyraceis Codicibus Herculani effossis, veluti disiectae post naufragium tabulae, hinc illinc hactenus emersere, nihil inscriptum prae se aliud ferunt, quam Φιλοδημου Περι Ῥητορικης, quibus verbis, nec tamen semper, additur tantummodo numeralis nota ad locum indicandum, quem in totius Operis distributione Liber olim obtinebat. Sed huius Voluminis Titulus, quod nunc edendum curamus, praeter sollemnia illa Φιλοδημου Περι Ῥητορικης, praeterque numeralem notam Δ, haec insuper exhibet: Των εις δυο το προτερον. Quem sane Titulum pronum esset ita vertere: *Philodemi De Rhetorica Liber IV, Primus eorum qui in duo dividuntur:* unde liquido flueret, plures eiusdem Operis Libros in duas Partes distributos fuisse, interque eos quartum hunc priorem occurrere. Atqui totam hanc coniecturam a vero abesse aliud eiusdem Operis Volumen nos docuit, quod pariter pleniore prae caeteris Titulo hoc modo insignitur: Φιλοδημου Περι Ῥητορικης Δ, των εις δυο το δευτερον. Nimirum si quartus Operis Liber esset *primus* eorum, qui in duo dividebantur, quo tandem pacto fieri poterat, ut idem Liber quartus *secundus* etiam inter illos numeraretur? Hinc itaque intelleximus, verba illa των εις δυο το προτερον, atque των εις δυο το δευτερον non ad totius Operis, sed ad quarti tantummodo Libri partitionem spectare: cuius quidem Libri duas Auctor fecerat partes, de quarum Priore nunc nobis res est, Erudite Lector, alteram vero in hoc eodem Tomo congestam secundo loco atque opportune subiunctam invenies.

II. Iam vero huius Primae Partis vix Titulum superesse dices, si quantum ex ea temporum vices resecuerint paululum consideres. Praeter enim quam quod superstites Columnae ita sunt maculosae ac male habitae, ut litterarum contextus neque in una eademque pagella a capite ad calcem, neque ab una in aliam continenti serie umquam decurrat; illud etiam veluti malorum cumulus accessit, quod ingens Columnarum numerus omnino interciderit. Quod sane non levi aut vix probabili aliqua coniectura definimus, sed comperimus certissima ratione. Nam inter caetera in hoc Volumine prope singularia, illud animadvertendum occurrit, pagellarum singularum ima in ora numerales notas adpictas fuisse, quibus, non secus ac in nostris nunc Libris fieri solet, paginae omnes ordine recensebantur. Ac in prioribus quidem, quae nunc supersunt, Columnis huiusmodi numerales notas frustra quaeras, utique cum ima Columnae parte deperditas: sed in VIII.ª et sequentibus deinceps σελισι, quarum, X.ª tantum excepta, inferior margo adhuc perstat, tota illa nume-

ratio commodissime legitur, et perbelle procedit (1). Hinc autem eruimus, eam quae nunc est VIII.ª Columna, olim CXXXVI.am fuisse: postremam vero, quae hodie XIX.ª numeratur, fuisse olim CXLVII.am, atque de solido hoc numero, octo supra centum viginti σελιδας integras esse prorsus absumptas.

III. Huiusmodi autem ingens iactura eo nobis gravior accidit ac prope flebilior, quo haec Voluminis fragmenta, quae remanserunt, pretiosiora esse deprehendimus. Neque enim una de causa a doctis hominibus plurimi ea facienda esse censemus. Nam primum omnium nonnihil exhibent ad studiorum rationem recte instituendam fortasse utile (Vide Col. VIII, IX, XII). Deinde plurimam Philosophicae Historiae lucem adfundunt: quandoquidem in hisce Philodemi laciniis satis declaratur quibus cancellis coërceretur celebratissimum Epicureorum in Rhetoricam odium; tum odii illius origo, hactenus coniecturis divinanda, ab nostro Auctore disertis verbis detegitur Col. VII lin. 7 et seqq., nempe quod fixum animo destinatumque erat Epicureis, naturam ipsam ad eloquentiam comparandam, omissis Rhetorum artibus, abunde sufficere: unde novum elucet inter Democriti et Epicuri placita ligamen ac vinculum; siquidem,

Ingenium misera quia fortunatius arte
Credit, et excludit sanos Helicone poëtas
Democritus,

ut ait Venusinus, Art. Poët. 295 et seqq.; idcirco, ni fallimur, Epicurus huiusmodi decretum a poësi ad eloquentiam extendens, Rhetorum artificia contempsit. Ad haec ipsa Ars Rhetorica, quam Auctor carpendam sibi proposuit, nonnulla in hisce fragmentis reperiet, quae in suam utilitatem convertere possit, ut ea, ex. gr., quae habes in Col. XVI et seqq. de obscuritatis causis, deque ratione perspicuitatis in eloquio adipiscendae breviter illa quidem, sed egregie disputata. Praeterea philologicis studiis novas certe opes hae ipsae Philodemi liquiae important; quippe quae tum ad abstrusam illam Eruditorum quaestionem de interpunctionis apud veteres usu satis districandam iter muniunt (Videsis Adnotat. in Col. VII lin. 12 et 20): tum pleraque alia exhibent notatu digna circa veterem sive pronuntiationis sive scriptionis (2) rationem: tum denique novas vel voces vel vocabulorum significationes produnt. Cuius generis illud heic tantum commemorabimus, quod artificiosum dicendi genus, ad quod Rhetores alumnos suos exercere consueverunt, Λογον κατα θεμα, et θεματικον Philodemus vocet (Col. VII lin. 11 et 17): nec non quod desideratum verbum adhibeat, nempe Προσδιδασκω (Col. XVII lin. 4), quod opportunissimum esse ad Luciani affectum locum secure persanandum docti viri iamdiu decreverant: demum quod verbum Ψιλοω Philodemus ita efferat (Col. XI lin. 16), ut mirifice confirmet coniecturam, qua usus benemerentissimus Praeses olim noster Carolus Maria Rosinius dum in nostri Auctoris Epigrammate desperatae emendationis restituendo versaretur.

(1) Placet eius numerationis conspectum heic exhibere, quo quisque possit uno obtutu rem totam cernere.

Col. nunc	VIII.	olim	PΛϚ	CXXXVI.
——	IX.	—	PΛZ	CXXXVII.
——	X.	—	PΛH	CXXXVIII.
——	XI.	—	PΛΘ	CXXXIX.
——	XII.	—	PM	CXL.
——	XIII.	—	PMA	CXLI.
——	XIV.	—	PMB	CXLII.
——	XV.	—	PMΓ	CXLIII.
——	XVI.	—	PMΔ	CXLIV.
——	XVII.	—	PME	CXLV.
——	XVIII.	—	PMϚ	CXLVI.
——	XIX.	—	PMZ	CXLVII.

(2) Quo pertinet *Diple* ad extremam Columnae X lineam primam adpicta, a qua germanam Διπλης Περιεστιγμενης formam discimus: et alia nonnullius momenti, quae suis in locis ea qua poterimus diligentia notabimus.

Quam sane coniecturam iratis, quod aiunt, Musis a doctissimo Friderico Iacobs damnatam fuisse, ipse nunc Philodemus ostendit.

IV. Atque utrum caeteris rebus, quae efficiunt ut nostrum hoc volumen quantivis sit pretii, ea etiam accedat, quod Auctor sua illud manu exaraverit, non equidem definire ausim: sed ut id adfirmarem poene mihi persuasit singularis emendatio, quae Col. XIX lin. 8 occurrit. Certe non facile adsenserim Ioanni Winkelmanno, qui statuit, omnes cuiuscumque generis emendationes Auctoris sua manu scribentis indicium esse (1): adeo ut Herculanense Volumen quod inscribitur Φιλοδημου Περι Ῥητορικης B, quod iam tum evolutum vir ille inspexit, ab ipso autographum iudicetur eo quod alicubi exhibeat in verbo Ῥητορικη primum H in litterarum serie omissum, ac extra ordinem supra additum hoc modo ΡΤΟΡΙΚΗΙ (2). Qua quidem in re doctissimum virum sua fefellit opinio: nam hoc ipsum σφαλμα, quod Philodemo excidisse minime est verisimile, et ipsa emendatio, quae a quovis vel imperito homine fieri potuit, Volumen autographum non esse satis, ni fallor, ostendebant. Sed sunt quaedam emendationes, quas rectius fortasse immutationes dixeris, quippe quae non ad errores exterminandos, sed ad ea immutanda, quae recto stare poterant talo, pertinent: quapropter non nisi ab Auctoris vel dictantis vel scribentis libera voluntate proficisci potuisse videntur. Huiusmodi emendationem cernere est in Philodemi Libro De Musica, Col. XXIV lin. 11, ubi eruditissimus Interpres recte animadvertit, locum illum ab Auctore dictatum fuisse, Hercul. Vol. T. I pag. 104. Iam vero eiusdem generis est emendatio, quam, ut supra dicebamus, Col. XIX lin. 8 offendimus: ubi ille qui scripsit, postquam exaraverat Τα δε πραγματα, statim mutato consilio postremas duas litteras delendas iussit, et continenti serie addidit θοτι, ita ut pro πραγματα refingeret πραγμαθ' ὁτι. Haec profecto immutatio inter scribendum facta nonne Auctoris manum redolet? Accedit vero, quod hoc Volumen non versuum numerum, ut passim caeteri Herculanenses Codices, sed pagellarum tantummodo recensionem adscriptam habeat, contra Librariorum morem, qui versus potius numerabant. Neque Calligraphi nomen exhibet, ut alius Philodemi Περι Ῥητορικης Liber, quem habes in Hercul. Vol. T. IV, ubi pag. 46 optime monet Interpres, Amanuensem nomen ibi suum consignasse ut propriam apud lectores peritiam venditaret: quod sane βιβλιογραφος noster potiori ratione facere debuisset; quandoquidem noster Codex pulcherrimo in primis charactere Herculanenses hactenus evolutos Libros fere omnes vincit. Quibus omnibus illud etiam non parum ponderis adiicere videtur, quod probabilissimum sit Philodemum ipsum Herculani quandoque commoratum fuisse, ut vel Iacobus Martorellius, quamvis Herculanensibus Codicibus infensus, adserere non dubitavit in Additam. ad Lib. I De Regia Theca Calamar. pag. XXX. Caeterum ne autographum hoc Volumen esse animum prorsus inducam meum, et pro certo exploratoque adfirmem, primum emendationes vetant in Col. IV lin. 11 et 12, tum Col. XII lin. 9, Col. XIII lin. 7 occurrentes, quae omnes servilem manum mihi prodere visae sunt: deinde ipsa characterum pulchritudo, quae sane hominem calligraphiae potius quam scientiarum studiis deditum arguunt. Rem itaque in medio relinquo: et sive quis adfirmet, sive neget autographum, non intercedo.

V. Sed de horum fragmentorum praestantia satis, puto, Lectorem detinuimus. Iam vero quod ad totius Voluminis, maxima ex parte deperditi, argumentum pertinet, illud fortasse quis quaerat, num ex hisce paucis, quas forte fortuna habemus reliquiis, ullo pacto coniicere quiverimus quid in multis

(1) Winkelmannus, *Lettere al Cons. Bianconi*, pag. 10 T. VII Opp. Prato 1831.
(2) Winkelmannus, *Lettera al Conte di Brühl*, pag. 221. T. VII Opp. Prato 1831.

pagellis, quas desiderare cogimur, Auctor pertractaverit. Porro quum omnia diligenter perpenderimus, in eam fere opinionem venimus, Philodemum in absumptis Columnis utilitatem Rhetoricae infesto calamo expendendam sibi sumpsisse, eo praecipue respectu, quo Stoici eam laudibus et studio prosequebantur. Nempe quaesitum est apud veteres tum utrum Rhetorum praecepta ad eloquentiam comparandam utilia vel necessaria essent, qua de re praestat potissimum recolere quae disputat Cicero in De Orat. Lib. I Cap. 18 et seqq.; tum etiam illud, utrum scilicet ipsa eloquentia utilis esse possit. Quocirca Tullius sic primum De Inventione Librum exorditur: *Saepe et multum hoc mecum cogitavi, boni ne an mali plus adtulerit hominibus et civitatibus copia dicendi.* Suam vero de hac controversia opinionem sic aperit: *Ac me quidem diu cogitantem ratio ipsa in hanc potissimum sententiam ducit, ut existimem, sapientiam sine eloquentia parum prodesse civitatibus, eloquentiam vero sine sapientia nimium obesse plerumque, prodesse numquam.* Haec Cicero. Sed dicendi artem numquam revera utilem esse contendunt, qui eam insectantur, ut Empiricus, Advers. Rhetor. Segm. 42 pag. 287 Ed. Lips. Immo adseverant, ipsam primum quidem ei, qui eam calleat, perniciosam esse; cuius rei quas adferant rationes vide apud ipsum Empiricum, Advers. Rhetor. Segm. 27 ad 30: deinde vero civitatibus esse damnosam, quippe quae *adversus Leges sit comparata*: quod operose persequitur idem Auctor, ibid. ab Segm. 31 ad 41. Hinc Quintilianus conqueritur, quod in Oratoriam artem *Quidam vehementer invehi solent: et, quod sit indignissimum, in accusationem orationis utuntur orandi viribus: eloquentiam esse quae poenis eripiat scelestos, cuius fraude damnentur interim boni, consilia ducantur in peius, nec seditiones modo turbaeque populares, sed bella etiam inexpiabilia excitentur, cuius denique tum maxime sit usus, quum pro falsis contra veritatem valet.... Et his adiiciuntur exempla Graecorum Romanorumque; et enumerant qui perniciosa non singulis tantum, sed rebus etiam publicis usi eloquentia turbaverint civitatum status, vel everterint.* Institut. Orat. Lib. II Cap. 16 pag. 157 et seq. Lugd. Batav. 1665. Has vero opiniones Philodemo in deliciis fuisse, non solum Epicureae sectae placita nos dubitare non sinunt, sed ea etiam confirmant, quae ipse conceptis verbis in aliis Περι Ῥητορικης Libris profitetur. In eo nimirum, quem cl. Antonio Octaviano interprete in Hercul. Vol. T. V P. I editum habes, Των Ῥητορων, ait, ἡ τεχνη προς ουδεν επιδεικνυται των εις μακαριον βιον ανηκοντων χρησιμευουσα, *Rhetorum ars ad nullam earum rerum, quae ad vitam adtinent beatam, utilis ostenditur*, Col. XVII lin. 29 et seqq. pag. 27. Et ibidem, infra: Ει θεος ἡ Πειθω προσηκοντως ενομισθη, δια την φιλοσοφιαν απεθεωθη· το δε δια την δυναμιν αυτης ουκ ολιγα κακουργειν, ουκ επι της φιλοσοφου πειθους αληθες εστιν, αλλ’ επι της Ῥητορικης, *Si merito Dea existimata est Persuasio, ob philosophiam inter Deos est relata: quod vero plura mala ipsius vi inferantur, id non philosophicae persuasioni, sed Rhetoricae adscribendum esse constat.* Col. XXXII lin. 3 et seqq. pag. 57. In alio autem eiusdem Operis Libro, quem cl. Angelus Antonius Scotti interpretatus est, Rhetorica dicitur a Philodemo Βλαπτουσα εκ της φυσεως, *Natura sua nocens*, Col. I lin. 10 et seqq. Hercul. Vol. T. IV pag. 1. Quum igitur Philodemum ipsum in I.ª horum fragmentorum Columna deprehendamus concludentem quamdam suam ratiocinationem illis verbis, quibus unam aut alteram tantum litterulam de nostro supplevimus: Εκ των φυσει και κατ’αληθειαν συμφεροντων πως αν ερουσιν ειναι; *In rerum numero, quae suapte natura et revera conducunt, quomodo haec esse dicent?* non immerito coniecimus, illum in praecedentibus Columnis, quae perierunt, de Rhetoricae inutilitate, deque eis, quae illi ab

suis hostibus imputantur, malis disputasse. Quod sane argumentum in nuper citato Libro, quem Octavianus illustravit, contra omnes in genere Rhetoricae defensores, praecipue Rhetores ac Sophistas attigit: heic vero resumpsit, ac certe prolixius (si numerum deperditarum Columnarum adtendimus) adversus Stoicos pertractavit. Nam eum contra Stoicos hic stylum acuisse, eadem illa prior Columna statim prodit, in quam vide sis nostras Adnotationes.

VI. Nec sane mirum videri possit, Epicureum scriptorem contra Stoicos dimicare; quandoquidem et notum est, acerrimum odium inter has duas Philosophorum sectas exarsisse, ut pluribus ostendit Petrus Gassendus De Vita et morib. Epic. Lib. III Cap. 2 et seqq.; et illud etiam novimus, Philodemum ipsum, prae caeteris fortasse popularibus suis hac in re strenue se gerentem, nullam omnino praetermisisse occasionem, qua adversus inimicam factionem calamum stringeret. In Libro enim De Musica contra Stoicum certat; quod accuratissimus Interpres ibi monuit in Praef. §. XV pag. 16 et seq. Hercul. Vol. T. I: et contra Stoicos pariter arma sumit in Libro Περι Ευσεβειας, nec non in aliis, quos ex Herculanensibus Papyris iam exscriptos collegae nostri Interpretes sarciendos explanandosque obstetricia manu curant, propediem edendos. Sed praeter has causas, quae Philodemum in Stoicos semper concitabant, sunt etiam peculiares quaedam rationes, quae ei, ni fallimur, ansam praebuerunt heic, inque huiusmodi quaestione adversus Stoicos insurgendi. Has vero rationes breviter attingere operae pretium esse iudicamus, quum id ad fragmenta, quae nunc cum litterato orbe communicamus, melius intelligenda viam muniat.

VII. Nempe si quis consideret quam curiose veteres Philosophi, et quam frequenter in Rhetorum messem falcem immiserint, nae ille cum Themistio Philosophiae dicat oportet: Ῥητορικην αποδοκιμαζουσα, ὁμως εμπιπλης των ὑπερ αυτης ξυγγραμματων τα ταμεια της μνημοσυνης, *Rhetoricam quum improbes, de ea nihilominus ita multa conscribis, et Mnemosynes thesauros omnes impleas.* Orat. XXVI, pag. 329, Paris. 1684. Quocirca Rhetoricae operam dedisse dicuntur a Quintiliano *vel studiosius Philosophi quam Rhetores,* Instit. Orat. Lib. III Cap. 1 pag. 185. Sed huiusmodi in Rhetoricam studium, quo minus feliciter Stoicis cessit, Tullio iudice De Finib. Lib. IV Cap. 3, eo illis vehementius cordi fuit prae caeteris Philosophis universis; adeo ut nulla sit Philosophorum natio, quam amore et obsequio in Rhetoricam Stoici non longo intervallo post se reliquerint. Nam principio, nulla alia Philosophorum haeresis tam copiosum catalogum praebet eorum, qui Rhetoricis praeceptis conscribendis operam dederunt (1). Praeterea, aliae Philosophorum Scholae universae, ne iis quidem exceptis, quae ab Rhetoricis rebus excolendis minime abstinuerunt, nonnulla utique in Rhetoricam odia exercuere. Porro, ut Cynicos praetereamus Rhetoricam certe respuentes, quippe qui Παραιτουνται τα εγκυκλια μαθηματα, *Omnes liberales disciplinas repudiant*, ut ait Laërtius Lib. VI Segm. 103, Academicos quidem Rhetoricae infensos fuisse gloriatur Sextus Empiricus, Advers. Rhet. Segm.

(1) Nimirum Zeno Stoicorum auctor scripsit Περι Λεξεων, teste Laërtio Lib. VII Segm. 4, et Περι Λογου, Laërt. ibid. Segm. 39. - Cleanthes scripsit Περι Τεχνης, scilicet *De Arte Rhetorica,* Laërt. Lib. VII Segm. 174, Cicer. De Finib. Lib. IV Cap. 3; tum Περι Λογου tres Libros, Laërt. Lib. VII Segm. 175; et Περι Μεταληψεως, teste Athenaeo, Lib. XI Cap. 32 pag. 229, et Cap. 42 pag. 243 T. IV Ed. Bip. — Chrysippus praeter Artem Rhetoricam, quam commemorat Cicero De Finib. Lib. IV Cap. 3, plura scripsit ad hanc materiam pertinentia, quorum recensionem vide apud Laërtium, Lib. VII Segm. 192.—Annaeus Cornutus Stoicus, etiam Πολλα Ῥητορικα scripsit, ut ait Suidas: et eius quidem Ῥητορικας Τεχνας citant Porphyrius et Simplicius in Categor.—Stoicus item Posidonius Apameensis opus lucubravit, cui titulus Εισαγωγη Περι Λεξεως, ut refert Laërtius Lib. VII Segm. 60.—Et Stoicus pariter Theo Alexandrinus, qui Augusti tempore floruit, scripsit, teste Suida, Περι Τεχνων Ῥητορικων βιβλια Γ, *Artis Rhetoricae Libros tres.*—Quid quod Dionysius Halicarnasseus, Graecorum Rhetorum facile princeps, inter Stoicos Philosophos computatur tum a Vossio De Idololatr. Lib. I Cap. 10 pag. 29 Amstelod. 1700, tum etiam ab Heumanno apud Fabricium Biblioth. Graec. Lib. III Cap. 10 pag. 561 T. III Ed. Harles?

20 pag. 292, et Segm. 43 pag. 297. Nec temere id iactat; nam quam salse exagitet Rhetores Plato quum alibi tum praecipue in Gorgia, omnes norunt: et Agnon, qui teste Quintiliano *Rhetorices accusationem professus est*, Instit. Orat. Lib. II Cap. 17 pag. 164, Academicus fuisse dicitur ab Athenaeo Lib. XIII Cap. 79 pag. 180 T. V Ed. Bip.: praeterea Clitomachus et Charmidas, quos Sextus Empiricus in Rhetoricam invehens auctores laudat, profecto Academici fuerunt, Carneadis discipuli. Vide Fabricium Biblioth. Graec. Lib. III Cap. 4 pag. 167, et seq. T. III Ed. Harles. Peripatetici autem nihilo in Rhetoricam aequiores fuere: quandoquidem Critolaus Peripateticus eius disciplinae hostibus adcenseatur non solum a Sexto supra citato, Advers. Rhetor. Segm. 12 et 20, sed etiam a Quintiliano, Instit. Orat. Lib. II Cap. 17 pag. 164: et Athenaeum, qui, teste Quintiliano Lib. II Cap. 15 pag. 153, Rhetoricam vocabat *fallendi artem*, Peripateticum pariter fuisse docet Strabo, Lib. XIV pag. 987 Amstel. 1707: praeter quam quod Paripateticorum dux et magister Aristoteles, quamvis Rhetoricis praeceptis tradendis tantopere insudarit; non solum adversus Rhetoricam, Quintiliano teste Lib. II Cap. 17 pag. 164, *Quaedam subtilitatis suae argumenta excogitavit in Gryllo*, sed etiam in his ipsis, quos habemus Rhetoricorum Libris sic eam disciplinam vituperat: *Ὁλης ουσης προς δοξαν της πραγματειας της περι Ῥητορικην, ουχ ὡς ορθως εχοντος, αλλ' ὡς αναγκαιου την επιμελειαν ποιητεον· επει τογε δικαιον μηδεν πλειω ζητειν περι τον λογον, η ὡς μητε λυπειν, μητε ευφραινειν· δικαιον γαρ αυτοις αγωνιζεσθαι τοις πραγμασιν, ὡστε τάλλα, εξω του αποδειξαι, περιεργα εστιν· αλλ' ὁμως μεγα δυνανται, καθαπερ ειρηται, δια την του ακροατου μοχθηριαν*, *Quum tota sit ad opinionem traditio Rhetorica, non ut rei recte se habentis, sed ut necessariae, eius cura suscipienda est: quoniam iustum est, nihil amplius quaerere circa sermonem, quam ut neque molestiam, neque iucunditatem afferamus: iustum est enim ipsis certare rebus: quare alia, praeter demonstrationem, supervacanea sunt: verumtamen multum valent, ut dictum est, propter auditoris improbitatem.* Rhetor. Lib. III Cap. 1 pag. 584 T. II Opp. Lut. Paris, 1629. Quae sane verba animum ostendunt non omnino nec constanter in Rhetoricam optime affectum. Sed ut omnia accuratissime perscruteris, nihil certe huiusmodi apud Stoicos reperias: siquidem ex una hac Philosophorum familia nemo umquam inventus est, cuius quidem memoria exstet, qui vel ex proposito adversus Rhetoricam scripserit (1), vel ea in illam *σκωμματα* fuderit, a quibus aliarum sectarum Philosophos nec omnes, nec semper abstinuisse constat (2). Adhaec,

(1) Athenodorum Rhodium, qui teste Quintiliano Lib. II Cap. 17 pag. 164 multa scripsit ad Rhetoricam eo nomine carpendam, quod artem esse negaret, Stoicum quidem fuisse suspicatur Turnebus, a quo Suidas adlegatur. Sed aliud fortasse agebat Vir ille quum id suspicaretur. Nam Athenodorus, de quo Suidas loquitur, Augusti praeceptor et consiliarius, Stoicus quidem fuit, sed patria Tarsensis, cognomento Cananites, et ab Rhodio Athenodoro toto coelo diversus. Vide sis Fabricium, et Harlesium, Biblioth. Graec. Lib. III Cap. 10 pag. 543 T. III Ed. Harles.

(2) Non equidem diffiteor, nonnulla apud Senecam occurrere, quae aliquod quodammodo Rhetoricarum rerum contemptum portendere videantur, ut Epist. XL pag. 138 T. II Opp. Amstel. 1672; tum Epist. LXXV pag. 288, Epist. C pag. 464, Epist. CVIII pag. 536, Epist. CXV pag. 568. Sed iam compertum est, Senecam, ut ait Gatakerus Praeloq. in M. Antonin., non esse unius eiusdemque ubique coloris, nec per omnia constare usque sibi; et quo Lucilio suo forsitan Epicureo gratum faciat, non infrequenter ad Epicuri castra transire. Stoicarum certe partium se desertorem quandoque ostendit, ut quum Zenonem deridet Epist. LXXXII pag. 337 et seqq., et Epist. LXXXIII pag. 342, aut quum Chrysippum exsibilat, ut De Benefic. Lib. I Cap. 3 et 4, tum Epist. XLV pag. 152, aut totam Stoicorum familiam, ut Epist. CXIII pag. 551 et seqq.: quandoque autem disertis verbis profitetur, se in nullius iurasse verba magistri, et non omnibus Stoicorum decretis adhaesisse, ut quum ait: *Haec Stoicis quoque placere ostendam; non quia legem dixerim mihi nihil contra dictum Zenonis Chrysippive committere; sed quia res ipsa patitur me ire in illorum sententiam.* De Otio sapient. Cap. XXX; itemque quum inquit: *Non me cuiquam emancipavi, nullius nomen fero: multum magnorum virorum iudicio credo, aliquid et meo vindico*, Epist. XLV pag. 150; denique illis verbis: *Quod in Senatu fieri solet, faciendum ego in Philosophia quoque existimo: quum censuit aliquis, quod ex parte mihi placeat, iubeo illum dividere sententiam, et sequor. Eo libentius Epicuri egregia dicta*

Stoici diserte profitebantur, rhetorica praecepta ad eloquentiam comparandam necessaria prorsus omnibus esse: adeo ut quum sapientem nihil non optime expedire posse dictitarent; eum tamen bonum oratorem futurum, nisi Rhetorum artes didicisset, non concederent; Stobaeo teste: Μονον δε φασι τον σοφον και μαντιν αγαθον ειναι, και ποιητην, και ῥητορα....ου παντα δε, δια το προσδεισθαι εις τινα τουτων και θεωρηματων τινων αναληψεως, *Sapientem vero solum aiunt et vatem bonum esse, et poëtam, et oratorem...:attamen non omnes; quia ad singula horum et praeceptis quibusdam opus sit.* Eclog. Lib. II Cap. 7 pag. 122 T. III Gottingae 1801. Quae sane praeceptorum ad eloquentiam adipiscendam necessitas mirum in modum Epicureis stomachum movebat (vide quae habet Philodemus in horum Fragment. Col. VII lin. 8 et seqq., et quae ibi adnotavimus pag. 32 et seq.). Denique nimio fortasse Rhetoricam favore prosequentes eo progressi sunt Stoici, ut illam contra caeterorum Philosophorum decreta Rationalis Philosophiae partem esse dicerent: cuius rei testes locupletissimos habemus Laërtium Lib. VII Segm. 41, et Senecam, qui Stoicam philosophicarum rerum divisionem adumbrans, de rationali parte sic loquitur: *Superest ut rationalem partem Philosophiae dividamus. Omnis oratio aut continua est, aut inter respondentem et interrogantem divisa. Hanc* Διαλεκτικην, *illam* Ῥητορικην *placuit vocari. Haec verba curat et sensus et ordinem:* Διαλεκτικη *in duas partes dividitur, in verba et significationes, idest, in res quae dicuntur, et vocabula quibus dicuntur.* Epist. LXXXIX pag. 399. Ad haec certe Quintilianus adludit quum gloriatur Rhetoricam atque Dialecticam mirifice a Zenone *coniunctas* fuisse: *Quum duo sint,* ait, *genera orationis, altera perpetua, quae Rhetorice dicitur, altera concisa, quae Dialectice: quas quidem Zeno adeo coniunxit, ut hanc compressae in pugnum manus, illam explicitae diceret similem,* etc. Lib. II Cap. 20 pag. 174. Atque huc etiam spectat quod idem Quintilianus observat Lib. II Cap. 15 pag. 156, nempe Chrysippum Cleanthi obsequutum Rhetoricam vocasse non *artem*, sed *scientiam recte dicendi.* Porro omnes Stoici adfirmabant, ut est apud Laërtium, Lib. VII Segm. 42, Την Ῥητορικην επιστημην ουσαν του ευ λεγειν, *Rhetoricam esse* SCIENTIAM (male utique Meibomius vertit *artem*) *bene dicendi.* Nempe non soli certe Stoici Rhetoricam appellarunt scientiam; sed soli eo sensu hac eam denominatione donabant, quo ab artium numero secernerent, atque ad scientiarum dignitatem veherent. Audiatur hac de re Sextus Empiricus: Ξενοκρατης ὁ Πλατωνος ακουστης, και οἱ απο της Στοας φιλοσοφοι ελεγον Ῥητορικην ὑπαρχειν επιστημην του ευ λεγειν· αλλως μεν Ξενοκρατους την επιστημην λαμβανοντος, και αρχαϊκῳ νομῳ αντι της τεχνης· αλλως δε των Στωικων, αντι του βεβαιας εχειν καταληψεις, εν σοφῳ μονῳ γενομενην, *Xenocrates auditor Platonis, et Stoici Philosophi dicebant Rhetoricam esse bene dicendi scientiam: aliter quidem Xenocrate accipiente scientiam, et antiqua lege pro arte; aliter autem Stoicis, pro eo quod est habere firmas ac stabiles comprehensiones: quae quidem in solo existit sapiente.* Advers. Rhetor. Segm. 6 pag. 289 Ed. Lips. Hinc Cicero, *Hanc,* inquit, *Stoicis habeo gratiam, quod soli ex omnibus eloquentiam virtutem ac sapientiam esse dixerunt.* De Orat. Lib. III Cap. 18. Huiusmodi autem placitis tenaciter inhaerentes Stoici rhetoricis artificiis expolitam dicendi rationem, quamvis ut plurimum invitis Gratiis, opportune atque importune affectabant, et philosophicis etiam scriptis intersere- bant; adeo ut hac in re minus temperantes habeantur quam alii Philosophi, qui id quidem melius praestare potuissent. Quocirca, ut observat Galenus, ipsi

commemoro, etc. Epist. XXI pag. 79 et seq. Quocirca unius Senecae ab reliquis Stoicis hac in re discrepantia nihil nobis negotium facesseret. Caeterum ne Senecam quidem ipsum in Rhetoricam proprie iniuriosum fuisse, satis est manifestum.


Aristoteles et Theophrastus Ῥητορικα λημματα αιδουνται παραλαμβανειν εις αποδειξεις επιστημονικας, ὧν πεπλησται τα Χρυσιππου βιβλια, *Rhetoricas sumptiones ad scientificas demonstrationes adducere verentur, quibus Chrysippi libri scatent.* De Hippocrat. et Plat. Placit. Lib. II Cap. 2 pag. 89 T. V Ed. Charter.

VIII. Haec ferme in causa fuerunt, cur Philodemus adversus Rhetoricam scribens satis idoneam occasionem in Stoicos impetum faciendi nancisceretur, ac lubentissime arriperet. Atque ita suam tractationem digessit, ut Stoicorum in Rhetoricam studium et favorem per omnes suas partes adoriretur, ac pro virili retunderet. Nam quae in deperditis Columnis, ut coniecimus, disputavit, ad Rhetoricam non solum inutilem, sed etiam damnosam fortasse ostendendam, eo certe spectabant, quo demonstraret quam inepte Stoici eam disciplinam Philosophiae partem facerent; ac proinde contra sua
Col. I. ipsorum de bonis ac malis placita Rhetoricam natura sua bonam et vere
utilem, eloquentiam autem sapientiam ac virtutem esse putarent. Quod ut
magis magisque confirmet, statim adversarios sibi obiicientes facit, quod ipsa
Col. II. Philosophia Rhetoricis artificiis ac concinna scribendi ratione usa sit. Eam
namque obiectionem dissolvens ipse demonstrat quam indignum sit philoso-
Col. III. e IV. phica gravitate verba potius, quam res sectari; et veros philosophos non
proprie auditorum dilectationem, sed opinionum utilitatem sequi.

IX. Deinde, idem utique propositum urgens, ad ea se convertit, quae
frequentius Rhetores in suis illis artibus tradere solent; atque ex iis non-
nulla attingit, quae minus Philosophum decere videantur. Primum quidem
Col. V. tam curiose ab Rhetoribus ac Sophistis inculcatam ονοματοποιΐαν carpit, quam
locum habere posse negat: deinceps vero imitationem improbat, atque a sa-
Col. VI. piente scriptore ablegat. Et dicendi veneres, quae tum hisce, tum caeteris
aliis Rhetorum artificiis comparantur, similes esse pronuntiat pretiosis lapi-
dibus, quibus qui non utuntur, neque damnum ullum accipiunt, neque ulla
Col. VII. incommoditate praemuntur. Ubi rhetorica praecepta in genere perstringens,
observat, absque eorum ope, et naturae vi pulchre dici posse, adeo ut mi-
serabile ac turpe sit naturali dicendi ratione posthabita ad artificialem confu-
gere: quo in loco eo etiam respectu Stoicos confodit, quod ipsi, ut supra
adnotavimus, rhetoricas praeceptiones omnino necessarias esse profiterentur.
Addit praeterea, artificialem dicendi rationem non ad omnia pertractanda
idoneam esse: tum ex Rhetorum artibus inflatum ac frigidum sermonis genus
foveri; easque pueriles esse ineptias, quae magno molimine aguntur, et quibus
fieri non potest ut viri immortalitatis laude digni instituantur: denique ipsos
Col. VIII. Rhetores ne unum quidem pulchrae orationis genus unanimi consensione de-
terminasse, eosque in suis doctrinis mirifice in diversum trahere. Cuius rei
primum causam assignat, arguens, tantam opinionum varietatem inde profi-
Col. IX. cisci, quod Rhetores non id, quod vere eloquentiam exercentibus faciendum
sit, praecipere, sed ea potius, quae quemque ipsorum dicere libet, quaeque
veri oratores negligere debent: unde etiam deducit, eos a nobis dimittendos
esse, spemque facit absque eorum adminiculis optime scribi: atque observat,
Col. X. fieri non posse, quin turpiter erremus, si in tanta opinionum discordia nobis
sumamus quidquid singulis proferre collibitum fuerit. Deinde vero huiusmodi
discordiam demonstrat, duobus exemplis in medium adductis, quorum al-
Col. XI. terum ex Rhetorum dissensione circa tropos ac figuras, ut videtur, desum-
pserat, alterum ab iis, quae de pronuntiatione illi disputant. Post haec ani-
madvertit, iuvenes ipsa hac opinionum ac praeceptorum discordia implicatos,
ac propterea nullius fere iudicii, ad vitiosiora quaeque ex omnibus Libris
Col. XII. imitanda adigi: quocirca tempus et naturale ingenium in re consumere, quae
artem certe elocutionis non complectitur.

X. Ex his omnibus Auctor concludit, quum non artem, sed naturam
ad eloquentiam comparandam abunde prospicere, tum illud praecipue, indi-
gnum esse Philosopho vanis Rhetorum artificiis animum adpellere, et quid- Col. XIII.
piam aliud concinni atque elaborati in dicendo, praeter unam perspicuitatem
quaerere. Ad eiusmodi vero conclusionem melius constabiliendam, quae Stoi-
corum circa Rhetoricam opiniones radicitus evertit, coronidis loco Auctor
subnectit compendiariam de sermonis obscuritate tractatiunculam, in qua duo,
ni fallimur, commonstrare nititur, primum nempe, Rhetorum artes, nimium-
que in scribendo studium praecipuam ac copiosam obscuritatis causam exsi-
stere; alterum vero, et obscuritatem naturaliter, dummodo quis non prorsus
supine se gerat, caveri posse, et hac una devitata optime scribi. Itaque ob-
scuritatis duo genera constituit: alterum scilicet eius, quae, ut ipse ait, *επι-
τηδευματικως γινεται*, alterum eius, quae fit *ανεπιτηδευτως*. Et in primi generis
exemplum adducit, ni valde hallucinamur, Platonis stylum, de quo paucis Col. XIV.
verbis acutissimum gravissimumque profert iudicium. Deinde concludere vi-
detur, praestare prorsus ipsis quandoque soloecismis indulgere potius quam in
huiusmodi obscuritatem ex nimia diligentia profectam se coniicere. Ubi de Col. XV.
soloecismis quandoque excusandis ipsorum Stoicorum, contra quos disputat,
auctoritatem in medium adfert: ipsosque paulo post eo nomine iterum reos Col. XVI.
agit, quod pugnantia secum placita profiteantur. Deinde ad alterum obscuri-
tatis genus se convertit, cuius causas fugienti quidem calamo, sed satis acute, Col. XVII et XVIII.
et diligenter recenset: ac tandem finem facit proponens brevia quaedam mo-
nita, quorum ope ab enumeratis obscuritatis causis quemque absque Rheto- Col. XIX.
rum artibus nullo negotio sibi cavere posse Auctor putavit.

XI. Sed iam satius fortasse erit, ut haec omnia tumet, benevole Lector, apud ipsum Auctorem inspicias, a quo perlustrando diutius tibi impedimento esse nolumus. Perge igitur alacri animo ipsum adire: nostrosque labores in hisce laciniis sarciendis explicandisque aequi bonique consulas obtestamur, certam spem foventes, Te interpretationem nostram perlegentem, maiorem utique peritiam a nobis perpluribus in locis, sed patientiam et diligentiam nusquam fortasse desideraturum.



Gio. B. Malesci dis. *Carlo Malesci inc*

ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ

ΠΕΡΙ ῬΗΤΟΡΙΚΗΣ


Δ̄

ΤΩΝ ΕΙΣ ΔΥΟ ΤΟ ΠΡΟΤΕΡΟΝ.

PHILODEMI

DE RHETORICA

LIBRI IV PARS PRIOR.



Gio. B. Malesci dis. *Carlo Malesci inc.*

COLUMNA I.

Ἐκ τῶν φυσει και κατ' α-
ληθειαν συμφεροντων
πως αν συνερουσιν ει-
ναι; Αλλ' ουν ὁ τἀγαθα,
και τα κακα, και τα με-
ταξυ τῇ φυσει κατα-
νενοηκως, και τα ποι-
ητικα τουτων προσε-
θηκε, κακως τα τε εμ-
πλεκειν, και τα κατα
της θεωριας, ὁ μεν α-
λογωτατον, κατασκευ-
αζειν διελεγχεται.

E rerum numero, quae suapte natura et revera conducunt, quomodo haec esse dicent? ¶ Sed certe qui bona et mala et naturaliter media quum excogitavisset, horum etiam efficientia adiicienda curavit; perperam tum haec confundere ac permiscere, tum contra suam theoriam, quod quidem est absurdissimum, illa adstruere convincitur.

CAP. I

Absurde Stoicos in bonorum censum Rhetoricam adsciscere.

ADNOTATIONES IN COL. I.

Lin. 1 et seqq. Prima haec Columna olim CXXIX.ª erat (Vide Praefat. §. II); adeoque plurima contra Rhetoricam praemissa et deperdita censendum omnino est. Videtur autem Auctor hactenus *παραγγελματα ῥητορικα* perstrinxisse, atque, ut caeteri Rhetoricae accusatores solent, demonstrasse, ea saepe damnum reipublicae et privatis adtulisse. Quum autem inter Philosophos Stoici potissimum Rhetoricas artes favore prosequerentur; in eos Philodemus impetum faciens, eorum θεωριαν de bonis ac malis commemorat, de quibus Philosophi illi accuratissimas, longas, acutas disputationes instituebant; et sic eos arguit. Quum constet praecepta Rhetorica malum adtulisse, quomodo utilia et bona ea praecepta erunt? Utique id dicendo, tum vestras omnes distinctiones de bonis ac malis funditus elevatis, quippe qui bona et mala turpiter misceatis, tum contra vestras θεωριας pugnatis, in quibus scilicet decernitis nihil vere bonum esse posse, quod utile non sit. Quo spectant ni fallor verba illa lin. 9 et seqq. *τα τε εμπλεκειν, και τα κατα της θεωριας....κατασκευαζειν*. Quapropter priora illa *των Φυσει και κατ᾽ αληθειαν συμφεροντων*, ad *παραγγελματα ῥητορικα* referenda esse arbitror. Παραγγελματα sane Auctor vocat Rhetorum ac Sophistarum praeceptiones quum alibi, tum ubi ait: Κατα το πλειϛον ὑψος προκοψον ουκ απο των σοφιϛικων παραγγελματων, *Ut plurimum sublimitas procedens non a praeceptis sophisticis*, Col. II lin. 1 et seqq. Partis alterius huius eiusdem Libri Περι Ῥητορικης Δ.

Lin. 1 Φυσει. Ut hanc vocem sine ulla cunctatione refingamus, suadent primo residua maxima ex parte elementa: deinde sermonis contextus, in quo mox idem vocabulum recurrit (lin. 6) non sine manifesta ad praesens comma adlusione: denique ipse Philodemus, a quo Rhetorica dicitur *βλαπτουσα εκ της Φυσεως*, *natura sua nocens*, in eo Περι Ῥητορικης Libro, quem a Cl. Angelo Antonio Scotti illustratum habes in Hercul. Vol. T. IV, Col. I lin. 10 et seq. Porro Rhetoricae defensores ut iacta in eam *σκωμματα* eluderent, frequenter aiebant, non artis, sed male utentium vitio fieri, ut ipsa quandoque noceret: idque, ut disces a Sexto Empirico Advers. Rhetor. segm. 43 et seq., confirmare conabantur exemplo plurimarum rerum, quas hominum malitia vertere in perniciem potest, quamquam per se sint nedum utiles, sed ad vitam prorsus necessariae. Videsis Quintilianum hisce exemplis affatim usum Lib. II Inst. Orat. Cap. 16 pag. 158, *Lugd. Batav. 1665*. Quo igitur huiusmodi exceptioni Philodemus occurreret, eam cautionem adhibuit, ut diceret Rhetoricam perniciosam esse *suapte natura*: sic enim evasionem illam, qua hominum malitiae pernicies adscriberetur, prorsus praeclusam fore putabat.

Lin. 1 et seq. Κατ᾽ αληθειαν. Verbis quidem et rerum specie plurima hominibus commoda ab Rhetoribus eorumque alumnis promitti, re autem vera ipsos nulla praestare, passim adseverant Oratoriae Artis hostes. Sic Sextus Empiricus, *Λογῳ μεν*, ait, *και τῳ δωκειν, ὑπερ του κοινῃ συμφεροντος ὑπισχνειται παντα ποιησειν· ταις δε αληθειαις, απ᾽ ουδενος ὑγιους τροφην πορίζεταί*, *Verbis quidem, et quam de se praebet opinione, pollicetur se omnia facturum pro bono publico: re autem vera nihil boni et sani exhibet alimenti.* Adv. Rhetor. seg. 42. Sexto igitur auctore et *κατ᾽ αληθειαν* praemittendum duximus *τῳ* insequenti *συμφεροντων*, et verbum *αληθειαν* supplere ausi sumus.

Lin. 2 Συμφεροντων. Ad Rhetoricam *κακοτεχνιαν* ostendendam non temere hoc vocabulo usus est Philodemus, quippe qui Stoicos heic carpit ut mox videbimus, quos sane eo argumentationis genere, quod *ad hominem* dicunt, urgere videtur. Nam apud Stoicos quidquid non prodest, mali rationem obtinet: siquidem ipsi *ὁριζονται τἀγαθον τροπῳ τῳδε. αγαθον εϛιν ωφελεια, η ουχ ἑτερον ωφελειας*, *bonum hoc modo definiunt: bonum est utilitas, aut non alienum ab utilitate.* Empiricus Adv. Ethic. segm. 22. Quod totidem verbis refert idem Auctor in Pyrrhon. Hypotyp. Lib. III Cap. 20 seg. 169. Porro hanc Stoicorum sententiam respexit Clemens Alexandrinus ubi ait: *Το δε αγαθον, ᾗ αγαθον εϛιν, ουδεν αλλο ποιει, η ὁτι ωφελει*, *Bonum autem, quatenus bonum est, nihil aliud facit quam prodest.* Paedag. Lib. I Cap. 8 pag. 136, *Oxon. 1715*. Discimus etiam ex Stobaeo, apud illos Philosophos *παντα τἀγαθα ωφελιμα ειναι, και χρηϛα, και συμφεροντα....τα δε κακα εκ των εναντιων παντα βλαβερα, και δυσχρηϛα, και ασυμφορα*, *omnia bona utilia esse, commoda, conducentia,... mala contra omnia inutilia, incommoda, noxia*, Eclog. Lib. II Cap. 7 pag. 94 T. III *Gottingae 1801*. Consule, si placet, eadem de re eumdem Auctorem ibid. pag. 78, Laërtium Lib. VII seg. 94, 98, 99, Ciceronem Lib. III *De offic.* Cap. 4 et 7, Suidam in V. Αγαθον, Scioppium Element. Philosoph. Stoic. Cap. CXXI. Caeterum Epicurus quoque

in bonorum malorumque discretione nonnullam utilitatis rationem habendam esse voluit: de hisce enim loquens ait: Τη μεν τοι συμμετρησει, και συμφεροντων και ασυμφερων βλεψει ταυτα παντα κρινειν καθηκει, *Commensione itaque et utilium inutiliumque respectu haec omnia iudicare convenit.* Epist. ad Menoec. apud Laërt. Lib. X seg. 130. Quo etiam Philodemus fortasse respexit.

Lin. 4 et seqq. Ο῾ τἀγαθα, και τα κακα, κ. τ. λ. Qui superstites litteras, lacunae spatium, et totius περιοχης sensum attente consideret, nostrum fortasse supplementum non improbabit. Caeterum hanc rerum divisionem in bona, mala, et media sive indifferentia Plato agnovisse videtur quum ait: Εϛι τι των οντων, ὁ ουχι ητοι αγαθον γ' εϛιν η κακον, η μεταξυ τουτων, ουτε αγαθον ουτε κακον, *Earum rerum quae sunt, est quae neque bona quidem sit, neque mala, sed mediam quamdam habeat naturam, idest neque bonum sit neque malum.* Gorg. pag. 467, T. I, Ed. Steph. Atque eadem fere habet in Protag. pag. 351, T. I. Quocirca eam opinionem inter Platonis placita recenset Laërtius Lib. III. segm. 102. Plerosque alios etiam philosophos in eamdem sententiam ivisse adeo certum est, ut si Sexto Empirico fidem habeamus, Παντες μεν οἱ κατα τροπον ϛοιχειουν δοκουντες, *Omnes philosophi qui rite videntur instituere*, divisionem illam amplexi sint. Advers. Ethic. segm. 3, pag. 692. Verum Καιπερ συμφωνου δοκουντος ὑπαρχειν κατα παντας του ὁτι τρισση εϛιν ἡ των οντων διαφορα· τινες ουδεν ἡττον ευρεσιλογουσιν, *Quamvis videatur inter omnes convenire, quod sit triplex rerum differentia; nonnulli tamen inveniunt quod contra dicant.* Idem, ibid. segm. 7. Immo si rem accurate perpenderis, solos Stoicos fuisse deprehendes, qui Zenone auctore et in primis inculcarent, et contra caeteros defenderent των οντων τα μεν ειναι αγαθα, τα δε κακα, τα δε αδιαφορα, *rerum quae sunt, alias bona esse, alias mala, alias indifferentia*, ut refert Stobaeus Eclog. Lib. II Cap. 7 pag. 90 T. III Gottingae 1801: αδιαφορα δ' ειναι τα μεταξυ των αγαθων και των κακων, *indifferentia vero esse quae inter bona et mala sunt posita.* Id. ibid. pag. 142. Vide etiam Laërtium Lib. VII segm. 101, qui iisdem verbis eadem Stoicis affingit, et Plutarchum De Stoicorum Repugnant. pag. 1042. *Francof. 1599*, qui non solum triplicem hanc rerum divisionem ut Stoicorum propriam commemorat, sed etiam innuit apud ipsos res quasvis *bona*, vel *mala*, vel *neutra* esse κατα φυσιν, idest *suapte natura.* Unde intelliges cur Philodemus noster heic post τα μεταξυ addiderit τη φυσει. Vide denique Ciceronem, Lib. III De Finib. Cap. 15 et seq., a quo disces quot et quam implicatas divisiones ac subdistinctiones huic doctrinae Stoici superstruxerint, eam praecipue partem curiosissime prosequuti, quae τα μεταζυ, idest *media* vel αδιαφορα respicit. Hac autem in re acerrimam Epicureorum offensionem incurrebant, duobus praesertim nominibus. Primum enim Stoici τοις αδιαφοροις adnumerabant την ἡδονην, *voluptatem*, Stobaeo teste, Eclog. Lib. II Cap. 7 pag. 90 et 92, atque Gellio Lib. IX Cap. 5 et Lib. XII Cap. 5: Epicurus autem non solum, ut notissimum est, *voluptatem summum bonum ponit*, ut loquitur Gellius l. c.; sed in iis, quae *media* Stoicis dicebantur, summam ipse voluptatem esse censebat: *Non placuit Epicuro medium esse quiddam inter dolorem et voluptatem. Illud enim ipsum, quod quibusdam* (Stoicis nempe) *medium videtur, quum omni dolore careat, omnino non modo voluptatem esse, verum etiam summam voluptatem. Quisquis enim sentit quemadmodum sit affectus, eum necesse est aut in voluptate esse, aut in dolore: omni autem privatione doloris putat Epicurus terminari summam voluptatem; ut postea variari voluptas distinguique possit, augeri amplificarique non possit.* Cicero De Finib. Lib. I Cap. 2. Deinde vero, Stoici bonum rem aliquam existentem putabant, quippe qui των οντων φασι τα μεν αγαθα ειναι, τα δε κακα, etc. *eorum quae sunt, aiunt alia bona, alia mala etc.* Laërt. Lib. VII segm. 101: Epicurus autem docebat, bonum non rem aliquam esse, sed rei potius privationem, doloris nempe exclusionem. Ipsi enim fixum destinatumque erat, quod ὁρος του μεγεθους των ἡδονων, ἡ παντος του αλγουντος ὑπεξαιρεσις, *Terminus magnitudinis voluptatum, est omnis rei quae doleat exemptio.* Rat. sent. III apud Laërt. Lib. X, segm. 139, Gellius Lib. II Cap. 6 et 9, Sextus Empiric. Advers. Grammat. segm. 273 pag. 275. *Ed. Lips.* Sed praestat audire Plutarchum qui de Epicureis ait: Αυτοις κακων αποφυγη το χαρτον εϛι και το αγαθον, αλλο δε ουδεν διανοεισθαι φασιν, ουδε ὁλως την φυσιν εχειν ὁποι τεθησεται το αγαθον, ει μη μονον ὁθεν εξελαυνεται το κακον αυτης, ὡς φησι Μετροδωρος εν τοις προς τους Σοφιϛας· ὡϛε τουτο αυτο αγαθον εϛιν, το φυγειν το κακον.....Ὁμοια δε και τα Επικουρου, λεγοντος την του αγαθου φυσιν εξ αυτης της φυγης του κακου, και της μνημης

και επιλογισεως και χαριτος, ὁτι τουτο συμβεβηκεν αυτῳ, γεννασθαι. Το γαρ *ποιουν*, φησιν, *ανυπερβλητον γηθος, το παρ' αυτο πεφυγμενον μεγα κακον· και αυτη φυσις αγαθου, αν τις ορθως επιβαλλη, επειτα ϛαθη, και μη κενως περιπατη περι αγαθου θρυλλων. Gaudendi materies et bonum ipsis est malorum evitatio, neque aliud se excogitare posse, aut omnino in natura esse aiunt, in quo bonum collocetur, eo uno excepto, unde malum eius expellitur, ut Metrodorus scripsit in his quae adversus sophistas disputat. Est ergo bonum ipsum fuga mali.... Similia sunt haec Epicuri, dicentis naturam boni existere ex evitatione mali, memoriaque et reputatione ac gratulatione quod sibi ita evenerit. Quod enim, inquit, facit incomparabile gaudium, est magnum malum evitatum, quod imminebat. Atque haec est natura boni, si quis recte assequatur, deinde consistat, neque inaniter obambulet de bono nugans.* Non posse suav. vivi sec. Epicur. pag. 1091. Hanc autem opinionem Epicurei pugnaciter admodum defendebant, eodem Plutarcho teste: Ουκ *αποκαμνουνται μαχομενοι, και βιαζομενοι παντας ανθρωπους αγαθον μεν ἡγεισθαι την των κακων αποφυγην, κακον δε μηκετι νομιζειν την των αγαθων ϛερησιν, Non defatigantur* (Epicurei) *pugnando et omnes homines cogendo, ut malorum evitationem pro bono ducant, pro malo autem bonorum privationem non reputent.* Ibid. pag. 1107. Quod sane cum Stoicorum doctrina de *bonis*, *malis*, *et neutris* non cohaeret. Itaque non una de causa Epicurei huiusmodi doctrinae infensi, eam deridebant, ut Lucianus in Vitar. Auct. Cap. XXI pag. 560 et seq. T. I, *Amstelod. 1743*, tum in Bis Accus. Cap. XXII pag. 821 T. II, atque heic Philodemus, qui non sine attico sale Stoicos mordet quod quum in *bonorum, malorum*, *neutrorum* distinctione tam operose versarentur, gravissima mala, quae a Rhetorica inferantur, in *των συμφεροντων*, idest iuxta Stoicorum mentem *των αγαθων* numero computarent. Caeterum Philodemus etiam *τα προηγμενα*, *producta*, quod unum genus erat earum rerum, quas Stoici *neutra* praedicabant, carpit in Περι Μουσικης Col. X, lin. 40, et seqq.

Lin. 7 et seq. Τα *ποιητικα τουτων*. Certissima coniectura hic vocabulum *ποιητικα* restitutum fuisse nemo inficias ibit qui cogitet quam sollemne fuerit hoc vocabulum Stoicis de bonis ac malis disserentibus. Ipsi enim aiebant, *των αγαθων τα μεν ειναι τελικα, τα δε ποιητικα, τα δε τελικα και ποιητικα*, *bonorum aliqua esse ad finem pertinentia*, *aliqua efficientia*, *aliqua utrumque*. Laërtius Lib. VII segm. 96. Quamobrem Cicero ex eorum sententia inquit: *Sequitur illa divisio, ut bonorum alia sint ad illud ultimum pertinentia, sic enim appello quae τελικα dicuntur, alia autem efficientia, quae Graeci ποιητικα, alia utrumque.... Et pertinentem et efficientem sapientiam volunt esse: nam quia sapientia est conveniens actio, est ex illo pertinenti genere, quod dixi; quod autem honestas actiones affert, et efficit, ideo efficiens dici potest.* De Finib. Lib. III Cap. 16. Quibus postremis verbis Tullius quid sibi vellent Stoici hac *των ποιητικων αγαθων* denominatione, explicat. Eadem vero habes apud Stobaeum: Των *αγαθων τα μεν ειναι τελικα, τα δε ποιητικα, τα δε αμφοτερως εχοντα.....αἱ δ' αρεται πασαι και ποιητικα εϛιν αγαθα, και τελικα· και γαρ απογεννωσι την ευδαιμονιαν, και συμπληρουσι μερη αυτης γενομενα, Bona alia esse ad finem pertinentia, alia efficientia, alia utraque....omnes vero virtutes utraque, quoniam felicitatem simul efficiant, et ut partes expleant.* Eclog. Lib. II Cap. 7 pag. 100 et seq. T. III, *Gotting. 1801*. Atque uno verbo apud Stoicos ὁποσα ουδενος αλλου ἑνεκεν εις ευλογον αἱρεσιν ερχεται, δι' ἀυτα ἁιρετα· ὁποσα δε *τῳ* ἑτερων *τινων παρασκευαϛικα γιγνεσθαι, κατα το ποιητικον λεγεσθαι, quae nullius alterius causa recte expetuntur, per se expetenda esse: quae autem eo quod ad aliud quid viam parent, efficientia dici*, tradit idem Stobaeus, ibid. pag. 124 et seq. Itaque apud illos Philosophos *ποιητικων αγαθων* appellatio late patet: nullumque est bonorum genus, quod non speciem aliquam *των ποιητικων αγαθων* comprehendat. Re sane vera, sic ipsi apud supra laudatum Stobaeum loquuntur: Αγαθον *εϛιν αφ' οὑ συμβαινει το ωφελεισθαι.....και ὁ ητοι κατα φυσιν εϛι, η ποιητικον του κατα φυσιν.....και καθ' ὁ ἑκαϛον ευ εχει, ὁσον επι τῃ εκεινου παρουσιᾳ, η ποιητικον εϛι του τοιουτου. και ὁ ητοι δι' ἀυτο εϛιν αἱρετον, η ποιητικον του αἱρετου, Bonum est quod prodest.....et quod vel secundum naturam est, vel eius efficiens....et quo praesente eatenus quidquid recte se habet, vel quod tale efficit; et quod vel per se est expetendum, vel eius efficiens.* Eclog. Lib. II Cap. 7 pag. 78 et seq. T. III. Et *efficientia summorum bonorum* a Seneca commemorantur: *Sed ut removeas illa, quae aut summa bona sunt, aut summorum efficientia*, Epist. CIX. Iam vero non bona solum, sed etiam mala ita Stoici partiebantur, ut quaedam eorum *ποιητικα* dicerent: Αναλογον δε *και των κακων τα μεν εϛι ποιητικα της κακοδαιμονιας, τα*

δε τελικα, τα δε αμφοτερως εχοντα, *Similiter autem malorum alia sunt efficientia calamitatem, alia ad finem pertinentia, alia utraque.* Stobaeus ibid. pag. 102. Idem denique vocabulum in των αδιαφορων subdivisione adhibebant: Ετι των αδιαφορων τα μεν πλειω αξιαν εχειν, τα δ' ελαττω. Και τα μεν καθ' αὑτα, τα δε ποιητικα, *Indifferentium porro alia maiorem habere dignitatem, alia minorem: alia per se exsistere, alia dici efficientia.* Stobaeus ibid. pag. 144. Ex quibus omnibus abunde constat, nihil frequentius occurrere in tota Stoicorum de *bonis, malis,* ac *neutris* tractatione, quam του ποιητικου appellationem; eamque ad bona, mala et neutra pariter pertinere. Patet igitur cur Philodemus hasce adversariorum tricas carpendas sibi proponens, tum illud vocabulum selegerit, tum ad omnia divisionis membra retulerit, dicens τα ποιητικα τουτων.

Lin. 9 et seqq. Εμπλεκειν, κ. τ. λ. Ut εμπλεκειν restitueretur, priora et postrema huius verbi elementa, nec non sensus, ni fallor, efflagitabant. Eadem prorsus caeteri fere supplementi ratio est. Verbum κατασκευαζειν infinitivo modo efferendum fuisse quisque videt, quum τῳ praecedenti εμπλεκειν copuletur. Post duo autem απαρεμφατα verba, aliud finitum adiiciendum esse duxi, ut sententia quo fieri poterat pacto absolveretur.

COLUMNA II.

περαινεσθαι νομιζουσιν ηδ' αν που και φιλοσοφιαν την ἑαυτων δυναμιν και τεχνην ιδιουσθαι. Οἱ δ' εβουλοντο λιτην τεχνην ειναι· την δ' αυτην γε σοφοις η μονην, η μαλιστ' εν χρησει, διοτ' επωνυμως τη των Σωκρατικων, και των ετι αλλων εκαλουν. Διωκιζον γουν εκεινην πολλω γενει· και ουχ ὑπο Περιπατητικον την Στωικην μεν ὑπαρχειν, ουδ' ὁμοιως . . . .

confici putant, etiam philosophiam alicubi vim dicendi, artemque eorum sibi sumere. ¶ Sed illi quidem simplex ac naturale artificium volebant: huiusmodi autem artificium, vel solum vel praecipue adhibitum a sapientibus, proinde ab Socraticorum, atque aliorum etiam usu ducto nomine vocabant. Dispertiebantur itaque illud in plura genera: neque sub Peripateticum disserendi genus Stoicum dicendi morem cadere, neque pariter . . . .

CAP. II

Quodnam dicendi genus sequuti sint sapientes.

Lin. 1. et seqq. Περαινεσθαι νομιζουσιν, κ. τ. λ. Unde sane id, quod sequitur, confici putent Rhetoricae defensores, certo scire non possumus: quum verba, quibus illud Philodemus enarrabat, interciderint. Tamen quantum ex insequenti exceptionis solutione coniicere licet, eo redibat Adversariorum sermo, ut ex eloquentiae fama, qua non singuli tantum Philosophi, sed integrae pleraeque Philosophorum familiae floruerunt, concluderetur dicendi artem ita cum Philosophia coniunctam esse, ut necesse sit vel utrasque damnare vel utrasque amplecti. Re quidem vera Socrates plurima eloquentiae laude a Cicerone cumulatur in De Oratore Lib. III Cap. 16, atque, ut nihil aliud addam, εν τοις ῥητορικοις δεινος, *in oratoria promptus atque acer* dicitur Idomeneo apud Laërtium Lib. II, seg. 19; et Platonem divina eloquentia usum esse tota adfirmavit antiquitas, ut videre est apud Dionysium Halicarnassensem, De Vi Demosth. Cap. XXIII pag. 289, et De Compos. Verbor. Cap. XIX pag. 56 *Oxon. 1704*, et apud Ciceronem quum alibi saepe, tum Brut. Cap. XXXI, nec non apud Quintilianum Lib. X Cap. I pag. 745; et Theophrastum a divino item eloquio nomen traxisse ferunt Cicero Orat. Cap. XIX, et Quintilianus, loco sup. cit. Praeterea Xenophontis ore Gratias loquutas fuisse, et Aristotelem eloquendi suavitate celebratum disces ab eodem Fabio ibid., atque a Cicerone in eod. Orator. Cap. XIX, ab Dionysio etiam Halicarnassensi Censur. Veter. Script. Cap. IV pag. 126. Academicorum vero et Peripateticorum in genere eloquentiam ita laudat Cicero, ut cum Philodemi hostibus facere prorsus videatur: *Quam multa*, inquit, *non solum praecepta in artibus, sed etiam exempla in orationibus bene dicendi reliquerunt? primum enim ipsa illa, quae subtiliter disserenda erant, polite apteque dixerunt, quum definientes, tum partientes.... Deinde ea quae requirebant orationem ornatam et gravem, quam magnifice sunt dicta ab illis, quam splendide?* De Finib. Lib. IV Cap. 3. De omnibus denique antiquis Philosophis hoc profert iudicium idem Tullius: *Veteres illi usque ad Isocratem, omnem omnium rerum, quae ad mores hominum, quae ad vitam, quae ad virtutem, quae ad rempublicam pertinebant, cognitionem et scientiam cum dicendi ratione iungebant.* De Oratore, Lib. III Cap. 19. Hinc Quintilianus: *Fuerunt haec, ut Cicero apertissime colligit, quemadmodum iuncta natura, sic officio quoque copulata, ut iidem sapientes atque eloquentes haberentur. Scidit deinde se studium, atque inertia factum est, ut artes esse plures viderentur.* Prooem. Inst. Orat. Lib. I pag. 4 et seq. *Lugd. Bat. 1665.* Quae omnia multam ακεφαλη Philodemi periodo lucem affundunt: et του ιδιουσθαι supplementum, quo lin. 5 lacunam complanavimus, satis superque comprobare videntur.

Lin. 2. ηδ' αν. Ηδε pro ετι δε satis frequenter a poëtis usurpari omnes norunt: sed apud prorsae orationis scriptores tam rarum fortasse est quam quod rarissimum. Exemplo tamen non caret; siquidem Galenus Voc. Hipp. Explanat. pag. 478 *Lipsiae 1780*, inter voces ab Hippocrate usurpatas hanc particulam recenset, cui nunc a Philodemo nonnihil auctoritatis accedit.

Lin. 4. δυναμιν. Prior littera nec non residuus apex alterius duces nobis exstiterunt ad hanc vocem refingendam, quae cum lacunae capacitate et cum periodi sententia probe congruit. Porro, huius vocabuli in subiecta materia frequens ac multiplex usus: adeo ut id exemplis confirmare idem esset ac operam abuti. Illud tamen monuisse non abs re erit, quandoque δυναμιν pro *eloquentia*, absolute poni, dummodo ex contextu pateat de eloquii vi sermonem esse. Sic Dionysius Halicarnassensis: Τις δε ην ἡ προαιρεσις αυτου, και τις ἡ δυναμις, εν τη προ ταυτης δεδηλωται γραφη, *Quis autem fuerit eius* (Lysiae) *character, et quaenam ipsius eloquentia, in praecedenti Tractatu demonstravimus.* De Vi Demosth. Cap. II pag. 268, *Oxon. 1704.* Non absimile illud Chrysostomi: Σωφρονουσης μεν ψυχης, ουδεμια απο της των λογων απειριας εσαι ζημια· διεφθαρμενης δε, μεγισὴ ἡ βλαβη, καν σφοδρα ἡ γλωττα ηκονημενη τυγχανη, και τοσουτῳ μειζων, ὁσῳ περ αν εκεινη προση ἡ δυναμις, *Si temperans anima quidem fuerit, nullum ex dicendi imperitia sequetur detrimentum: sin corrupta fuerit, maximum detrimentum erit, etiamsi lingua vehementer acuta fuerit et expolita; tantoque maius damnum, quanto maior eloquentia accesserit.* Advers. Oppugnat. Vit. Monast. Lib. III n. 10 pag. 95 T. I Ed. MM.

Lin. 5 et seq. Οἱ δ' εβουλοντο, κ. τ. λ. Exceptionis dissolutionem adgreditur, cuius pleraque verba ingens deficientium litterarum hiatus, ut vides, absorbuit. Eam supplendi rationem adhibuisse speramus, quae tum rei, tum Philodemi placitis, tum iis quae in lineis seqq. leguntur, quadret. Quod enim ad rem adtinet, certum est eos ipsos Philosophos,


qui eloquentiores habiti sunt, non illam utique eloquentiam fucatam, nec artem tricis supervacaneis plenam, quam Noster improbat, sequutos esse. Socrates nempe adeo huiusmodi puerilitates a Gorgia invectas fastidit, ut quum prius iidem essent *vivendi praeceptores atque dicendi....et quum nomine appellarentur uno, quod omnis rerum optimarum cognitio atque in iis exercitatio philosophia nominaretur; ipse hoc commune nomen eripuit, sapienterque sentiendi, et ornate dicendi scientiam...disputationibus suis separavit,* ut docet Cicero De Orat. Lib. III Cap. 15 et seq.; unde *postea dissociati a Socrate diserti a doctis, et deinceps a Socraticis item omnibus, philosophi eloquentiam despexerunt.* Id. ibid. Cap. 19. Immo Socrate auctore eiusque discipulis adnitentibus factum est, ut quandoque non philosophi tantum, sed ipsi etiam oratores ab nimis exquisito dicendi genere abhorrerent: Ἡ δε λεξις, ἡ λιτὴ και αφελης, και δοκουσα κατασκευην τε και ισχυν την προς ιδιωτην εχειν λογον και ὁμοιοτητα, πολλους μεν εσχε και αγαθους ανδρας προϛατας, συγγραφεις τε και φιλοσοφους και ῥητορας. Και γαρ οἱ τας γενεαλογιας εξενεγκαντες, και οἱ τας τοπικας ἱϛοριας πραγματευσαμενοι, και οἱ τα φυσικα φιλοσοφησαντες, και οἱ των ηθικων διαλογων ποιηται, ὡν ην το Σωκρατικον διδασκαλειον παν, εξω Πλατωνος, και οἱ τους δημηγορικους η δικανικους συνταττομενοι λογους, ολιγου δειν παντες ταυτης εγενοντο της προαιρεσεως, *Dictionis genus tenue et simplex, quod et compositione et robore communi et vulgari loquendi modo persimile apparet, plurimi quidem egregii auctores quum historici tum philosophi et oratores amplexi sunt. Nam et qui genealogias, resque certo loco gestas conscripsere, quique de naturalibus scientiis tractavere, et qui dialogos morales, ut tota Socratis schola, uno excepto Platone, et qui orationes vel ad populum vel ad iudices composuere, hoc paene omnes dicendi genus usurpavere.* Dionysius Halicarnassensis De vi Demosth. Cap. II pag. 268. Quid quod ipse Plato, quem Dionysius excipit, sophistas ῥητορευσαντας, eorumque artem quam ῥητορικην φιλοσοφουσαν *rhetoricam philosophantem* vocat Philostratus Prooem. De Vit. Sophist. pag. 480, acerrime insectatus est quum in *Sophista*, tum in *Gorgia?* Quocirca Plato dicitur a Cicerone *exagitator omnium Rhetorum*, Orator. Cap. XIII. Et Xenophon, Hermogene iudice, est αφελης ὡς ὁτι μαλιϛα, *est simplex quam qui maxime*, Hermogenes De Form. Orat. Lib. II pag. 380: Aeschines item Socraticus εϛι μεν αφελης και αυτος ειπερ τις ἑτερος, *est etiam ipse simplex et tenuis, si quis alius*, Id. ibid. pag. 384: Theophrastus denique adeo simplicem dicendi rationem adamavit, ut simplicissimum omnium Scriptorem, Lysiam nempe, των φορτικων και περιεργων οιεται ζηλωτην γενεσθαι λογων, και το ποιητικον διωκειν μαλλον η το αληθινον, *fastosam et affectatam orationem, et factitium magis artificium, quam naturalem simplicitatem sectari putet*, ut testatur Dionysius Halicarnassensis De Lysia Iudic. Cap. XIV pag. 136. Porro Philosophorum eloquentia ab artificiis Rhetorum tam longo distat intervallo, ut Platone iudice Οἱ εν ταις φιλοσοφιαις πολυν χρονον διατριψαντες, εις τα δικαϛηρια ιοντες, γελιοι φαινονται ῥητορες, *Qui in philosophiae studiis longo tempore versati sunt, ubi ad forum accesserint, ridiculi oratores evadunt.* Theoetet. pag. 172. Et ut caetera omittamus, quae hac de re dici possent, illud vel solum adnotasse sit satis, quod quum *verborum compositionem* tam studiose persequantur Rhetores tamque magni faciant, nihil ut dicant prodesse, λεξιν ἑυρειν καθαραν και καλλιρρῆμονα, ει μη και κοσμον αυτη τις της ἁρμονιας τον προσηκοντα περιθησει, *pura excogitare et venusta vocabula, nisi aptus iis compositionis ornatus imponatur*; ut Dionysius Halicarnassensis monet De Verb. Composit. Cap. III pag. 4; e contrario Οἱ την φιλοσοφιαν επαγγελλομενοι, και τας διαλεκτικας εκφεροντες τεχνας, οὑτως εισιν αθλιοι περι την συνθεσιν των ονοματων, ὡϛε αιδεισθαι και λεγειν, *Qui philosophiam profitentur, et artes Dialecticas conscribunt, adeo infelices sunt in collocandis verbis, ut etiam pudeat dicere.* Idem, ibid. Cap. IV pag. 9 *Oxon. 1704.* Sed quid intersit inter philosophorum eloquentiam et eam quam Rhetores docent, nemo fortasse melius aut plenius exposuit quam Cicero his verbis: *Caeterarum rerum, quae sunt in Oratore, partem aliquam sibi quisque vindicat: dicendi autem, id est eloquendi maxima vis, soli huic conceditur. Quanquam enim et philosophi quidam ornate loquuti sunt, (siquidem et Theophrastus divinitate loquendi nomen invenit, et Aristoteles Isocratem ipsum lacessivit, et Xenophontis voce Musas quasi loquutas ferunt, et longe omnium, quicumque scripserunt aut loquuti sunt, exstitit et gravitate princeps Plato) tamen horum oratio neque nervos, neque aculeos oratorios ac forenses habet. Loquuntur cum doctis, quorum sedare animos malunt, quam incitare: sic de rebus placatis, ac minime turbulentis, docendi causa, non capiendi, lo-*

quuntur: ut in eo ipso quod delectationem aliquam dicendo aucupentur, plus nonnullis, quam necesse sit, facere videantur. Ergo ab hoc genere non difficile est hanc eloquentiam, de qua nunc agitur, secernere. Mollis est enim oratio philosophorum, et umbratilis, nec sententiis, nec verbis instructa popularibus, nec iuncta numeris, sed soluta liberius: nihil iratum habet, nihil invidum, nihil atrox, nihil mirabile, nihil astutum: casta, verecunda, virgo incorrupta quodammodo. Itaque sermo potius, quam oratio dicitur. Quamquam enim omnis locutio oratio est, tamen unius oratoris locutio hoc proprio signata nomine est. Orator. Cap. XIX. Vide etiam Eumd. ibid. Cap. XXXII. Praetereunda autem hac de re minime esse puto ea Quintiliani verba docentis, dialecticas disputationes, atque *Rhetorici operis actiones quidem inter se plurimum differre*, Institut. Orat. Lib. V Cap. XIV pag. 432 et seq. quae quidem utpote prolixiora heic non adscribimus, sed tu apud eum, Lector erudite, inspicere ne graveris. Quae omnia quum cogitassem, illico mentem subiit non improbabilis coniectura, ad hanc distinctionem Philodemum confugisse, quo obiectam philosophorum eloquentiam cum suis in Rhetoricam invectivis conciliaret; ad hanc inquam distinctionem, qua diceret illos non artificialem Rhetoricam adhibuisse, sed naturalem. Itaque post εβουλοντο, supplevi λιτην τεχνην, et seq. lin. σοφοις: quae etiam cum iis, quae continuo sequuntur perbelle stare posse visa sunt. Λιτην caeteris eiusdem fere significationis vocibus praetuli, eo quod Philodemi magister Epicurus hoc vocabulo usus sit ad denotandum id quod φυσικον και ευποριςον εςι, et πολυτελει opponitur, qualem scilicet Rhetoricam esse debere Philodemus censebat. Sic nempe Epicurus: Το μεν φυσικον παν ευποριςον εςι...οἵτε λιτοι χυλοι ισην πολυτελει διαιτη την ἡδονην προσφερουσιν, *Quod naturale est, id omne est facile parabile...., et cibus útique simplex aequam dapibus multa cura et artificio elaboratis affert voluptatem.* Epist. ad Menoec. apud Laërt. Lib. X segm. 130.

Lin. 12 et seq. Διωκιζον, κ. τ. λ. Verbum hoc truncato capite deforme praecedentis spatii nec non sententiae rationem habentes sanavimus. Eamdem τῳ πολλῳ in lin. seq. medicinam adhibuimus: in qua locutione, si cui displiceat πολυν singulari numero efferri, quum eius significatio τον πληθυντικον requirere videatur; sciat, nobilissimorum Scriptorum ad id confirmandum exempla non deesse, ut illud Homeri:.... Ἁμα δ'εσπετο πουλυς ὁμιλος Μυριοι, *Simulque sequebatur numerosus populus, infinitus.* Odyss. VIII 109 et seq.; itemque illud: Αλευατο πουλυν ὁμιλον, *Declinabat numerosum populum*, Ibid. XVII 67. Iam vero pronomini τῳ εκεινην terminationem eam tribuimus, quae stare posset cum τῳ λιτην τεχνην, nec non ἀυτην, et μονην praecedentis commatis: quibus certe vocibus το εκεινην referendum esse, nemo est qui non videat. Porro quum opportune observasset Philodemus, naturalem simplicemque Philosophorum eloquentiam ex eorum diversis familiis diversa nomina nactam fuisse, puta Socraticorum, Stoicorum, etc.; hinc pergit inferre in plura genera eam dispertitam esse debuisse, ac proinde minime uniformem: quod certe omnem artis suspicionem excludit: siquidem quidquid arte fit, ab omnibus eam artem profitentibus eadem ratione ac via fieri solet.

Lin. 15 et seq. Ουχ ὑπο Περιπατητικον, κ. τ. λ. Postrema particulae ουχ littera adspirata indicio fuit το υ continuo sequi debuisse; propterea lacunae brevitatem considerans, ὑπο prorsus restituendum esse intellexi. Itaque lego: ουχ ὑπο Περιπατητικον, nempe γενος, την Στωικην, supp. λιτην τεχνην, μεν ὑπαρχειν. Quod si το Στωικην ad illa verba satis, ut verum fatear, dissita referre non placeat; legere etiam poteris την Στωικην λεξιν ὑπαρχειν: hanc enim lectionem pariter lacunae spatium patitur; et sententia eodem recidet. Caeterum non unam eamdemque dicendi rationem sequutas fuisse diversas Philosophorum familias, tota quanta est testatur antiquitas, et ex adhuc exstantibus Philosophorum Operibus quivis per se nullo negotio internoscere potest. Quid vero hac in re quaeque secta praestiterit, et quodnam dicendi genus praecipue in deliciis habuerit, praestat audire ab Quintiliano, qui in elocutionis elegantia primas defert Socraticis, secundas Peripateticis, utrisque vero deteriores iudicat Stoicos, hisce verbis: *Philosophorum, ex quibus plurimum se traxisse eloquentiae M. Tullius confitetur, quis dubitet Platonem esse praecipuum sive acumine disserendi, sive eloquendi facultate divina prope quadam et Homerica? .... Quid ego commemorem Xenophontis iucunditatem illam inaffectatam, sed quam nulla possit affectatio consequi? ut ipsae finxisse sermonem Gratiae videantur.... Quid reliquorum Socraticorum elegantiam? Quid Aristotelem, quem dubito scientia rerum, an Scriptorum*

copia , an eloquendi suavitate. . .clariorem putem. Nam in Theophrasto tam est eloquendi nitor ille divinus, ut ex eo nomen quoque traxisse dicatur. Minus indulsere eloquentiae Stoici veteres; sed quum honesta suaserunt, tum in colligendo probandoque quae instituerunt, plurimum valuerunt : rebus tamen acuti magis , quam (id quod sane non affectarunt) oratione magnifici. Instit. Orat. Lib. X Cap. I pag. 745. Eadem fere profert ubi quaerens quaenam secta conferre plurimum possit eloquentiae, *Academiam*, inquit, *quidam utilissimam credunt : quod mos in utramque partem disserendi , ad exercitationem forensium causarum proxime accedat. Adiiciunt loco probationis , quod ea praestantissimos in eloquentia viros ediderit. Peripatetici studio quoque se quodam oratorio iactant. Nam theses dicere exercitationis gratia fere est ab his institutum. Stoici sicut copiam nitoremque eloquentiae fere praeceptoribus suis defuisse concedant necesse est, ita nullos aut probare acrius, aut concludere subtilius contendunt.* Institut. Orat. Lib. XII Cap. 3 pag. 871 et seq. Videsis etiam Tullium Academicar. Quaest. Lib. I Cap. 8, De Finib. Lib. IV Cap. 3 et 4, Brut. Cap. XXXI, De Orator. Lib. III Cap. 17 et seq.



Gio. B. Malesci dis. — Franc. Celentano inc.

COLUMNA III.

. . . εαν καλην νομιζωσι την και συμφεροντ' αν κατα τας δοξας πραγματων εισαγομενην, και ψυχαγωγειν ωδε δυναμενην τους ακουοντας· ὁτι πολλα μεν περι των κατα δοξαν συμφεροντων λεγομενα, μεταξυ που και τῃ ψυχαγωγιᾳ αρα παραπλησια, αυτοις εφαρμοσομεν. Εκ περιττου δε μεν ματαιον προσερειν τον οχλον αν περι σοφιας και ταλαντευειν γε οὑτως τα ῥηματα, ὡστε καλην λεξιν ειναι μαλλον, η συμφερουσαν.

. . . si pulchram elocutionem eam existiment, quae et sententias quod ad rerum opinionem adtinet utiles invehit, et hac ratione oblectare auditores potest: quandoquidem multa certe prolata de iis, quae secundum opinionem utilia sunt, atque eodem tempore ab animi fortasse oblectatione non aliena, *philosophis* ipsis aptabimus. Sed supra modum vanum est ad multitudinem de sapientia sermonem habere, et ita ad trutinam singula verba exigere, ut dictio venusta potius quam utilis evadat.

ADNOTATIONES IN COL. III.

Lin. 1 et seqq. Καλην νομιζωσι, κ. τ. λ. De elocutione heic verba fieri totus contextus inclamat: quocirca το καλην ad φρασιν referendum esse puto, quae vox etiam paulo post occurrit, initio scilicet Columnae sequentis. Urget Philodemus propositam in praecedenti Columna differentiam, quae inter Philosophorum eloquium, et fucatam Rhetorum artificiis eloquentiam intercedit, ut magis magisque confirmet, perperam Adversarios ad vana illa artificia cohonestanda Philosophorum exemplo niti. Certe enim heic loquitur de dicendi ratione, quae rerum utilitate potius quam verborum flosculis se commendet. Quo igitur ex manca Philodemi periodo sententia integra emergat, arbitror eum in postremis antecedentis Columnae deperditis lineis monuisse, quod Rhetores et Sophistae eo praecipue immo unice spectent, ut elocutio pulchra sit atque ornata: qua de re vide Ciceronem quum alibi, tum Orator. Cap. XIII et XXXII, Hermogenem De Formis Orat. Lib. I pag. 163, Quintilianum Instit. Orat. Lib. VIII Cap. 1 et 3, sed in primis ipsum Philodemum qui docet, adeo Sophistas ad auditorum oblectationem, rebus posthabitis, animum intendere, ut auditores eorum ὑπ᾽αυτȣ του ηχου, και των περιοδων, και των παρισων η αλλαττοντων, και ὁμοιοτιθεντων ψυχαγωμενοι, ου δη προσεδοκησαν ει ὁυτω αν οἱοι ησαν και εν εκκλησιαις, και δικαϛηριοις ἐξαπαλλαττειν, *ab ipsa vocis modulatione, et periodis, et membris aequalibus vel permutatis, et similiter positis oblectati, nequaquam expectarunt num isti Sophistae possent in publicis concionibus, ac iudiciis recte se gerere.* Περι Ῥητορικης, Col. IV lin. 20 et seqq. T. IV Hercul. Volum. pag. 13. Hinc vero Noster novum argumentum depromit quo Rhetoricae usum Philosophis eripiat, hunc fere in modum: *Rhetorum et Sophistarum artificia eo praecipue tendunt, ut verborum lenociniis elocutio pulchra evadat: hoc autem in philosophos cadere non potest, quippe quos pulchra elocutione usos adversarii dicere poterunt tantummodo si pulchram elocutionem eam existiment, quae et sententias secundum rerum opinionem utiles invehit, et hac ratione oblectare potest auditores.* Sane ut hasce Philodemi lacinias in hanc sententiam componamus auctor est Epicurus, qui statuit sapientem ου ῥητορευειν καλως, *non affectatis elocutionis flosculis rhetoricari,* apud Laërt. Lib. X segm. 118. Qua in re Epicureis adstipulatur Plato, qui Socratem sic loquentem inducit in Apologia: Ου μεν τοι μη Δια, ω ανδρες Αθηναιοι, κεκαλλιεπημενους γε λογους, ὡσπερ οἱ τουτων, ῥημασι τε και ονομασιν, ουδε κεκοσμημενους, αλλ᾽ακουσεσθε εικη λεγομενα τοις επιτυχουσιν ονομασι. Πιϛευω γαρ δικαια ειναι ἁ λεγω, και μηδεις ὑμων προσδοκησατω αλλως· ουδε γαρ αν δηπου πρεποι, ω ανδρες, τηδε τη ἡλικιᾳ ὡσπερ μειρακιῳ πλαττοντι λογους εις ὑμας εισιεναι. *Non certe per Iovem, Athenienses, elegantibus verborum sententiarumque ornamentis contextam orationem meam, cuiusmodi est illorum oratio, sed temere et de medio petitos, vulgaribusque vocabulis enuntiatos sermones audietis. Iusta tamen esse credo ea quae sum dicturus; neque aliter vestrum quisquam expectet. Neque enim deceret me hac aetate velut adolescentulum concinnatis ad vos ingredi verbis.* Apol. Socr. pag. 17 T. I Ed. Steph. In quem locum haec observat Chrysostomus: Ταυτα δε ελεγε δεικνυς ὁτι ου δια ῥαθυμιαν τινα, αλλα δια το μη μεγα το πραγμα ἡγεισθαι, ουτε εμαθεν, ουτε εχρησατο. Ουκ ουν φιλοσοφων μεν ἡ ευγλωττια, και ανδρων δε ἁπλως, μειρακιων δε παιζοντων ἡ φιλοτιμια, ὡς και αυτοις τοις φιλοσοφοις δοκει, ου τοις αλλοις μονον, αλλα και τῳ παντων μαλιϛα εν τουτῳ κεκρατηκοτι. Τον γαρ διδασκαλον ουκ αφιησι κοσμεισθαι τῳ πραγματι, αισχρον τῳ φιλοσοφῳ τον κοσμον τουτον ειναι νομιζων. *Hoc autem quum dicit, ostendit se non ex negligentia, sed quod eam rem non magni faceret, nec didicisse, nec illa usum fuisse. Itaque non philosophorum est concinnata eloquentia, imo ne virorum quidem; sed adolescentium tantum ludentium aemulatio, ut et ipsis quoque philosophis videtur; nec aliis modo philosophis, sed etiam ei, qui hac in re omnes facile superavit. Etenim magistrum ea re ornari non permittit, quum eum ornatum turpem, philosophoque indignum existimet.* Adv. Oppugnator. Vit. Monast. Lib. III n. 10 pag. 69 T. I Ed. MM. Huc etiam facit illud Plutarchi eos qui philosophari incipiunt adloquentis: Δηλωμα σεαυτῳ του προκοπτειν ουκ εϛι μικρον ἡ περι τους λογους μεταβολη· παντες γαρ, ὡς ἁπλως ειπεν, οἱ αρχομενοι φιλοσοφειν, τους προς δοξαν διωκουσι μαλλον...αχρις οὑ καταϛασιν ὑγιεινην ἡ κρισις λαβουσα τοις ηθος εμποιειν και μεγεθος δυναμενοις, αρξηται συμφερεσθαι και ζητειν λογους, ὡν κατα τον Αισωπου, εισω μαλλον η εξω τα ιχνη τετραπται· ὡσπερ γαρ ὁ Σοφοκλης ελεγε, τον Αισχυλου διαπεπαιχως ογκον, ειτα το πικρον και κατατεχνον της αυτου κατασκευης, τριτον ηδη το της λεξεως μεταβαλλειν ειδος, ὁπερ εϛιν ηθικωτατον και βελτιϛον· ὁυτως οἱ φιλοσοφουντος, ὁταν εκ των πανηγυρικων και κατατεχνων εις τον ἁπτομενον ηθους και παθους λογον μεταβωσιν, αρχονται την αληθη προκοπην και ατυφον προκοπτειν. *Non parvum argumentum tibi tui sit profectus orationis*

mutatio. Omnes enim fere qui ad philosophiam primum accedunt, eam dicendi rationem sectantur, quae ad gloriam facit... donec iudicium probe constitutum incipiat ea apprehendere, quae ad componendos animi motus, magnitudinemque ei comparandam faciunt, sectarique orationes, quarum, iuxta illud Aesopi, vestigia intro magis quam foras sint conversa. Sophocles aiebat se primo in fastum Aeschyli incidisse, deinde apparatum nimis densum atque artificiosum, postremo etiam dictionis formam mutasse, quae pars maxime ad mores pertinet, et est potissima. Ita philosophantes quum a compositis ad ostentationem et artificio elaboratis orationibus ad orationem animi motus placidos gravesque attingentem transiverint, vere incipiunt fastu repudiato proficere. De Profect. Virt. Sent. pag. 78 et seq. T. II *Francof. 1599.* Quae omnia satis, nisi fallor, et locum quem exponimus illustrant, et nostrum supplementum confirmant.

Lin. 5 et seqq. Και ψυχαγωγειν, κ. λ. Qui exstantes litteras, interiectas lacunas, nec non periodum totam attente inspexerit, sic omnino legendum fuisse non abnuet. Porro in nuper citato Περι Ῥητορικης Libro quem habes in Herculanensium Voluminum T. IV, Philodemus commemorat oblectationem quam Sophistae suis ingerunt auditoribus, eamque ex inutili sermone proficisci affirmat: Ὁταν γαρ ακουσωσι τουτων εν ταις δειξεσι και ταις πανηγυρεσι, φησιν ὁ Επικουρος, και ψυχαγωγηθωσι,.......ουθεν αν συμφερον εστιν. *Quando enim istos audierint in declamationibus, et panegyribus, inquit Epicurus, atque oblectati fuerint,... utique nihil utile est.* Col. III lin. 7 et seqq. Quum igitur Sophistae et Rhetores auditores suos mulceant pulchris sane sermonibus, sed ex quibus nulla percipi possit utilitas; Philosophi e contrario, quos dedecet aucupandis elocutionis ornamentis insudare (Vide infra lin. 18 et seqq. ibique notata), nulla alia ratione suos auditores oblectare poterunt, quam rerum, quas proferunt, utilitate. Haec est, ni valde hallucinor, heic mens Philodemi. Quo pertinet illud Senecae flosculum ab Epicuri fortasse hortis decerptum: *Non delectent verba nostra, sed prosint.* Epist. LXXV pag. 288. Opportunissime in hanc sententiam Arnobius: *Quid dicatur spectandum est, non quali cum amoenitate dicatur, nec quid aures commulceat, sed quas adferat audientibus utilitates: maxime quum sciamus, etiam quosdam sapientiae deditos non tantum abiecisse sermonis cultum, verum etiam quum possent ornatius atque uberius eloqui, trivialem studio humilitatem sequutos, ne corrumperent scilicet gravitatis rigorem, et sophistica se potius ostentatione iactarent. Enimvero dissoluti est pectoris in rebus seriis quaerere voluptatem.* Advers. Gent. Lib. I pag. 35 et seq. *Lugd. Bat. 1651.*

Lin. 11 Μεταξυ. Hoc adverbium suo casu carere posse, vel ex eo constat, quod frequenter iungitur participio, quocum nullum casum habet. Absque participio simul et casu occurrit, sed alia prorsus ab ea qua illud nunc sumimus significatione, in illis Luciani verbis: Ὑπο του μεταξυ διαστηματος. *Ab interiecto spatio.* Icaromenipp. Cap. XII pag. 766 T. II. Nec dissimile illud Empirici: Μηδημιας μεταξυ πιπτουσης διαστησεως. *Nullo interiecto spatio.* Advers. Mathem. Lib. V segm. 78 pag. 350. Eo autem sensu, quo illud heic capimus, sine casu adhiberi subiecta exempla satis superque evincunt. Τῳ Βασιλει μεταξυ λουομενῳ προσελθων. *Ad Regem, qui interea lavabatur, accedens.* Diodorus Siculus Biblioth. Lib. XVII Cap. 79 pag. 221 T. II. Ὁ δε ακουων ἁ ην, μεταξυ επαιδευετο. *Ille autem verum audiens, interim erudiebatur.* Lucianus, Nigrin. Cap. XIII pag. 52 T. I. Τα μεταξυ σημαινομενα πραγματα δι᾽ ὡν γινονται μαθησεις. *Interim, significationes eorum, per quae discimus.* Plutarchus, Advers. Colot., pag. 1119 extrem. Εμου δε τι μεταξυ λεγειν επιχειρουντος. *Me autem interea aliquid dicere conante.* Synesius, Epist. LXVII pag. 227 *Paris. 1705.* Εαν εις τον Πειραια μεταξυ καταπλευσῃ. *Si interea in Piraeum redierit.* Demosthenes Advers. Polyclem, pag. 1209 Ed. Reiske.

Lin. 13 et seq Αυτοις εφαρμοσομεν. Vocem αυτοις ad Philosophos debere omnino referri, nemo non videt. Quos quum Epicureus noster, ut sollemne erat contubernalibus suis, paene omnes haud magni faceret; vix ex propositi sui necessitate coactus concedit eos res utiles unquam protulisse. Eo spectat, ni fallor, verbum εφαρμοζω, tempore etiam του μελλοντος elatum. Porro ἁρμοζειν et εφαρμοζειν adhibet Homerus ad armorum cum corporis habitu convenientiam exprimendam Iliad. III 333, XVII 210, XIX 385. De Pandorae ornamentis Hesiodus: Παντα δε οἱ χροϊ κοσμον εφηρμοσε Παλλας Αθηνη. *Omnen vero illius corpori ornatum adaptavit Pallas Minerva,* Oper. et Di. 76. Ad ordinem rebus aptandum transtulit Lucianus: Ταξιν ἡντινα τοις εργοις εφαρμοστεον. *Quis ordo sit rebus adcomodandus.* Quom. Hist. Conscr. Cap. VI pag. 8 T. II; itemque ad aptandam, contra quam facto opus esset, sententiam verbis: Ην που ῥημα

εκφυλον ἑυρης, η αυτος πλασαμενος οιηθης ειναι καλον, τουτῳ ζητεις διανοιαν εφαρμοσαι. *Si qua verbum extra suam tribum quasi oberrans inveneris, aut ipse confictum a te pulchrum putaveris, huic studes aptare sententiam.* Lexiphan. Cap. XXIV pag. 348 T. II. Quocirca non illepide Noster de sermonis venustate ex rerum utilitate profecta philosophorum humeris ad instar pallii coaptanda usurpavit.

Lin. 14 et seq. Εκ περιττου. Huius locutionis non sane frequentis, unum et alterum exemplum adscribere iuvat. Ὡςε...τον αρετης εχομενον κατα σωμα η και κατα ψυχην, του της μοχθηριας εχομενου βιου ἡδιω τε ειναι, και τοις αλλοις ὑπερεχειν εκ περιττου, καλλει και ορθοτητι και αρετῃ και ευδοξιᾳ. *Ita ut...quae vita virtutis corpore aut animo particeps est, ea sit iucundior improbitatis participe; et plurimum aliis praestet pulchritudine, et rectitudine, et potentia, et gloria.* Plato De Legib. Lib. V pag. 234 T. II Ed. Steph. Τῳ δυναμενῳ ὑπερ παντα ποιησαι ὑπερ εκ περισσου ὡν αιτουμεθα η νοουμεν. *Ei qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus aut intelligimus.* S. Paulus ad Ephes. III 20. Quem locum explicans Chrysostomus, Μειζονα, inquit, εργασεται των ἡμετερων αιτησεων, ουχ ἁπλως μειζονα, η εκ περισσου, αλλ' ὑπερ εκ περισσου. *Maiora faciet, quam nostrae sint petitiones: non solum maiora, aut abundanter, sed superabundanter.* In Ep. ad Eph. Hom. VII n. 2 pag. 48 T. XI Ed. MM. Alio fere sensu occurrit εκ περιττου apud S. Empiricum Advers. Ethic. segm. 216 pag. 729; apud Longinum, De Subl. sect. XXXIV pag. 188, edit. Toll., nec non apud Suidam in V. ὁρμη. Quod vero ad rem attinet, Philodemus vocat *vanum supra modum*, et proinde a philosophico sermone alienum esse adstruit id ipsum, quo Rhetores ac Sophistae pulchram elocutionem comparandam esse docent. Quae omnia eo semper spectant, ut ostendat, philosophorum eloquium non illa, quam Rhetores portendunt, verborum concinnitate, sed rerum utilitate et pondere pulchrum haberi posse.


Lin. 15 et seqq. Ματαιον, κ. τ. λ. Ut προσερειν restitueremus hortatae sunt Epicuri tum sententiae tum vitae ratio. Statuit enim Epicurus, sapientem quidem Συγγραμματα καταλειψειν· ου πανηγυριειν δε. *Conscripturum libros, quos posteris relinquat; non autem in populi celebritate recitaturum,* teste Laërtio Lib. X segm. 119; si autem res tulerit, eum certe Αναγνωσεσθαι εν πληθει, αλλ' ουχ ἑκοντα, *Recitaturum in multitudine, sed non sponte,* ibid. segm. 121. Quocum facit illud: *Numquam volui populo placere: nam quae ego scio, non probat populus: quae probat populus, ego nescio.* Epicurus apud Senecam, Epist. XXIX. Haec autem vitae instituto confirmavit; nam, *Ignotus ipsis Athenis fuit, circa quas delituerat. Multis itaque iam annis Metrodoro suo superstes in quadam Epistola, quum amicitiam suam ex Metrodori grata commemoratione cecinisset, hoc novissime adiecit, nihil sibi et Metrodoro inter bona tanta nocuisse, quod ipsos illa nobilis Graecia non ignotos solum habuisset, sed paene inauditos.* Seneca Epist. LXXIX.

Lin. 18 et seqq. Ταλαντευειν, κ. τ. λ. Reposuimus ταλαντευειν, illa Persii respicientes:

... Paedius quid? Crimina rasis
Librat in antithetis: doctus posuisse figuras
Laudatur: bellum hoc: hoc bellum? an Romule ceves?

Satyr. I, 85 et seqq.

Reliquum vero supplementum hausimus potissimum ex Clemente Alexandrino, qui Ἡ μεν λεξις, inquit, οἱον εσθης επι σωματος· τα δε πραγματα σαρκες εισι και νευρα. Ου χρη τοινυν της εσθητος προς της του σωματος σωτηριας κηδεσθαι... επει μητε εκεινη καλη σκευασια τροφης, ἡ πλειω των τροφοντων εχουσα τα ἡδυσματα· μητε λογου χρησις αςεια, ἡ τερπειν μαλλον, η ωφελειν τους ακουοντας δυναμενη. *Dictio quidem tamquam vestis in corpore: res autem sunt carnes et nervi. Non oportet ergo maiorem vestis, quam salutis corporis curam gerere... quoniam nec honestus est ille cibi apparatus, qui plura habet condimenta quam ea quae nutriunt; nec est bellus urbanusque orationis usus, qui auditores magis aptus est delectare, quam iuvare.* Stromat. Lib. I Cap. 10 pag. 344 et seq. *Oxon. 1715.* Re sane vera, Φαινεται απρεπες, ipso iudice Theophrasto, σπουδαζοντα τοις πραγμασι, τοις ονομασι παιζειν. *Est indecorum, eum qui rebus studet, in vocibus pueriliter nugari,* apud Dionysium Halicarnass. De Lysia Iudic. Cap. XIV pag. 137. Opportune Seneca: *Non mehercules ieiuna esse et arida volo quae de rebus tam magnis dicentur: neque enim philosophia ingenio renuntiat: multum tamen operae impendi verbis non oportet.* Epist. LXXV pag. 288. Nam, *quae veritati operam dat oratio, incomposita debet esse et simplex.* Id. Epist. XL pag. 138.



Gio. B.a Malesci dis. *Gio. B.a Casanova inc.*

ADNOTATIONES IN COL. III.

Atque, *Oratio sollicita philosophum non decet,* id. Epist. C pag. 494. Quocirca iure conqueritur auctor idem, quod suis temporibus *Quae philosophia fuit, facta philologia* esset, Epist. CVIII pag. 536. Huc pertinet quod Plato hospitem Pythagoreum Socrati dicentem inducit: Καν διαφυλαξης το μη σπουδαζειν επι τοις ονομασι, πλουσιωτερος εις το γηρας αναφανησῃ φρονησεως, *Et si caveris ne sis de nominibus nimium sollicitus, prudentia locupletior apparebis in senectute.* Politic. pag. 261 T. II Ed. Steph. Nam *In philosophia*, ut cum Cicerone loquar, *res spectatur, non verba penduntur.* Orator. Cap. XVI. Quae certe dictio plurimam cum τῳ ταλαντευειν analogiam habet.

Lin. 19. Ὁυτως τα. Nihil obstare putamus, quod sequente consonanti οὑτω, non οὑτως sit magis usitatum: nam Auctorem nostrum hanc neglexisse consuetudinem etiam alibi palam est, ut qui indistincte οὑτω vel οὑτως, nulla sequentium litterarum ratione habita, usurpet. Sic in Libro Περι Ῥητορικης, quem habes in Hercul. Vol. T. IV Col. IV lin. 27, legimus οὑτω αν. Vice versa infra, Col. XVII lin. 15 et seq., οὑτως μηδε. Caeterum οὑτως sequente consonante non omnino apud alios scriptores exemplo caret: Ὡς το ὁραν και ακουειν, οὑτως και το ονομαζειν, *Cuius sunt conditionis videre et audire, eiusdem est et nominare.* Proclus, Schol. in Plat. Cratyl., Cap. XVII. Ὁ δε Δημοσθενης ουχ οὑτως μεν αυθαδης, *Parcior aliquanto Demosthenes.* Dionysius Longinus, De Sublim. Sect. XXII pag. 142 Ed. Toll. Οὑτως και τον ειρωνα διεξειμι, *Sic et dissimulatorem describam.* Theophrastus, Charact. Ethic. Prooem. pag. 10 *Lond. 1744.* Ὁυτως διετελεσε, *sic consummavit.* S. Irenaeus contra Haeres. Lib. III cap. IV n. 3 pag. 178 Venet. 1734. Adde Eusebium, qui allata Irenaei verba exscripsit et servavit Hist. Ecclesiast. Lib. IV cap. 11, pag. 132, August. Taurin. 1746. Apud Dionysium etiam Halicarnasseum me legisse memini; sed locum quaerere in praesentia non vacat.

COLUMNA IV.

ῃ καλη φρασις, ει τουτοις αει συνεγγιζουσι, των ὁμοιως φιλοσοφουντων· τοις δε ῥητορσι, και μεν ισως τοις σοφισταις μηδ' εστ' αποπτος. Φανερον δ' εστιν, αυτην ὡμοιωμενην προς τα κυριωτατα σημαν'. Ου δη καλην τις ἡγηται την του σοφου και φιλοσοφου, εφ' ᾧ αξει δευτεραν ειναι περ, η τριτην τοιανδε του ῥητορος.

adeo ut pulchra elocutione potiantur, si hisce quidem *viris* semper appropinquent, ii tantummodo qui similiter philosophantur: rhetores autem et ex aequo sophistae ne a longe quidem eam conspiciant. Sed manifestum est, ipsam ita esse comparatam ut propriissima quaeque significet. Nemo utique a sapiente vel sapientiae studioso adhibitam pulchram existimabit, eo scilicet respectu, quo ab oratore usurpatam talem putabit, cui vix secundas vel tertias deferre liceat.

ADNOTATIONES IN COL. IV.

Lin. 1 et seqq. Ἡ καλη φρασις, κ. τ. λ. Eo argumentationis genere, quod *per absurdum* vocant, adversarios urget Philodemus. Nam aientibus illis etiam Philosophos pulchra elocutione usos; ipse excepit in praeced. Col., philosophicum eloquium una tantum ratione pulchrum dici posse, sententiarum nempe pondere et utilitate. Si autem hunc pulchrae elocutionis characterem adversarii constituant; illico sequeretur eam ita Philosophorum patrimonium esse, ut nullo pacto ad Rhetores ac Sophistas pertineret. Id nunc infert Philodemus, ut mox cum ipsorum adversariorum placitis pugnare ostendat. Videtur itaque in iis, quae inter praesentem atque praecedentem Columnam interciderunt, Philosophos aliquot memorasse venusti sermonis laudem adeptos, non utique Rhetorum flosculis, sed sententiarum gravitate et praestantia: unde, concludit si in eo sita sit eloquii pulchritudo, eam adsequuturos esse non Rhetores vel Sophistas sed eos tantummodo qui pariter ac illi philosophiae operam dantes, semper ipsis appropinquarent, constanter scilicet eorum in philosophando maturitatem attingerent. Hac saltem una ratione sensum aliquem expiscari licuit horum verborum: η καλη φρασις των ὁμοιως φιλοσοφουντων, ει τουτοις αει συνεγγιζουσι, quae Delium, quod aiunt, requirere urinatorem mihi visa sunt.

Lin. 5 et seq. καὶ μεν ισως, κ. τ. λ. Non solum lacunae spatium, sed res ipsa μεν ισως efflagitabat. Nam etsi quandoque οἱ σοφοι και σοφιϛαι εκαλουντο, *ipsi sapientes etiam Sophistae appellabantur*, Laërt. Prooem. Segm. 12; tamen immane discrimen inter Sophistam et Philosophum interesse docet Plato in Sophist. pag. 253. T. I Ed. Steph.: ac propterea quum quaerit quo tandem nomine Sophista appellandus esset, Τον μεν, ait, που σοφον, αδυνατον, επειπερ ουκ ειδοτα αυτον εθεμεν, *Sapientem quidem appellare illum minime possumus, quandoquidem indoctum posuimus*. Ibid. pag. 268. Itaque Sophistas Philosophis aequiparari cupientes hisce versibus Anaxippus exagitat apud Athenaeum:

Οιμοι, φιλοσοφεις. Αλλα τους γε φιλοσοφους
Εν τοις λογοις φρονουντας ευρισκω μονον·
Εν τοισι δ'εργοις οντας ανοητος ορω.
Hem philosopharis. At ego reapse comperi
Sapere philosophos tantum verborum tenus.
At rebus ipsis esse insipientissimos.

Deipnosoph. Lib. XIII Cap. 9 pag. 212 T. V Ed. Bip. Re sane vera ii proprie σοφιϛαι προσηγορευθησαν *Sophistae dicti sunt*, teste Plutarcho, qui a sapientiae studio desciverant, μεταγοντες απο των πραγματων την ασκησιν επι τους λογους, *meditationem e rebus ad verba transferentes*, Vit. Themistocl. pag. 112. Francof. 1599. Quo etiam spectat illud Luciani: Επει οι γε τοις λογοις μονοις εγγεγυμνασμενοι, σοφιϛαι αν εικοτως μαλλον, η σοφοι καλοιντο, *Quandoquidem solis in verbis exercitati, Sophistae potius quam sapientes dici meruerunt*. Hipp. Cap. II pag. 67 T. III. Quo autem pacto in huiusmodi studiis των λογων Sophistae versati fuerint, Tullius egregie explicat his verbis: *Omnes eosdem volunt flores, quos adhibet Orator in causis, persequi. Sed hoc differunt, quod quum sit his propositum non perturbare animos sed placare potius, nec tam persuadere, quam delectare; et apertius id faciunt quam nos, et crebrius: concinnas magis sententias exquirunt, quam probabiles: a re saepe discedunt, intexunt fabulas, verba apertius transferunt; eaque ita disponunt, ut pictores varietatem colorum: paria paribus referunt, adversa contrariis, saepissimeque similiter extrema definiunt.* Orator. Cap. XIX. Hinc Rhetor fieri et Sophistae nomen adipisci idem sunt Luciano: Ερωτας, ω μειρακιον, ὁπως αν ῥητωρ γενοιο, και το σεμνοτατον τουτο και πανδημον ονομα, σοφιϛης αυτος ειναι δοξης, *Quaeris, adolescens, quomodo fieri possis Rhetor, atque honestissimum illud et omnium ore celebratissimum nomen, Sophista esse videaris*. Rhetor. Praecept. Cap. I pag. 1 T. III. Quamobrem non solum Noster et alibi Sophistas Rhetoresque coniungit, ut in Col. III, V et VI saepius laudati Περι Ῥητορικης Libri, quem Cl. Scotti Interprete editum habes in Hercul. Vol. T. IV; sed etiam Rhetoricam et sophisticam unum idemque omnino esse reputans, artem Rhetoricam Την Σοφιϛικην Ῥητορικην appellat in eo Opere inter Hercul. Vol. evoluto, cui Titulus Περι Ῥητορικης Ὑπομνηματων, A. tum Col. V lin. 26 et seq. tum Col. VII lin. 13 et seq. Quae omnia satis evincunt etiam heic Philodemum Sophistas cum Rhetoribus copulasse, eademque de utrisque μεν ισως adfirmasse.

Lin. 6 et seq. Μηδ' ετ' αποπτος. Etsi hoc vocabulum ea denotet ut plurimum quae vix *alicunde videntur*, vel tantum *a longe conspicua sunt*, περιβλεπτα, η εφ' ὡν τις ιϛαμενος δυναται

μακραν βλεπειν, ut ait Thomas Magister, pag. 515, Lugd. Bat. 1757; tamen id etiam αποπτον dici posse, quod nullo pacto visibile sit, idest, αθεωρητον, et Hesychius in V. testatur, et subiecta exempla confirmant. Sophocles:

...Καν αποπτος ης, ὁμως
φωνημ' ακουω,

Etsi te quidem non videam, tamen loquelam tuam auribus percipio. Aia. v. 15 et seq. Quo in loco αποπτος a Scholiaste exponitur αορατος. Sophocles idem:

Ὡς πλειϛον ειη τουδ' αποπτος αϛεος,

Quo urbis huius a conspectu esset quam remotissimus. Oedip. Tyr. v. 762. In quem locum Suidas: Αποπτος γαρ ὁ αθεωρητος, h. v. Cyrillus Alexandrinus de Divina Natura loquens, Αποπτος, inquit, παντελως, και μην επεκεινα του παντος, και λογου δυναμιν ὑπερφερεται, *Invisibilis est prorsus, quin etiam omnem mentem ac rationem excedit.* Glaphyr. in Exod. Lib. II pag. 296 T. I Lutet. 1639. Itemque: Εις νεφρους ὁρᾳ και καρδιας ὁ των ὁλων Θεος, αποπτον δε αυτῳ παντελως ουδεν, *Renes et corda intuetur universorum Deus, nihilque est quod eius oculos effugiat,* Comment. in Ose. Cap. V pag. 84 T. III. Atque eadem locutione utitur ad idem exprimendum Comment. in Amos Cap. II pag. 269 T. III ubi ait: Εφορᾳ ὁ των ὁλων Θεος και τα εν σκοτει, και αποπτον αυτῳ παντελως ουδεν, *Intuetur universorum Deus etiam quae in tenebris sunt, et nihil est prorsus quod non videat.* Similiter quum inquit: Αποπτον τῳ Θεῳ παντελως ουδεν, *Nihil est omnino quod Deus non videat.* Comment. in Malach. Cap. III pag. 856 T. III. Verum hanc του αθεωρητου significationem in vocabulo αποπτος secundariam esse omnes norunt; et primigenio germanoque sensu id αποπτον dici, quod, ut Suidas loquitur h. v., πορρωθεν ὁρωμενον, *a longe vix aut ne vix quidem conspicitur*, satis compertum est. Quocirca aptissime in suam sententiam huiusmodi vocabulum heic Philodemus adhibuit: nec immerito, ut spero, restituendum duximus μηδ' ετ' αποπτος, supp. ῃ, atque vertendum putavimus *ne a longe quidem eam conspiciant*, eo nempe sensu quo significetur Rhetores et Sophistas pulchram elocutionem, quae Philosophis adiudicari possit, ne a longe quidem salutasse.

Lin. 8 et seq. ὡμοιωμενην. Hanc vocem reddidimus *comparatam:* quandoquidem huiusmodi significationem, inter caeteras, verbum ὁμοιοω praesefert, praesertim quum praepositio προς illi adiungitur, ut in hisce Thucydidis verbis: Ο' δε πολεμος...βιαιοσ διδασκαλος, και προς τα παροντα τας οργας των πολλων ὁμοιοι, *Bellum vero...violentus est magister, et ad praesentem rerum statum multorum mores fingit atque componit.* Lib. III Cap. 82 pag. 217 Amsteled. 1731.


Lin. 9 et seq. Τα κυριωτατα. Quod ad *propriissima* quaeque tantum exprimenda comparatam sapientis vel sapientiae studiosi elocutionem Philodemus adfirmet, ridiculum prima fronte atque incongruum videri possit. Sed hanc sententiam ab suis placitis liquido fluere, vel ex eo constat, quod infra Col. XIII lin. 5 et seqq. docet, nempe φιλοσοφου, και αλλων μετ' αυτον πορευομενων, *Philosophi et aliorum qui ipsum sequuntur*, proprium non esse praeter multam perspicuitatem quidpiam aliud in sermone diligere. Ad quae si admoveas illa Quintiliani, *Rectissime traditum est, perspicuitatem propriis, ornatum translatis rebus magis egere*, Institut. Orat. Lib. VIII Cap. 3 pag. 582; et si animadvertas in eadem opinione Auctorem nostrum fuisse, quippe qui in huius Vol. Col. XIX lin. 5 ad arcendam sermonis obscuritatem inter caetera necessarium esse praecipiat voces ακυρως non efferre; statim intelliges, Philodemum sapientibus *propriissimum* eloquium, atque aliud praeterea nullum tribuere, ne sibi contradiceret, debuisse. Accedit illud etiam, quod Epicurus, cuius exemplum certe Philodemo lex erat, usus esse dicatur phrasi adeo *propria*, ut nimiae proprietatis in dicendo accusetur: Κεχρηται δε λεξει κυριᾳ κατα των πραγματων, ἡν, ὁτι ιδιωτατη εϛιν, Αριϛοφανης ὁ γραμματικος αιτιαται, *Utitur autem de rebus dictione propria, quam, quoniam propria maxime est, Aristophanes grammaticus taxat.* Laërtius, Lib. X Segm. 13. Caeterum si ad eam potius significationem quis τα κυριωτατα hic referre malit, qua Philodemi magister Epicurus Κυριας δοξας, *Ratas* nempe *sententias* (Vide sis Laërtium, Lib. X Segm. 138) suis adseclis reliquit; non equidem intercedo. Priorem ego interpretationem praetuli, eo quod *elocutioni*, de qua utique sermo est, magis consentaneam congruentemque iudicavi.

Lin. 12 et seq. Του σοφου και φιλοσοφου. Philosophia, teste Laërtio, θαττον εκαλοιτο σο-

φια, και σοφος ὁ ταυτην επαγγελλομενος, ὁς ειη ἀν κατα ακροτητα ψυχης απηκριβωμενος· φιλοσοφος δε ὁ σοφιαν ασπάζομενος, *Sapientia olim dicebatur; et qui hanc profitebatur, sapiens quicumque ad summam animi perspicacitatem pervenisset: philosophus autem qui sapientiam amplecteretur.* Prooem. Segm. 12. Quam veterem denominationem non heic solum Philodemus observavit, sed etiam in Libro Περι Μουσικης Col. XXXII lin. 14 pag. 123 Hercul. Vol. T. I, ubi pariter legitur Οἱ σοφοι, και φιλοσοφοι. Quos autem nunc isthac σοφου και φιλοσοφου denominatione comprehendit, infra, Col. XIII lin. 7 et seqq., φιλοσοφου και των αλλων μετ' αυτον πορευομενων appellatione indicavit.

Lin. 13 et seqq. Εφ' ᾧ αξει δευτεραν ειναι, κ. τ. λ. Fieri non posse adfirmat Philodemus, ut quis pulchram philosophorum elocutionem existimet eo ipso respectu, quod nempe *propriissima* sit, quo certe Oratoris elocutionem emendatam fortasse putabit, sed non pulchram, nec multa laude dignam. Re sane vera modicam admodum laudem sermonis *proprietati* Rhetores tribuendam esse decernunt: *Proprietas*, ait Quintilianus, *non simpliciter accipitur. Primus enim intellectus est sua cuiusquè rei appellatio....In hac autem proprietatis specie, quae nominibus ipsis cuiusque rei utitur, nulla virtus est, atque ei contrarium est vitium id, quod apud nos improprium, ακυρον apud Graecos vocatur.... Secundo modo dicitur proprium inter plura, quae sunt eiusdem nominis, id unde caetera ducta sunt.... Tertius...quum res communis pluribus in uno aliquo habet nomen eximium... Sed ne in his quidem virtus oratoris inspicitur.* Instit. Orat. Lib. VIII Cap. 2 pag. 573 et seqq. Et alibi: *Emendate quidem ac dilucide dicentium* (quo proprietas pertinet) *tenue premium est, magisque vitio carere, quam ut aliquam magnam virtutem adeptus esse videaris....Cultu vero atque ornatu se commendat ipse qui dicit, et in caeteris iudicium doctorum, in hoc vero etiam popularem laudem petit.* Instit. Orat. Lib. VIII Cap. 3 pag. 579. Et rursum: *Illud adiiciendum, ne iis quidem consentire me, qui semper argumenta sermone puro et dilucido et distincto, caeterum minime lato ornatoque putant esse dicenda. Namque ea distincta quidem ac perspicua debere esse confiteor: in rebus vero minoribus etiam sermone ac verbis quam maxime propriis et ex usu. At si maior erit materia, nullum ornatum his, qui modo non obscuret, subtrahendum puto.* Instit. Orat. Lib. V Cap. 14 pag. 433 et seq. Videsis etiam Lib. XII Cap. 10 pag. 902. Lugd. Bat. 1665. Nec aliter Cicero, quum ait: *Utemur verbis, aut iis quae propria sunt, et certa quasi vocabula rerum,...aut iis quae transferuntur et quasi alieno in loco conlocantur, aut iis quae novamus et facimus ipsi...In verborum genere propriorum delectus est quidem habendus,...in quo non magna laus est vitare vitium..... Tria sunt in verbo simplici, quae Orator adferat ad illustrandam atque exornandam orationem: aut inusitatum verbum, aut novatum, aut translatum.* De Orator. Lib. III Cap. 37 et seq. Eadem repetit ibid. Cap. 43, ubi docet, *singulorum verborum virtutem atque laudem* non ex nuda vocum proprietate, sed tribus supra dictis ex rebus exsistere, praecipue ex verborum translatione, quae *maxime tamquam stellis quibusdam notat et illuminat orationem.* Itaque Philodemus hinc arguit contra sua ipsorum placita Rhetores eorumque fautores facere, qui ad Rhetoricam cohonestandam dictitent tum Philosophos ipsos ea uti, tum eorum elocutionem pulchram esse; quum ex sapientibus expectare hoc in genere nihil possimus praeter sermonis proprietatem, in qua vix ullam laudem, venustatem vero prorsus nullam esse Rhetores ipsi constituant.

Lin. 14. Δευτεραν ειναι, κ. τ. λ. Non multo absimilem locutionem adhibet Hermogenes de Thucydide loquens: Τεταχθω μεν ενθα ἀυτῳ και προσηκει τεταχθαι,...τα δευτερα φερεσθω της περι τους λογους ἑξεως ἑνεκα, *Ponatur eo loco, quo decet,...secunda praemia reportet propter dicendi facultatem.* De Formis. Orat. Lib. II pag. 390.



Gio. B.ª Malesci dis. *Franc. Casanova inc.*

COLUMNA V.

. . . . . και παρατετηρηκως τα πειθοντα, δηλοι καθ' ὀν τροπον αισθεσθαι τε δυναιντο οἱ ακουσται, και . .

. . . .

Φυσικον μεν γαρ ὁμοιωμα και καθαπερ ειδωλον εκ ῥηματων ειναι, μακρα ἡττον, η καθαπερ εις αρχιον, διαφερον. Μιμεισθαι δε τα πραγματ' αει εν φωναις ου δυνατον εστιν. Ηχουσας φωνας και ψοφουσας επ' ωτα πορρωθεν τοιαυτης βιας ὁσον τυχειν κατ' ολιγων λεξεων, αρα παντες ισασιν· αλλ' ιδιον ὁλων . . . . .

. . . . et ea, quae persuadendi vim habent, perscrutatus, declaret quo pacto tum animadvertere illa possint eius discipuli, tum . . . . .

. . . .

Naturalem enim similitudinem et veluti imaginem ex verbis exstare *aiunt*, longe minus, quam quatenus par esset, *a rebus* discrepantem. Sed ut rerum formas semper voces imitentur, fieri non potest. Sonantes voces, et strepentes eminus ad aures huiusmodi vim in paucis dictionibus paene obtinere, utique omnes norunt: verumtamen *id* omnibus proprium esse . . . . .

ADNOTATIONES IN COL. V.

Lin. 1 et seqq. Και παρατετηρηκως τὰ πειθόντα, κ. τ. λ. Quomodo haec vel cum superioribus, a quibus satis amplo litterarum hiatu disiunguntur, vel cum infra positis cohaereant, in tanta rerum obscuritate definire equidem non ausim. Itaque subsequentem mox lacúnam intactam reliqui, ne quidpiam prorsus ex ingenio ac temere reposuisse videar. Caeterum quum Philodemus in praecedentibus Columnis ostendisset quam immerito Rhetores ac Sophistae suarum artium participes dictitarent Philosophos, quorum eloquium ab eo pulchritudinis genere, quod Rhetoribus cordi est, longissimo distet intervallo; suspicor eum opportunam occasionem nactum, iniecisse sermonem de iis Sophistarum circa pulchram elocutionem praeceptis, quae quum magis puerilia, tum philosophica gravitate indigniora viderentur. In hanc igitur sententiam fortasse scripserat Philodemus « eum, qui Rhetoribus et » Sophistis elocutionis pulchritudine probaretur, non philosophum esse debuisse, sed homi» nem, qui plurimam in conlocandis verbis, plurimam in iis seligendis supervacaneam cu» ram impenderet, *et ea* vocabula, *quae persuadendi vim habent*, *perscrutatus* », Rhetorem simul ac Oratorem sophistico more se gerens, *declaret quo pacto animadvertere illa possint eius discipuli* « et ipse singulari dexteritate adhibeat, id in primis adtendens, ne » naturalem vocabulorum cum certis rebus similitudinem neglexisse videatur ». Haec equidem hariolando coniicio: tui autem, Lector, esto indicium.

Lin. 7 et seqq. Φυσικον μεν γαρ ὁμοιωμα, κ. τ. λ. Φυσικον sane sarciendum, et mox εκ ῥηματων supplendum esse idcirco animum induxi, quod ex proxime sequenti commate intellexi heic prorsus rem esse de vocabulis iuxta Rhetorum opinionem subiectas res ipso sono ita graphice repraesentantibus, nihil ut melius desiderare possimus. Quae sane opinio non nihil relationis habet ad celebratissimam apud veteres Philosophos quaestionem, utrum φυσει, an θεσει sint rerum nomina: de qua vide sis quae infra ad Col. XVI lin. 26 adnotabimus. Quo respexisse puto Dionysium Halicarnasseum quum ait, *multa esse et gravia theoremata ad vocabulorum delectum pertinentia*, deque iis *tam Philosophos quam Rhetores plura disseruisse:* Πολλων και μεγαλων οντων θεωρηματων περι την εκλογην, ὑπερ ὧν πολυς εγενετο φιλοσοφοις τε και ῥητορικοις ανδρασι λογος. De Composit. Verbor. Cap. II pag. 3. Oxon. 1704. Porro apud Rhetores fixum destinatumque erat, quod τα ονοματα, μιμηματα εστιν, *nomina imitationes sunt;* itemque quod ἡ φωνη παντων μιμητικωτατον των μοριων ἡμιν, *vox nobis omnium partium aptissima ad imitationem*, Aristotele teste, Rhetoricor. Lib. III Cap. I. Hinc concludebant, quod ὥσπερ σωμασι πρεπουσα τις εσθης, οὕτως και νοημασιν ἁρμοττουσα τις ονομασια, *ut hominum corporibus quaedam tantum vestis*, *sic etiam cogitatis quaedam tantum nomina sint convenientia,* ut decernit Dionysius Halicar. De Vi Demost. Cap. XVIII pag. 284. Qua de re vide etiam Quintilianum Institut. Orat. Lib. VIII Cap. 3 pag. 583. Haec autem eo deducebant, ut dicerent quaedam nomina esse τὰ πειθοντα, *persuadendi vi praedita*, quaedam vero nequaquam; et eos qui optime scriberent priora illa tantum adhibere, vel quod deligant ονοματα προσφυη τοις πραγμασι, nomina *rebus ipsis a natura insita*, Dionysius Halicar. Epist. Ad Pompei. De Praecip. Histor. Cap. IV pag. 210; vel quod Τα μεν αυτοι τε κατασκευαζουσιν ονοματα, συμπλεκοντες επιτηδειως αλληλοις τα γραμματα, και τας συλλαβας δε οικειως, οἷς αν βουλονται παραστησαι παθεσι, ποικιλως φιλοτεχνουσιν, *Ipsi sibi nomina confingunt*, *opportuna literarum connexione*, *et syllabas apposite ad quosvis pro lubitu excitandos affectus vario accommodant artificio.* Dionysius Halicar. De Verbor. Composit. Cap. XV pag. 25. Huc pertinet, quod tam impense Rhetores inculcarent verborum delectum, quem Tullius *originem eloquentiae* appellat in Brut. Cap. LXXII, et in quo illud praeter caetera curandum esse monet idem Tullius, ut verba ponantur *ab ipsa actione atque imitatione rerum non abhorrentia.* Partition. Orat. Cap. VI. Haec autem deridet Noster; quandoquidem, *has curas vocum verborumque elegantias non modo non sectatur Epicurus* (Philodemi magister), *sed etiam insectatur.* Gellius Lib. II Cap. 9.

Lin. 10 et seqq. Μακρα ἡττον, η καθαπερ εις αρχιον, διαφερον. Ex residuis elementis haec verba refingi posse visa sunt, quae commodum, ni fallor, sensum praestant. Nam Philodemus, continuo negaturus fieri posse ut vocabula res imitarentur; vel in enuncianda adversariorum opinione sibi temperare non potuit, quin aliquid iniiceret, quod ad eam opinionem improbandam faceret. Quocirca ita rem extulit ut diceret, Adversarios eam rerum immaginem quam ex verbis per aptum eorum sonum haberi posse dictitabant, quamquam ab rebus ipsis aliquo pacto differre haud inficiari possent, tamen contendere, sibi huiusmodi differentiam


non officere, quippe quae parva esset, ac longe minor quam eorum interesset, quo verba sint, ut ait Dionysius Halicarnass. De Verbor. Comp. Cap. XVI pag. 26, μιμητικωτατα των πραγματων, *optime rerum naturam dipingentes.*

Lin. 12 et seqq. Μιμεισθαι δε τα πραγματα, κ. τ. λ. Opportune heic μιμεισθαι iure quasi postliminii revocatum esse, superstites litterae, spatium lacunae, totus denique contextus dubitare non sinunt. Porro simili phrasi usus Plato quum ait: Το εκτος της τροφης εκαςης γιγνομενον, χαλεπον μεν εργοις, ετι δε χαλεπωτερον λογοις ευ μιμεισθαι, *Ea quae a qualibet educatione fuerint aliena, difficile quidem est rebus, difficilius autem verbis recte et solide imitatione consequi.* Timae. pag. 19 T. III Ed. Steph. Quod ad rem attinet haud inutiliter huc conferas quae habet Auctor in De Musica Col. III lin. 24 et seqq., ubi ne Musicae quidem imitandi vim tribuit. Caeterum quod Philodemus heic fieri posse negat, ipsa stimulante ac docente natura passim perfici adfirmat Halicarnasseus Dionysius: Μεγαλη τουτων αρχη και διδασκαλος ἡ φυσις, ἡ ποιουσα μιμητικους ἡμας και θετικους των ονοματον, οἷς δηλουται τα πραγματα, κατα τινας ευλογους και κινητικας διανοιας ὁμοιοτητας· ὑφ' ὡν εδιδαχθημεν ταυρων τε μυκηματα λεγειν, και χρεμετισμους ἱππων, και φρυαγμους τραγων, προς τε βρομον και καταγον ανεμων, και συριγμον καλων, και αλλα τουτοις ὁμοια παμπληθη, τα μεν φωναις μιμητικα, τα δε μορφης, τα δε εργου, τα δε παθους, τα δε κινησεως, τα δε ηρεμιας, τα δε αλλου χρηματος ὁτουδηποτε, περι ὡν ειρηται πολλα τοις προ ἡμων. *Magnum horum principium, magistraque natura est: quae nos imaginibus quibusdam decoris, mens unde nostra excitatur, efficit, ut imitari possimus et vocabula struere res ipsas exprimentia: quibus edocti sumus taurorum mugitus, equorum hinnitus, fremitusque hircorum verbis repraesentare, praeterea fragorem et strepitum ventorum, rudentum stridorem, atque horum similia quamplurima, quorum alia vocem, alia formam, alia rem gestam, alia affectiones, aut motum, aut quietem, aut quodvis denique aliud imitantur; de quibus multa ab iis scripta, qui nos praecesserunt.* De Verbor. Composit. Cap. XVI pag. 26 Oxon. 1704. Similia habet Eustathius, quum loquitur de ονοματοποιια, quae ab ipso definitur Μιμησις λεκτικη ποιοτητος ηχου, *Vocalis imitatio qualitatis soni:* de qua inquit: Ενθα ουκ ην ουσιωδη κλησιν ἑυρεσθαι, η φθασασαν τεθηναι, η ῥᾳον δυναμενην αλλως γενεσθαι, ονοματοποιια εν τουτοις επαρρησιαζετο, εκ του κατα τινα κινησιν ποιου ηχου δηλουσα το ὑποκειμενον. Και πλειη μεν πασα γαια ταυτης... Και δηλουσιν αἱ βρονται, αἱ βροχαι, αἱ βοαι, οἱ βομβοι, οἱ φλοισβοι, οἱ ηχοι, οἱ βρομοι, τα λοιπα, ὁσα κατ' αμμον ουδ' αυτα ποσουνται. *Ubi ad explicandam rei alicuius naturam aptum vocabulum invenire non licebat, quod aut positum iam esset, aut facile fingi posset; magna ibi vocabulorum licentia data erat onomatopoeiae, ut ex certo quodam per motionem sono rem subiectam declararet. Atque hac plena sunt omnia... Cuius rei indicium sunt voces tonitrua, pluviae, clamores, bombi, sonitus, soni, fremitus, reliqua omnia, quae arenae instar nec ipsa numerari possunt.* In I Iliad. pag. 39 Ed. Rom. Quae sane omnia sophisticam iactantiam sapiunt; tamen partim vera apud Graecos: sed apud Latinos alio prorsus pacto se res habuit. Nam quamquam et ipsi diversorum animalium voces vocabulorum sono imitarentur, ut videre est apud Spartianum, in Anton. Get. Cap. 5; tamen ονοματοποιιαν *Graecis inter maximas habitam virtutes,* Latinis *vix permitti* fatetur Quintilianus Lib. VIII Cap. 6 pag. 622, et ibid. Cap. 5 pag. 586: immo ipsis *minime concessam esse* docet Lib. I Cap. 5 pag. 55.

Lin. 15 et seqq. Ηχουσας φωνας, κ. τ. λ. Quod superiori sententia Philodemus negaverat fieri posse, in nonnullis graecis dictionibus locum habere certissimum est, ut supra adnotavimus. Quod quum Noster dissimulare non posset, concedit; sic tamen ut paucas esse eas dictiones adfirmet, ac propterea neque ad suam sententiam convellendam, neque ad oppositam opinionem constabiliendam satis ponderis habere. Hanc esse Philodemi mentem tum ex contextu, tum ex superstitibus commatis litteris elucet: itaque eam veluti praecipuam supplementi nostri tesseram habuimus. Quamobrem, quum ηχουσας και ψοφουσας legendum esse vocabuli φωνας (quod ex contextu nec non ex Epicuri locis paulo post recitandis restituimus) postrema syllaba indicio fuisset; mox τοιαυτης βιας ὁσον τυχειν κατ' ολιγων λεξεων opportune ex residuis elementis refingi putavimus. Porro quod Philodemus dixerit φωνας esse εχουσας και ψοφουσας, id ex Magistri sui doctrinis eum traxisse patet, nam sic Epicurus ipse loquitur: Το ακουειν γινεται, πνευματος τινος φερομενου απο του φωνουντος, η ηχουντος, η ψοφουντος, *Auditus fit quum flatus aliquis a vocali re fertur sive sonans sive strepens,* Epist. ad Herodot. apud Laërt. Lib. X Segm. 52. Itemque apud Plutarchum Epicurus docet, Την φωνην ειναι

ρευμα εκπεμπομενον απο των φωνουντων η ηχουντων, η ψοφουντων, *Vocem esse fluxum emissum a rebus vocalibus, quae aut sonent aut strepant.* De Placit. Philosoph. Lib. IV Cap. 19 pag. 902. Sane quod Epicurus ait φερομενου απο του, etc., et εκπεμπομενον απο των, etc., id Noster illis verbis exprimendum curavit, επ᾽ ωτα πορρωθεν. Ad hanc autem epicuream vocis definitionem Philodemum adlusisse puto non solum ut Magistri doctrinam oblata opportunitate commemoraret; sed etiam ut hinc suam magis magisque sententiam fulciret, id quasi innuens, absurdum prorsus esse rerum omnium imagines putare voces, quae nihil aliud quam sonum aut strepitum ad aures deferunt. Quocum facit illud Quintiliani monitum: *Verba... non sua natura sunt bona aut mala (nam per se soni tantum sunt), sed prout opportune proprieque aut secus collocata sunt.* Instit. Orat. Lib. X Cap. 2 pag. 758. Denique epitheto ολιγων adiungendum curavimus λεξεων, rati non id certe negotium facessere, quod το φωνας praecesserit, atque rem componere ita videremur, ut dicatur *voces* in *vocibus huiusmodi vim obtinere*, etc.: nam Διαφερει φωνη και λεξις, ὁτι φωνη μεν και ὁ ηχος εστι· λεξις δε το εναρθρον μονον...Διαφερει και το λεγειν του προφερεσθαι· προφερονται μεν γαρ αἱ φωναι, λεγεται δε τα πραγματα, *Differt vox a dictione: nam vox quidem est et sonus: dictio autem sola articulata. Differunt item dicere ac pronuntiare: nam proferuntur voces, dicuntur autem res.* Laërtius Lib. VII Segm. 57.

Lin. 20 et seq. Αλλ᾽ ιδιον ὁλων. Prioris tantummodo litterae indicio freti ὁλων reponere audemus, quod sane Auctoris sententiae optime congruit, et τῳ ολιγων non invenuste opponitur. Verba quae ad adsolvendam periodum desiderantur, in hunc fortasse sensum conspirabant: *sed id omnibus* (vocabulis) *proprium esse, nemo certe sibi persuaserit.*



Gio. B.ª Malesci dis. Carlo Orazj inc.

COLUMNA VI.

ταυτ', εαν μη συνεχιζῃ μιμουμενῳ. Ῥητωρ δε, και πας συγγραφευς σωφρων, ουκ εσται μιμητης. Και μεντοι κατασκευαζων αν καλον και νουνεχη λογον, οἷον τον Ισοκρατους, και των ὁμοιων, η τον Δημοσθενους, και των αναλογων, ουδενος ουτε περ ευδοξιᾳ αἱρεθησεται ιδιωματος, ουτ' αποπτυσει διανοιαν, χρησαμενος θεωρουμενοις καθαπερ ουδεποτ' εργατης λιθων, εις τον λογον δε παραλαμβανων ανεκφωνητον ὑπο παντων τεχνογραφων καλλος το φυσικον και ατεχνον.

...haec, nisi ad id, quod imitaris, quam proxime accedas. Orator vero et quivis sapiens scriptor, non erit imitator. Et enimvero sicubi concinnet pulchrum et haud insipientem sermonem vel ex genere Isocratis et similium, vel ex genere Demosthenis et aliorum ab eo non discrepantium; nullius dicendi generis vel celebritate abripietur, vel mentem respuet: ea quae observaverit in suam utilitatem convertens alia prorsus ratione ac faber marmorarius; in suum vero sermonem inducens eam, quam nullus Rhetoricae Artis Scriptor definivit, pulchritudinem naturalem omnique artificio carentem.

Lin. 1 et seq. Ταυτ', εαν μη συνεχιζη μιμουμενω. Ad abruptum horum verborum sensum complendum, atque ad connectendam aliquo pacto praesentem cum superiori Columna, nihil aptius invenio quam ut putem, Philodemum quum adversariorum doctrinam de seligendis verbis rerum formas imitantibus exsibilasset, illud continuo subiecisse, » quod isthac posita » doctrina, sermo perinde esset ac pictura, statuaria, ac caeterae imitatrices artes »: sed id falsum esse; nam nec perfecta habentur, nec ullam laudem nanciscuntur *haec* omnia, *nisi ad illud*, quidquid tandem sit, *quod imitaris proxime accedas*: Orator contra et quivis sapiens scriptor, si credimus Philodemo, nihil horum curat, et omne imitationis genus contemnit. Sane quod Rhetores in suis commentationibus quum aliarum artium, tum statuariae mentionem iniiciant, videre est apud Quintilianum Lib. II Cap. 11 pag. 175, et, ut caetera omittam, Lib. XII Cap. 10 pag. 892 seqq., nec non apud Dionysium Halicarnasseum De Isocrat. Iud. Cap. III pag. 152. Praeterea ex huiusmodi analogiis, quas Rhetores suam inter ac caeteras artes existere dictitabant, inferebant et Rhetoricam omnino esse artem, et multis variisque opus esse praeceptis ad bene scribendum; ut facit Quintilianus tum Lib. II Cap. 16 et 18, tum etiam plenius eiusdem Lib. Cap. 17 pag. 161 et seqq. Quae omnia vel eo nomine Philodemo probari non poterant, quod Epicurus cum caeteris Rhetoricae hostibus eam minime artem esse contendebat, ut ibidem testatur Quintilianus, pag. 164. Caeterum τω συνεχιζεσθαι *proxime accedendi* sive *presse vestigiis inhaerendi* significationem tribuimus, non solum eo quod contextus id aperte requirit; sed etiam quia το συνεχες, a quo verbum illud originem ducit, id valet, inter caetera, *quod proxime sequitur*, ut apud Polybium: Τουτω συναπτοντες το συνεχες, μνησθησομεθα της Αιτωλων οργης, *Quae proxime sequuta sunt subdemus, et Aetolorum iram commemorabimus.* Histor. Lib. III Cap. 3. Ad το μιμουμενω autem quod attinet, quod hoc verbum Philodemus passiva significatione extulerit, neminem improbaturum arbitror: nam etsi id satis sit rarum, suum tamen locum apud laudatissimos Scriptores invenit. Plato: Ει τις αμφοτερα δυναιτο ποιειν, το τε μιμηθησομενον, και το ειδωλον, *Si quis posset ambo perficere, et id quod cadit in imitationem, et ipsum simulacrum*, De Republica Lib. X pag. 599 T. II Ed. Steph. Aristoteles: Αναγκη ἡδεα ειναι το τε μεμιμημενον, ὡσπερ γραφικη και ανδριαντοποιια και ποιητικη, και παν ὁ αν ευ μεμιμημενον ῃ, καν μη ῃ ἡδυ οὑ το μιμημα. *Necesse est ut iucunda sint tum quidquid imitatione expressum est, ut pictura statuaria et poëtica, tum quidquid bene imitatum sit, etiamsi non sit iucundum id cuius imitatio est.* Rhetoric. Lib. I Cap. 11 pag. 537 et seq. T. II Opp. Paris. 1629.

Lin. 3 et seqq. Πας συγγραφευς σωφρων, κ. λ. Quod συγγραφευς nominandi casu legendum sit, vel praecedentes voces ῥητωρ et πας abunde declarant. Σωφρων deinceps refingendum fuisse totus contextus inclamat, in quo certe Philodemus eius scriptoris, qui sibi probaretur, quemque propterea *sapientem* ipse indicaret, ideam adumbrat. Mox μιμητης supplevimus, rati id apprime congruere quum iis quae praecedunt et subsequuntur, tum Auctoris placitis. Nam certe priora huius Columnae verba *imitationem* respiciunt. Iam vero inter praesens comma et verba illa de imitatione dicta, oppositionem adesse, particula δε adversativam vim obtinens post primum statim commatis vocabulum innuit, Ῥητωρ δε. Pergit Philodemus: και πας συγγραφευς...ουκ εϛαι, en alterum oppositionis indicium ex negatione, quae profecto id, quod prioribus illis Columnae verbis significatur, excludit. Quid igitur ουκ εϛαι, nisi μιμητης? Accedit, quod in iis quae continuo sequuntur, Philodemus utique hominem imitationis contemptorem repraesentat. Denique Auctoris nostri principia, eum imitationis osorem esse, dubitare non sinunt: quandoquidem ipse Rhetoricam insectatur, quae tota quanta est imitatione consistit, quippe quae nihil omnino praecipiat, quod non ab aliquo prius oratore factitatum sit. Quo sane pertinet illud Quintiliani: *Initium artis observatio. Homines enim sicut in Medicina quum viderent alia salubria, alia insalubria, ex observatione eorum effecerunt artem: ita quum in dicendo alia utilia, alia inutilia deprehenderent, notarunt ea ad imitandum vitandumque.* Lib. III Cap. 2 pag. 188. Hinc Hermogenes omnem dicendi artem ex Demosthenis orationibus petendam esse adfirmat: Δια Δημοσθενους, και των παρα τουτω λεκτεον αν ειη δηπουθεν και περι των αλλων ἁπασων ιδεων του λογου, *Demosthenis igitur exemplo, et huius scriptis dicendum est profecto de omnibus dicendi generibus.* De Form. Orat. Lib. I pag. 6. Unde etiam Halicarnasseus Dionysius docet, veterum scripta ei perscrutanda esse, qui velit τυπουν αθανατον τεχνης καλλος, *immortalem artis pulchritudinem informare.* De Priscis Script. Cens. Cap. I pag. 122. Quod sane Aristotelem fecisse idem Dionysius adfirmat his verbis: Τα Δημοσθενους και τα των αλλων ῥητορων εργα παραθεμενος Αριϛοτελης εγραψε τας τεχνας, *Demosthenis aliorumque oratorum opera perscrutatus Aristoteles Rhetorica praecepta conscripsit.* Epist. ad Amm. Cap. XII pag. 200, quae nimirum Epistola quanta quanta est, in hac sententia confirmanda versatur.

ADNOTATIONES IN COL. VI.

Lin. 5 et seq. Κατασκευαζων. Hanc vocem caeteris praetulimus, quae ad lacunam complanandam aptae videri possint, eo quod sequatur *καλον*....*λογον*: quandoquidem verba *κατασκευαζω* et *κατασκευη* solemnia sunt scriptoribus de sermonis structura et concinnitate loquentibus. Κατασκευασμενην αμωμητω και αφελει κατασκευη διαλεκτον, *Inculpabili et simplici exornatione ornatam elocutionem*, habes apud Dionysium Halicarnass., De Vi Demosth. Cap. VI pag. 271. Tum: Παρα δε Ισαιω κατεσκευασται το δοκουν ειναι αφελες, *Apud Isaeum vero adornatum est quod videtur simplex*, Id., Iud. De Isaeo, Cap. VII pag. 168. Et: Της Ισοκρατικης κατασκευης ὕψος, *Isocraticae compositionis sublimitas*, occurrit apud eumdem Dionysium, De Isocr. Iud. Cap. III pag. 152. Qui etiam εγκατασκευον φρασιν vocat *nimis elaboratam elocutionem* in De Verbor. Comp. Cap. XVIII pag. 32, et in De Thucydide Iudic. Cap. XXIII pag. 238. Ad haec idem Auctor quoddam Isaei exordium commendat eo quod Ου μακραν, inquit, απεχει της Δημοσθενους κατασκευης, *Non longe abest a compositione Demosthenis*, De Isae. Cap. VII pag. 168. Itemque eodem in Lib. τω κατασκευαστω opponit το αυτοφυες his verbis: Και αἱ λεξεις και τα νοηματα παρ᾽ εκεινω, το αυτοφυες· παρα δε τουτω, το κατασκευαστον αποφαινουσιν. *Apud illum* (Lysiam) *et verba et sententiae nativae esse apparent: apud hunc* (Isaeum) *artificium produnt.* Ibid. Cap. XI pag. 171. Alibi vero Lysias ab eo laudatur, quod Τοις κοινοτατοις χρωμενος ονομασι, και ποιητικης ουχ ἁπτομενοις κατασκευης, *Verbis maxime communibus usus, nec poëtico contextu dispositis.* De Lys. Iudic. Cap. III pag 131. Et ibid. Thucydides dicitur Εν ταις δημογοριαις ποιητικη κατασκευη χρησαμενος, *Poëtica in concionibus concinnitate usus.* A qua loquendi ratione parum distat quod ait quodam in loco Philodemus: Δια λογων κατασκευασμενων ποιητικως, *Per sermones poëtice adornatos.* Περι Μουσικης, Col. XX lin. 12 et seq. Praeterea Longinus in sua αυξησεως definitione κατασκευαζομενον appellat id, quidquid tandem sit, *quod componitur*, De Sublimit. Sect. XII pag. 92 Ed. Toll. Et κατασκευας a Graecis vocatas fuisse Rhetoricas exercitationes tradit Svetonius, vel quivis Auctor Libelli De Claris Rhetoribus, Cap. I. Stoici autem inter Orationis virtutem recensebant, teste Laërtio, Lib. VII Segm. 59, την κατασκευην, *elaborationem*, quae ab ipsis definiebatur: Λεξις εκπεφευγυια τον ιδιωτισμον, *Dictio, qua rusticitas dicendo devitatur.* Id. ibid. Denique κατασκευη dicitur apud Rhetores quoddam confirmationis genus, ut patet ex illis Hermogenis verbis: Ὁ μεν ὥσπερ θεσιν τινα ὁ Ισοκρατης δια πλειονων κατεσκευασεν, ὁ δε μια ηρκεσθη κατασκευη, *Quod Isocrates tamquam thesim pluribus persequutus est, ad id Demostheni una satis fuit confirmatio.* De Form. Orat. Lib. II pag. 336. Quo sensu dicit Longinus κατασκευων επιρρωσιν, *probationum corroborationem*, De Sublim. Sect. XI pag. 88. Huc denique pertinent, ni fallor, αἱ κατασκευαι in hoc Ciceronis loco: *Si numquam* περιοδοι, η καμπαι, η ενθυμηματα, η κατασκευαι *suppeditaverunt, illo tempore.* Epistol. ad Attic. I 14.

Lin. 7 et seqq. Οἷον τον Ισοκρατους και των ὁμοιων, η τον Δημοσθενους, κ. τ. λ. Isocratem atque Demosthenem diversa dicendi genera sequutos fuisse nemo est qui diffiteatur. Ea vero genera comparat, deque iisdem iudicium profert Dionysius Halicarnasseus quum alibi, tum praecipue in De Vi Demosth. Cap. XVII et seqq. pag. 281 et seqq. Videndus etiam hac de re Hermogenes De Form. Orat. Lib. I pag. 138 et Lib. II pag. 364 et seq., nec non Quintilianus Instit. Orat. Lib. X Cap. 1 pag. 744. Porro diversitatis summa eo redit, ut Demosthenico dicendi generi *vis*, Isocratico *iucunditas* adiudicetur, vel ipso auctore Demosthene, qui, ut refert Plutarchus, Εκαλει τους μεν αυτου λογους ὁμοιους τοις στρατιωταις δια την πομπικην δυναμιν, τους δε Ισοκρατους τοις αθληταις· τερψιν γαρ παρεχειν αυτους θεατρικην, *Suas orationes militibus ob vim comparabat: Isocratis athletis, quod delectationem exhiberent theatricam*, Vit. X Rhetor. Cap. VIII pag. 845 Francof. 1599. Cui quidem sententiae suum Quintilianus calculum totidem paene verbis adiecit tum in loco sup. cit., tum ubi ait, Tullium quum se ad imitationem Graecorum contulisset, *effinxisse vim Demosthenis, copiam Platonis, iucunditatem Isocratis.* Lib. X Cap. 1 pag. 751. Denique eadem prorsus fuit ipsius Ciceronis opinio, quo iudice, *Suavitatem Isocrates, sublimitatem Lysias, acumen Hyperides, sonitum Aeschines, vim Demosthenes habuit.* De Oratore, Lib. III Cap. 7. Legendus hac de re etiam Philostratus De Vitis Sophistar. Lib. I n. 17 §. 1 pag. 503 et seq. Lipsiae, 1709. Itaque non immerito Philodemus duo haec Graecae eloquentiae lumina Isocratem et Demosthenem ut diversorum dicendi generum auctores commemorat, et diversarum in dicendo scholarum veluti signiferos ponit. Quocirca verba illa των ὁμοιων, et mox των αναλογων certissima coniectura persanasse confidimus. Caeterum το αναλογον heic *simile* interpretamur, illa Halicarnassei verba ob oculos habentes: Αυται βραχειας συλλαβης διαφοραι την αναλογον εχουσαι αισθησιν, *Hae brevis syllabae differentiae habentes similem in conceptu sensum.* De Verbor. Composit. Cap. XV pag. 24 lin. 24 et seq. Oxon. 1704.


Lin. 11 et seqq. Ουδενος ουτε περ ευδοξια κ. τ. λ. Litteras integras exstantes, nec non aliarum deperditarum conspicuos adhuc in autographo apices considerantes, interiectae praeterea lacunae rationem habentes, ea verba heic refinxisse speramus, quae sensum reddant quum superioribus, tum Philodemi proposito congruentissimum. Quod de reliquo huius Columnae supplemento hic semel monitum volumus.

Lin. 13 et seq. Ιδιωματος. Etsi ιδιωμα prorsus id sit, quod latine *proprietatem* dicimus, tamen quum nihil sit rei cuique magis proprium quam sua ipsius indoles ac natura, ad hanc denotandam hoc vocabulum quandoque Graeci Scriptores adhibuere. Quo sensu ιδιωμα occurrit apud Polybium, ubi ait: Υπογραφεντων των περι τους τοπους και την χωραν ιδιωματων, *Locorum et regionis universae natura ob oculos posita*, Histor. Lib. II Cap. 14. Itemque apud Diodorum Siculum: Περι δε . . . των κατα την χωραν ιδιωματων νυν διεξιμεν, *Nunc regionis propriam naturam exsequemur*, Biblioth. Histor. Lib. I Cap. 31 pag. 37. Ed. Wesseling. Qui alibi et Elephantorum *indolem ac naturam* ιδιωμα vocavit; Lib. II Cap. 16 pag. 130. Hinc factum est, ut cuiusque dicendi generis indoles et character ιδιωμα diceretur. Quocirca Dionysius Halicarnasseus Libellum, in quo de Thucydidea dicendi ratione disseruit, hoc titulo inscripsit: Περι των Θουκυδιδου Ιδιωματων, *De Thucydidei sermonis natura et charactere*. Eum autem Librum sic exorditur Dionysius: Εγω μεν υπελαμβανον αρκουντως δεδηλωκεναι τον Θουκυδιδου χαρακτηρα, τα μεγιστα και κυριωτατα των υπαρχοντων περι αυτον ιδιωματων επεξελθων· εν οἷς γε δη μαλιστα διαφερειν εδοξε μοι των προ αυτου ῥητορων τε και συγγραφεων. *Putabam satis, sufficienterque me Thucydidis characterem et stylum iam declarasse, ut qui praecipuam et propriissimam sui sermonis indolem sim prosequutus: in qua sane maxime ab iis, qui ante illum fuere, oratoribus et scriptoribus discrepare mihi visus est*, pag. 274 Opp. T. II Oxon. 1704. Ubi vides, δεδηλωκεναι τον Θουκυδιδου χαρακτηρα idem esse Dionysio, ac τα μεγιστα και κυριωτατα των υπαρχοντων περι αυτον ιδιωματων επεξελθειν. Nec aliter loquitur idem Auctor ubi ait: Δει τοις των παλαιων εντυγχανειν συγγραμμασιν, ἵν' εντευθεν μη μονον της υποθεσεως την ὑλην, αλλα και τον των ιδιωματων ζηλον χορηγηθωμεν. Ἡ γαρ ψυχη του αναγινωσκοντος, ὑπο της συνεχους παρατηρησεως, την ὁμοιοτητα τε χαρακτηρος εφελκεται. *In scriptis veterum versari debemus, ut inde non modo materiam, sed etiam rationem imitandi cuiusque stylum, nobis comparemus: animus enim legentis, perpetua observatione, similitudinem quamdam generis dicendi elicit.* De Prisc. Scriptor. Cens. Cap. I init. pag. 122. Itaque hoc sensu το Philodemi ουδενος ιδιωματος accipiendum esse putamus. Caeterum quod de sapiente Scriptore ait Philodemus, Ουδενος ουτε περ ευδοξια αιρηθησεται ιδιωματος, etc., id in Demosthene laudat idem Dionysius, de quo ait: Τηλικουτοις επεισελθων ανδρασιν, ἑνος ουθενος ηξιωσε γενεσθαι ζηλωτης, ουτε χαρακτηρος ουτε ανδρος, *Post tot oratores natus, nullius omnino imitator esse voluit neque styli neque Oratoris.* De Vi Demosth. Cap. VIII pag. 273. Quem locum eo libentius adscribimus, quod non solum sententia, sed etiam locutione ad supplementum confirmandum apprime facit.

Lin. 18 et seq. Εργατης λιθων. Quid importuni isti lapides hic agant haud facile expedies, nisi nobiscum suspiceris, Philodemum heic magis magisque ingerere differentiam, quam, ut supra observavimus, inter scribendi negotium atque imitatrices artes, statuariam in primis, picturam, etc., ponere studiose videtur. Idcirco τω λιθων praecedere το εργατης iussimus. Probe autem dici εργατην λιθων, ne dubites facit Lucianus, Somn. Cap. II pag. 4 T. I.

Lin. 19 et seq. Εις τον λογον δε παραλαμβανον. Simile illud Matthaei: Παραλαμβανει αυτον... εις την ἁγιαν πολιν, *Assumpsit eum in sanctam civitatem*, IV 5. Eademque locutio ibid. mox recurrit, v. 8. Adhibetur quandoque παραλαμβανω cum praepositione επι eodem sensu: Τηρων αυτον εν ελευθερια φυλακη ... πολλακις επι διπνα παρελαμβανετο, *Servans eum in libera custodia....saepe etiam in convivium assumebat.* Excerpt. ex Diod. Sic. De Virt. et Vit. pag. 571 T. II. Itemque cum προς: Το μεν ουν περι κανονων, και κριτηριων παραλαμβανουσι προς το την αληθειαν ἑυρειν, *Nam de regulis et iudiciis partem assumunt ad inveniendam veritatem*, Laërtius, Lib. VII Segm. 42. Absque ulla praepositione Demosthenes: Συ δε τουτο μεν της συγγραφης ου παραλαμβανεις, *Tu autem hanc tabularum particulam non assumis*, idest non profers, Advers. Phormion. pag. 916 Ed. Reiske.

Lin. 20 et seqq. Ανεκφωνητον ὑπὸ παντων τεχνογραφων, κ. τ. λ. Hoc supplementum ex ipso Auctore desumpsimus, qui infra, Col. VIII lin. 10 et seqq. hoc inter caetera Rhetores criminatur, quod inter se mirum in modum dissentientes ne definierint quidem quoddam γενος λογου καλον habendum sit. Quem locum adi, si lubet. Praeterea nihil est hoc supplemento magis consentaneum iis, quae in proxime sequenti Columna disputat Philodemus, ut mox videbimus.



COL. VII

Gio. B.ª Malesci dis. *Bart. Orazj inc.*

COLUMNA VII.

. . . . .καθαπερ ουδε τοις υπ' ενιων θαυμαζομενοις λιθοις · ουδε γαρ εκκειται ζημια τις, ουδ' αλλη δυσχρηστια τοις μη χρωμενοις. Επειτ' ει μεν μηδε εἱς ην φυσικως καλος λογος, ισως αν ην αναγκαιον αγαπαν τον κατα θεμα. Νυν δ' υπαρχοντος, αθλιον το παριεντας αυτον επ' εκεινον καταντᾳν. Και δη γαρ ουτε παρα πασιν ισχυει το θεματικον, ουτε παρα τοις αυτοις τ' αυτ' ον, ουτ' επι τινων λογων. Αλλ' οἱ μεν του Ισοκρατους, οἱ δε του Θουκυδιδου μαλλον. . . .

...quemadmodum neque iis, quos aliqui admirantur, pretiosis lapidibus: neque enim adhaeret quidpiam detrimenti, neque alia quaevis incommoditas, non utentibus. ¶ Deinde, si nullus quidem esset a natura pulcher sermo; utique oporteret fortasse artificialem diligere. Nunc autem quum sit; miserum est et grave, ipsum praetergredientes ad illum *artificio fucatum* excurrere. Et enimvero neque ad omnia valet artificiale dicendi genus, neque ad eadem *semper* idem, neque in quibusdam sermonum speciebus. Sed aliae quidem Isocratis, aliae vero Thucydidis potius. . . . .

CAP. III.

Ut pulchre dicamus nullo artificio opus esse.

ADNOTATIONES IN COL. VII.

Lin. 1 et seqq. Καθαπερ ουδε τοις υπ᾽ ενιων, κ. λ. Supervacanea verborum ornamenta exquisitosque sermonis flosculos pretiosis lapidibus comparat Philodemus; ut etiam atque etiam inculcet, sophisticam dicendi rationem pompae potius quam utilitati inservientem, et minuta quaedam nimiumque depicta, et uno verbo Rhetorum delicias vel potius ineptias, indignas esse quas sapiens scriptor ingenti laboris et temporis dispendio conquirat. Porro eadem comparatione usus Cicero quum ait: *Removebitur omnis insignis ornatus quasi margaritarum. Ne calamistri quidem adhibebuntur. Fucati vero medicamenta candoris et ruboris omnia repellentur: elegantia modo et munditia remanebit: sermo purus erit et latinus: dilucide, planeque dicetur.* Orat. Cap. XXIII. Quae sane ipsissima sunt Philodemi placita. Vide infra Col. XIII et seqq. Quocirca nullo negotio ακεφαλον hanc periodum in integrum restitues, atque a superiori Columna in praesentem continenti serie sermonem deduces, si, auspice certissima coniectura, mecum putes, Philodemum quum ibi adseverasset Sapientem *in suum sermonem inducere eam, quam Rhetores ne nominarunt quidem, naturalem pulchritudinem*, illico subiunxisse: » Sapiens nimirum rerum utilitatem, non vanam Sophistarum pompam quaerit: » proinde supervacaneis verborum ornamentis, quae Rhetores tam magni faciunt, minime » utetur », *sicut neque iis, quos aliqui admirantur, pretiosis lapidibus. Neque enim*, etc. Sic nempe omnia egregie hic prono alveo fluunt. Caeterum nota heic το λιθοις masculino genere a Philodemo efferri; et hunc locum adde duobus aliis exemplis quibus Henricus Stephanus redarguit Grammaticos falso putantes feminini generis hanc vocem esse debere quoties lapidem pretiosum aut politum significet.

Lin. 6. Δυσχρηστια. Quamquam haec vox, si eius originem ac potestatem respicias, proprie denotet *usus difficultatem*; tamen ut eam absolute etiam *incommoditatem* vertere possimus Auctor est Tullius, qui ευχρηστεματα interpretatur *commoda*, et δυσχρηστηματα *incommoda* Lib. III. De Finib. Cap. 20. Vide Budaeum pag. 689, Ed. Paris., qui eius significationis exemplum profert ex Polyb. Lib. I Histor., cui adde si lubet ex eodem Polybio alia exempla, nempe Histor. Lib. IV Cap. 47 pag. 500 T. I, Lib. III Cap. 74 pag. 359, et Lib. XVII Cap. 18 pag. 484 T. II.

Lin. 8 et seqq. Ει μεν μηδε εἰς ην Φυσικως καλος λογος, κ. τ. λ. Haec verba et apertissime ostendunt quid causae fuerit cur tantopere Epicurei Rhetorum artes contempserint, et quo eorum hac de re opinio spectaret. Nimirum quum tota quanta est Epicuri philosophia in Naturae contemplatione versaretur, ad quam ipsas morales res ita ille referebat, ut, ipso auctore, ουκ ην ανευ Φυσιολογιας, ακεραιας τας ἡδονας απολαμβανειν, *non liceret absque physiologia accipere sinceras voluptates*, Rat. Sent. XII apud Laërt. Lib. X Segm. 143; dedita opera curavit Philosophus ille ut numquam non Φυσιολογον oleret, atque quibusvis in rebus naturae in primis potentiam interserens, nihil paene est, quod non naturae viribus acceptum referendum esse iudicaret. Quamobrem rerum inventionem naturae adscribit in Epist. ad Herod. apud Laërtium Lib. X Segm. 75. De qua Epicuri sententia legendus Lucretius, qui eam longe lateque persequitur Lib. V a v. 1027 ad extremum: ubi inter caetera edicit, quod

> *. . . Varios linguae sonitus natura subegit*
> *Mittere*,

v. sup. cit. et seq.; tum non arte aliqua, sed naturaliter ignem repertum fuisse:

> *Fulmen detulit in terram mortalibus ignem*,

v. 1091; atque, quod

> *Inde cibum coquere, ac flammae mollire vapore*
> *Sol docuit. . .*

v. 1102; praeterea,

> *Et facere ante viros lanam natura coëgit*,

vers. 1353; deinde,

> *. . . Specimen sationis et insitionis origo*
> *Ipsa fuit rerum primum natura creatrix.*

v. 1360 et seq.; ac denique eo rem deducit, ut adfirmet,

> *Navigia, atque agri culturas, moenia, leges,*
> *Arma, vias, vestes, et caetera de genere horum*
> *Praemia, delicias quoque vitae funditus omnes,*
> *Carmina, picturas, ac daedala signa. . . .*,

omnia haec non arte aliqua aut doctrina reperta fuisse; *sed usu et impigrae simul experentia mentis*, naturae scilicet, vi, atque solertia inter homines paulatim invecta esse et floruisse, v. 1447, et seqq. Quocum facit quod Philodemus alibi adfirmat a natura produci id *quod eximium est*, το καθ' ὑπερβολην, De Rhetorica, Col VII lin. 26 et seq. Hercul. Vol. T. IV pag. 25. Atque huc etiam spectat, ni fallor, quod Epicurus nullo se magistro didicisse, sed natura auspice αυτοδιδακτος ειναι και αυτοφυης φιλοσοφος, *a seipso edoctus et suapte natura fuisse philosophus* gloriatur, ut ait Empiricus, advers. Mathemat. Lib. I Segm. 3. Quod idem testantur Cicero De Natura Deor. Lib. I Cap. 26., et Laërtius Lib. X Segm. 13. Neque enim Plutarcho adsentiri possumus infensissimo Epicureis scriptori, qui tradit ideo Epicurum απολεγεσθαι τους καθηγητας, *negare ullis se usum praeceptoribus*, quod esset σπαργων περιμανως και σφαδαζων προς δοξαν, *insano flagrans atque aestuans gloriae studio*, Non posse suav. viv. sec. Epicur. pag. 1100. Nam neque huiusmodi haud prorsus illaudabile studium cadere potest in homine, qui, ipso Plutarcho teste, ibid. pag. 1087, et alibi, nihil sibi poscit praeter corporis voluptatem, in qua una suum omne bonum ponit; quique profitetur παν ειναι κενον εργον, ὁ μη εις τουτο κατατεινει, *omne opus inane esse, quod non eo tendat*, id. Plutarch. Adv. Colot. pag. 1125: nec certe Epicurus vel suis placitis vel vitae instituto tam flagrans gloriae prae se studium tulit. Vide quae supra ad Col. III lin. 15 et seqq. adnotavimus. Itaque Epicurus eius sententiae tenacissimus, qua omnia naturae viribus optime fieri posse putabat, insectatus est Rhetoricam, non quod eloquentiam prorsus damnaret, sed quod quidquid verae eloquentiae usque esset, naturae tribueret. Hinc in deperdito, quem Περι Ῥητορικης conscripserat, Libro, Hermogenis Scholiastes haec se legisse testatur: Φυσις εστιν ἡ κατορθουσα λογους, τεχνη δε ουδεμια, *Natura est quae rectos sermones efficit, nulla autem ars*. Schol. Hermog. pag. 377 Ed. Ald. 1509. Hisce autem omnibus miram lucem important Philodemi verba quae exponimus: quae sane si Petrus Gassendus inspicere potuisset, novum firmissimumque argumentum ad Epicuri causam sustentandam nactus, melius fortasse, pleniusque eum ab obiecto in eloquentiam odio purgasset.

Lin. 11 et seq. Τον κατα θεμα. Quod heic Philodemus λογον κατα θεμα vocaverit *sermonem artificialem*, vel ex eo apertissime constat, quod sermonem κατα θεμα opponat τῳ naturaliter pulchro. Huiusmodi autem denominationem eum derivasse puto vel απο του θεματιζειν (quod verbum e Grammaticorum penu, apud quos valet *ponere nomen*, *vel casum*, *genusve*, ad Rhetorum praeceptiones Auctor transfert infra, Col. VIII lin. 13 et seq., et Col. IX lin. 3); vel potius ab vario exercitationum genere, quibus Rhetores ac Sophistae alumnos suos instituere consueverant, quas certe exercitationes tum θεσεις, tum ὑποθεσεις (prout universales vel definitae erant), tum *themata*, et latino vocabulo *proposita*, tum denique *declamationes* et *controversias* vocatas fuisse novimus. Sic nempe de huiusmodi exercitationibus Svetonius, vel quivis auctor libelli De Claris Rhetoribus: *Ratio docendi nec una omnibus, nec singulis eadem semper fuit; quando vario modo quisque discipulos exercuerunt. Nam et dicta praeclare, per omnes figuras, per casus et apologos, aliter atque aliter exponere: et narrationes tum breviter et presse, tum latius et uberius explicare consueverant, interdum Graecorum scripta convertere, ac viros illustres laudare, vel vituperare: quaedam etiam ad usum communis vitae instituta, tum utilia et necessaria, tum supervacanea ostendere: saepe fabulis fidem firmare, aut historiis demere; quod genus* θεσεις *et* ανασκευας *et* κατασκευας *Graeci vocant; donec sensim haec exsoleverunt, et ad controversiam ventum est. Veteres controversiae aut ex historiis trahebantur, sicut sane nonnullae usque adhuc; aut ex veritate ac re, si qua forte recens accidisset. Itaque locorum etiam appellationibus adiectis, proponi solebant... Olim autem eas appellatione graeca* συνταξεις *vocabant: mox controversias quidam, sed aut fictas aut iudiciales.* De Clar. Rhet. Cap. I. Quo in loco postremam hanc graecam vocem συνταξεις varie sollicitarunt viri eruditi: et Schottus quidem mallet συνθεσεις, quod in membranis se legisse testatur, Observat. IV 7; unde Gronovius θεσεις emendandum esse duxit. Sed, ut pace tantorum virorum dixerim, quid vetat, τα της Ῥητορικης ασκηματα sive συνταξεις sive συνθεσεις appellari potuisse, eo scilicet sensu, quo nos eadem illa nunc italice dicimus *composizioni*? Praesertim quum τας συνταξεις τας εμας dixerit Dionysius Halicarnasseus, *sua schediasmata*, idest sua *scripta* intelligens, Epistol. ad Pompei. Cap. I pag. 201 T. II Opp. Oxon. 1704. Quod si emendandi licentia sumenda sit, potius ex Schottiano συνθεσεις mallem refingere ὑποθεσεις, quod certe magis quadrat controversiis, quae, ut ibi paulo ante dicitur, *locorum etiam appellationibus adiectis proponi solebant*, ac pro-

inde ad quaestionum genus *definitum, quod* ὑποθεσιν *Graeci* dicunt, Cicerone teste, Top. Cap. XXI, pertinebant. Verum e diverticulo in viam. Cernis itaque hic antiquitus θεσεις ut plurimum vocatas fuisse varias exercitationes, quibus Rhetores solebant discipulos ad eloquentiam informare; donec tractu temporis eaedem exercitationes vocarentur graece quidem συνταξεις, vel συνθεσεις vel ὑποθεσεις, latine vero *declamationes* et *controversiae*: quod nomen non nisi post Ciceronis tempora usurpari coepisse ex Senecae in Controvers. I Praefat. intelligimus. Quocirca Quintilianus, *An ignoramus*, inquit, *antiquis hoc fuisse ad augendam eloquentiam genus exercitationis, ut theses dicerent, et communes locos, et caetera circa complexum rerum personarumque, quibus verae fictaeque controversiae continentur?* Instit. Orat. Lib. II Cap. 1 pag. 105. Theses autem eae exercitationes vocabantur, eo quod *ponerentur* sive *adsignarentur* materiae intra quas versari eas oporteret: qua eadem ratione factum est, ut themata etiam appellarentur. Quintilianus: *Sed nos ducit scholarum consuetudo, in quibus certa quaedam ponuntur, quae themata dicimus, praeter quae nihil est diluendum.* Instit. Orat. Lib. IV Cap. 2 pag. 294. Et alibi: *Nam in schola certa sunt...quae* θεματα *Graeci vocant, Cicero proposita.* Ibid. Lib. VII Cap. 1 pag. 502. Adde Lib. II Cap. 10 pag. 136. Iam vero ex hisce puerilium apud Rhetores et Sophistas exercitationum denominationibus Cicero θεσεις appellavit ea, quibus ipse, ut cum Quintiliano dicam, *iam princeps in republica privatim exerceri solebat.* Sic enim ad Atticum scribit: *Sumpsi mihi quasdam tamquam* θεσεις...*ut abducam animum a querelis, et...exercear...In his ergo me consultationibus exercens et disserens in utramque partem tum graece tum latine, et abduco parumper animum a molestiis, et* του προυργου τι *delibero.* Lib. IX Epist. 4. Rursum: Σοφιςευω *enim, simul ut rus decurro, atque in decursu* θεσεις *meas commentari non desino.* Ibid. Epist. 9. Et de suis *Paradoxis* loquens: *Accipies igitur hoc parvum opusculum...et degustabis genus hoc exercitationum earum, quibus uti consuevi, quum ea, quae dicuntur in scholis* θετικα, *ad nostrum hoc oratorium transfero dicendi genus.* Parad. ad M. Brut. Praef. Ubi fortasse Tullius θεματικα scripserat, quod facillimo librarii lapsu in το θετικα abire potuit, quodque ipsissimum esset το Philodemi κατα θεμα. Certe το θετικα in hoc Ciceronis loco, ut fere solent graeca vocabula in latinis manuscriptis, satis vexatum fuisse, vel ex eo patet, quod Verburgius ex antiquo codice proferat variantem θετικως; atque Sulpitius Verulanus in Commentario super Ciceronis Paradoxa, quod ανεκδοτον inter Cassinensis Bibliothecae codices adservatur, legerit κτητικα: super quo argutatur nescio quae *possessiva, quae*, ut ipse ait, *inde non emittantur ad oratorium dicendi genus, ad diffusam et ornatam orationem*, etc. quae non sunt huius loci. Caeterum quidquid horum sit, sicut Tullius απο των θεσεων, quae in Rhetorum scholis locum habebant, privatas suas exercitationes illis similes vocavit θεσεις, atque απο των Σοφιςων, dum in huiusmodi exercitationibus versaretur, quae Sophistarum sunt propriae, σοφιςευειν se dixit; sicut praeterea Dionysius Halicarnasseus απο της Ῥητορικης appellat ῥητορειας adlocutiones rhetorico artificio elaboratas, in Thucydidis Historia occurrentes, de Thucyd. Iud. Cap. XVI pag. 233 et Cap. XXV pag. 240; sicut denique *puerile* dicendi genus απο των σχολων Sophistarum, quarum praesefert inanem tumorem ac fucum, dicitur Longino σχολαςικη νοησις, in De Sublim. Sect. III pag. 24 Ed. Toll.; sic profecto, nisi valde hallucinor, Philodemus απο των θεματων in quibus Rhetorum alumni exerceri solebant, dicit λογον κατα θεμα eum sermonem, in quo omnes Rhetorum artes adhibeantur, idest *artificialem.* Porro adolescentes qui apud Rhetores instituuntur, omnia prorsus ornamenta, quae ars suggerere potest, diligentissime conquirere, inque suas illas θεσεις suaque θεματα plena manu fundere, nemo est qui ignoret. Unde Lucianus praecipit ei, qui historiam scribere paret, ut Ὁποιας αν δεξηται τας μορφας των εργων, τοιαυτα και δεικνυτω αυτα· διαστροφον δε, η παραχρουν, η ἑτεροσχημον, μηδεν· ου γαρ ὡσπερ τοις Ῥητορσι γραφουσιν· αλλα τα μεν λεχθησομενα εςι, και ειρησεται, *Quales acceperit operum species, tales etiam illas ostendat: perversum vero, aut alieni coloris, aut figurae diversae, nihil; neque enim ut Rhetoribus scribunt (historici): sed quae dicenda erunt, dicentur.* Quomod. Hist. conscrib. sit, Cap. LI pag. 62. Huc etiam faciunt illa Hieronymi ad Nepotianum: *Dum essem adolescens, immo paene puer, et primos impetus lascivientis aetatis eremi duritia refrenarem, scripsi ad avunculum tuum sanctum Heliodorum exhortatoriam epistolam, plenam lacrymis querimoniisque... Sed in illo opere pro aetate tunc lusimus, et calentibus adhuc Rhetorum studiis atque doctrinis, quaedam scholastico flore depinximus. Nunc...ne a me quaeras pueriles declamationes, sententiarum*

flosculos , verborum lenocinia , et per fines capitulorum singulorum acuta quaedam breviterque conclusa, quae plausus et clamores excitent audientium. Epist. LII n. 1 et 4 col. 252 et seqq. T. I Ed. Vallars. fol. Vide sis Quintilianum Lib. II Cap. 10 pag. 156 et seq.

Lin. 12. Cernis in Autographo inter postremam litteram του θεμα et priorem insequentis vocis νυν superiori ex parte punctum adpictum : quod paulo post lin. 20 inter το λογων et αλλ' οἱ pariter recurrit. Quum haec duo puncta procul dubio sint finiti sensus notae ; nonnihil certe lucis importent, celebratissimae inter eruditos controversiae , utrum veteres ad periodorum distinctionem puncto usi sint. Quod negat in primis Lipsius Epist. Miscellan. Cent. III Epist. 39 ; qui illa Ciceronis, *Sententiarum interpunctas clausulas*, De Orat. Lib. III Cap. 44 ; *Clausulas atque interpuncta verborum*, ibid. Cap. 46 ; *Distincta et interpuncta intervalla*, Orat. Cap. XVI etc., nec non illud Senecae, *Nos etiam quum scribimus interpungere consuevimus*, Epist. XL, pag. 140 Amstel. 1672, denique insignem Aristotelis locum Rhetoricor. Lib. III Cap. 5, ubi de Heracliti scriptis ait, facile non esse ea διαστίξαι *interpungere*, ob illius auctoris obscuritatem ; haec inquam omnia, et pleraque his similia partim Lipsius dissimulat, partim eo detorquere conatur, ut dicta sint de punctis, quae singula verba distinguerent (sicut in multis antiquis Inscriptionibus, et in Papyri Latinae Fragmentis, quae habes in Praef. T. II Herculan. Volum. pag. XVI et seqq., factitatum cernimus), non certe de iis punctis quae periodorum membra aut periodos ipsas in sermonis serie secernerent. Quam eamdem sententiam prolixe tuetur Trotz in Notis ad Cap. 27 Herm. Hug. De Scrib. Orig., pag. 244 et seqq.: nisi quod, quum Lipsius interpunctionem periodorum vix sub Hadriano Imperatore invectam esse concedat ; Trotz ibid. pag. 246 verisimiliorem Salmasii opinionem putat, qui interpungendi inventionem tribuit Aristophani Grammatico Alexandrino, Epist. ad Sarravium quae est inter Sarravianas CLXXXIII. Verisimiliorem , inquam , putat hanc opinionem , sed minime probabilem : quum observet nullo eam argumento a Salmasio confirmari. Sed in deneganda interpunctionum antiquitate omnes audacia superavit Costadau, qui in suo *Traité Historiq. et Critiq. des Signes*, etc. T. II Cap. 20 pag. 202 vix ante mille abhinc annos eam adhiberi coepisse scribit. Contra Dausquius in alia omnia ivit, interpungendi usum longe ante Ciceronis aetatem stetisse docens, De Ortograph. Tract. IV Cap. 2 pag. 137. Quam sententiam egregie et prolixe defendit Ioannes Clericus, Art. Crit. P. III Sect. 1 Cap. 10 §. 7 et seqq., ubi inter caetera pronuntiat vel *Aristotelis aevo ignotam non fuisse interpunctionem , quamvis non semper adhiberi soleret*, ibid. §. 20. Iam vero Salmasii opinionem amplectitur Bernardus Montfaucon, qui in Palaeograph. Graec. Lib. I Cap. 4 pag. 31 Aristophanem Grammaticum interpungendi auctorem facit : sed id aeque ac Salmasius gratis adfirmat. Qua in re, nullam pariter rationem proferentes, eum sequuntur Maurini Auctores Novi Tractatus Diplomatici, P. II Sect. IV Cap. 8 pag. 467 T. III. In tanto igitur doctissimorum virorum conflictu, ac perplexitate , opportunissima intercedit Herculanensium Voluminum auctoritas duobus hisce punctis, quae in huius Colum. lin. 11 et 19 occurrunt. Ex his enim primum omnium valere Lipsium iubebimus statuentem ante Hadriani tempora nullum omnino interpungendi usum fuisse. Deinde Dausquii et Clerici opinio minus, quam antea, eo nomine vacillabit, quod nullo vere vetusto manuscriptorum monumento fulcirentur interpretationes locorum quibus suam sententiam constabiliebant. Praeterea Salmasii saltem et Maurinorum opinio solido posthac fundamento sustentabitur, quandoquidem Herculanensia Volumina haud ita multo post Aristophanis Grammatici tempora conscribi potuerunt. Ad haec, iam frustra dicet Trotz, quod etsi detur Ciceronis tempore puncta periodorum fuisse cognita, *verum figuram eorum et rationem interpungendi ignoramus*, loc. sup. cit. pag. 253 : siquidem eorum figuram ecce manuscripta Ciceronis coaeva oculis nostris exhibent ; rationem autem interpungendi eam ipsam fuisse patet quam Diomedes, Donatus, Isidorus etc. tradunt ; qui punctum periodi seu finiti sensus, ad *summam litteram* poni praecipiunt, quemadmodum duo huius Columnae puncta, quae absoluti sensus notae sunt, posita videmus. Sic nempe Diomedes : *Distinctio quidem est apposito puncto nota finiti sensus , vel pendentis mora, quod locis ponitur tribus. Summo quum sensus terminat, et vocatur finalis a nobis , a Graecis* τελεια. *Medio quum respirandi spatium legenti dat, et dicitur media, Graece* μεση. *Imo , quum lectionis interruptum tenorem aliud adhuc illatura suspendit , et vocatur a Graecis* ὑποστιγμη , *a nobis subdistinctio.* Lib. II pag. 432 Putsch. Clarius rem exponit Donatus : *Tres sunt positurae , ait, vel distinctiones , quas* θεσεις *Graeci vocant, distinctio , subdistinctio, media distinctio.*

Distinctio est ubi finitur plena sententia : huius punctum ad summam litteram ponimus. Subdistinctio est ubi non multum superest de sententia, quod tunc necessario separatum, mox inferendum sit: huius punctum ad imam litteram ponimus. Media est ubi fere tantum de sententia superest, quantum iam diximus, quum tamen respirandum sit: huius punctum ad mediam litteram ponimus. De Positur. pag. 1742 Putsch. Isidorum vide, si lubet, Etymol. Lib. I Cap. 19. Caeterum quum videamus in ipsis Herculanens. Voluminibus ut plurimum non positnris, sed brevi spatio in litterarum serie vacuo relicto periodum a periodo separari; facile adducimur ut credamus interpunctionem quidem antiquitus cognitam atque in usu fuisse; interpungendi vero provinciam non amanuensibus, sed grammaticis et correctoribus demandatam, qui id negotii quandoque negligebant. Quod et emunctissimae naris Critici subodorarunt, quum scripserint: *Les copistes se déchargeoint de la ponctuation sur les correcteurs, qui la négligeoint ordinairement.* Nouveau Trait. De Diplomat. II Part. Sect. IV Chap. 8 pag. 464 T. III. Id vero ipsum non ita accipiendum est, quasi numquam omnino amanuensibus interpunctionum cura imposita sit: eam namque aliquando ipsis, vel saltem peritioribus inter ipsos, iniunctam fuisse, Cicero apertissime innuit, apud quem legimus, *Librariorum notis...interpunctas clausulas*, De Oratore, Lib. III Cap. 44.

Lin. 17 *το θεματικόν.* Supple *γενος λογου*, vel sic accipe, quasi *θεματικον* neutro genere dicat Auctor quidquid ea ratione scribitur, qua pueri scholarum *θεματα* adornare solent. Porro *θεματικον* nunc dicit eo pacto quo supra, lin. 11, dixit *κατα θεμα*, ubi vide, si tanti est, quae adnotavimus. Quod autem adfirmat, nempe non ad omnia aptum esse artificiale dicendi genus, id ipse non diffitebitur Quintilianus, qui scribit: *An non pudeat certam creditam pecuniam periodis postulare? Aut circa stillicidia affici? Aut in mancipii redhibitione sudare?* Instit. Orat. Lib. VIII Cap. 3 pag. 582.

Lin. 18 et seq. *Παρα τοις αυτοις τ' αυτ' ον, κ. τ. λ.* In haec verba superstites litteras, paucis syllabis suppletis ad interiectae lacunae capacitatem accomodatis, componendas duximus. Porro non immerito Philodemus pronunciat minime esse idem artificiale dicendi genus ad eadem semper aptum: siquidem innumerae sunt circumstantiae, ob quas de eadem re non utique eodem modo dicere oporteat. *Haec enim sapientia*, opportune Tullius, *maxime adhibenda eloquenti est, ut sit temporum, personarumque moderator. Nam nec semper, nec apud omnes, nec contra omnes, nec pro omnibus eodem modo dicendum arbitror.* Orat. Cap. XXXV. Quod sane fuse persequitur Quintilianus, Institut. Lib. XI Cap. 1 per tot., at praesertim ab ima pag. 794 et deinceps, Lugd. Bat. 1665, Vide etiam Lib. VIII Cap. 3 pag. 581 et seqq., ac rursus Ciceronem, De Optimo Gen. Orat. Cap. IV. Hinc vero Noster deducere parat non esse Rhetorum artificiis vacandum; quippe quorum praecepta innumeras causas, ob quas dicendi ratio varianda sit, complecti omnino non possint: ac potius naturam sequi oportere, quae ad orationem pro rerum opportunitate temperandam praesto esse possit.

Lin. 20 et seqq. *Αλλ' οἱ μεν του Ισοκρατους, κ. τ. λ.* Quorsum isthaec Isocratis et Thucydidis commemoratio spectet, definire equidem non ausim. Fortasse horum exemplo confirmat Philodemus rerum diversitatem, diversam utique dicendi rationem poscere. Certe Thucydidium stylum ab oratorio dicendi genere longissime distare contendit Cicero in De Opt. Gen. Orat. Cap. V. Quod quamvis Halicarnasseus Dionysius non omnimode probet, quippe qui observet, Demosthenem *κατα πολλα* Thucydidis imitatorem fuisse, De Thucyd. Hist. Iud. Cap. LIII pag. 263, atque adfirmet, non esse omnem Thucydidis orationem a foro et populi conventibus eiiciendam ut inutilem, *ουδ' εκβαλλομεν εκ των δικαςηριων και των εκκλησιων ἁπασαν την Θουκυδιδου λεξιν ὡς αχρηςον*, ibid. Cap. LV pag. 266; tamen ipse Dionysius de illius auctoris narrationibus tantum, non de eius concionibus haec a se dicta esse profitetur, ibid. Quocirca sic supplementum nostrum inchoandum curavimus, ut generatim ac universe Isocratis elocutio Thucydidis dicendi rationi opponeretur: quod ad Philodemi propositum, si illud quidem quod diximus spectabat, satis esset. Sed rem prorsus in medio relinquimus.

ΤΕΡΟΝΟΤΙΤΟΥΚΛΕΙΤΑΡ
ΧΕΙΟΥΠΡΟϹΤΙΝΑϹΟΥΝ
ΑΝΘΡ.. ΠΟΥϹΑΡΜΟϹΩ
ΜΕΘΑΚΑΙΤΑΥΤΑΤΗΛΙ
ΚΟΥΤΟ.. ΤΟΝΟΥΠΡΟϹ
ΟΝΤ.. ΗΝΗΔΙΑ
ΠΑ.. ΚΠΟΝΗϹΟ
ΜΕΝΤΟΥ.. ΑΡΕΚΑϹΤΟΙϹ
ΚΑΙΚΑΤΑΧ.. ΟΝΟΥϹΕΥΗ
ΜΕΡΟΥΝΤΑϹ ΟΥΜΗΝ
ΟΥΔΕΚΕΙΝΕϹΤΙΝΕ Ι
ΠΕΙΝΟΤΙΤΟΙϹΓΕΡ Η
ΤΟΡϹΙΝΑΥΤΟΙϹΕΝΤΙ
ΓΕΝΟϹΛΟΓ.. ΥΚΑΛΟΝΤΕ
ΘΕΜΑΤΙϹΤ.. ΚΑΙΜΕΤΑ
ΔΙΩΚΕΤΑΙ.. ΛΟΝΓΑΡ
ΕΝΤΟΥΤΩ.. ΟΙϹΠΟΛ
ΛΟΙϹΤΑϹΔΙΑΦΟΡΟΥ..
ΕΥΑΡΕϹΤΙΑϹΚΑΤΟΨΟ
ΜΕΘΑΚΑΙΤΟΙΠΡΟΧΕΙ
ΡΟΝΓΗΝΛΕΓΕΙΝ.. ΘΥ
ΠΟΤΩΝ
ΠΑΙ

ρλϛ

COL. VIII

Gio B. Malesci dis. Luigi Corazza inc.

COLUMNA VIII.

ψυχρο-τερον ὅ τι του Κλειταρ-χειου. Προς τινας ουν ανθρωπους ἁρμοσω-μεθα και ταυτα, τηλι-κουτου πονου προσ-οντα ματην; Η δια παιδιων εκπονησο-μεν τους παρ' ἑκαστοις, και κατα χρονους ευη-μερουντας; Ου μην ουδ' εκειν' εστιν ει-πειν, ὁτι τοις γε Ῥη-τορσιν αυτοις ἑν τι γενος λογου καλον τε-θεματισται και μετα-διωκεται· μαλλον γαρ εν τουτω επι τοις πολ-λοις τας διαφορουσας ευαρεστιας κατοψο-μεθα. Και τοι προχει-ρον γ' ην λεγειν δια θ' ὑ-πο των. . . . . . .

frigidius quidpiam vel Clitarchico sermone. In quorum igitur hominum utilitatem consarcinabimus etiam haec, quae tantum laboris frustra adferent? Anne per pueriles lusus eos viros instituemus, qui apud omnes et semper florere possint? Profecto neque illud adfirmare licet, vel ipsos Rhetoricarum rerum scriptores unum potissimum pulchrae orationis genus constituisse et persequi: nam potius hac de re plurimorum differre placita deprehendemus. Verum enimvero in promptu etiam esset edicere qua tandem de causa ab. . . . . . .

Lin. 1 et seq. Ψυχροτερον ὁ τι του Κλειταρχειου. Ut ψυχροτερον ex residuis huius vocis postremis litteris restituamus, hortatorem ac sponsorem habemus in primis Demetrium Phalereum vel quemvis alium Auctorem Libelli Περι Ἑρμηνειας, qui haec de Clitarcho prodit: Ὁ Κλειταρχος περι της Τενθρηδονος λεγων, ζωου μελισσῃ εοικοτος· Κατανεμεται μεν, φησι, την ορεινην· εισιπταται δε εις τας κοιλας δρυς· ὥσπερ περι βοος ἀγριου, η του Ερυμανθιου καπρου λεγων, αλλ' ουχι περι μελισσης τινος· ὡςε και ἀχαριν τον λογον ἁμα και ψυχρον γινεσθαι. *Clitarchus de Tenthredine bestiola simili api loquens, Depascitur, inquit, montana loca, involat irrumpitque in cavas quercus: tamquam de bove fero, vel apro Erymanthio verba faciens, et non de apis quodam genere. Quare contingit invenustam simul orationem fieri et frigidam.* De Elocution. n. 330 et seq. Sed eodem nomine reum agit Clitarchum Ioannes Tzetza, Histor. Chiliad. VII n. 100. Et si unum Quintilianum excipias nimium fortasse indulgenter scribentem, *Clitarchi probatur ingenium, fides infamatur*, Inst. Orat. Lib. X Cap. 1 pag. 743; in idem de Historico illo iudicium tota videtur antiquitas conspirasse. Nempe Cicero eum *puerilitatis* vitio in scribendo laborasse perhibet, quum ait de Sisenna: *In historia puerile quiddam consectatur: ut unum Clitarchum, neque praeterea quemquam de Graecis legisse videatur.* De Legibus, Lib. I Cap. 2. Quod sane ipsum ad frigidi sermonis vitium praecipue refertur: quandoquidem hoc esse puerilis dicendi generis maxime proprium, ut ad frigidum vergat, discimus a Longino: Τι ποτ' ουν το μειρακιωδες εςιν; η δηλον, ὡς σχολαςικη νοησις ὑπο περιεργιας ληγουσα εις ψυχροτητα, *Quidnam igitur est puerile? Nil aliud esse dicam, quam scholasticum dicendi genus nimia concinnitatis consectatione frigidum.* De Sublimit. Sect. III pag. 24 Ed. Toll. Nec minus ad frigidum refundi constat inanis tumoris vitium, cuius causa pariter Clitarchus ab Longino vapulat, qui eum hoc in genere ipsos harum rerum antesignanos superasse adfirmat. Nam quum quaedam Gorgiae et Callisthenis insigniter μετεωρα, *puerili tumore vitiosa,* reprehendisset, sic pergit Longinus: Και ετι μαλλον τα Κλειταρχου· φλοιωδης γαρ ὁ ανηρ, και φυσων, κατα τον Σοφοκλεα,

Ου σμικροις μεν αυλισκοισι, φορβειας δ' ατερ.

His autem multo est etiam putidior Clitarchus, vere hordaceus scriptor: de quo merito illud Sophoclis usurpaveris:

Parvis quidem non ille spirat tibiis,
Tumidum sed os numquam capistro continet.

De Sublim. Sect. III pag. 18 et seq. Toll. Itaque κλειταρχικως loqui in proverbium abiit de iis qui dum, praeter aequum et bonum, expolitum vel magnificum genus orationis consectantur, pueriliter tumentes ac frigidi evadunt. Quo sensu ait Tzetza in quadam Epistola: Συ δε κλειταρχικως ἡμας ευφημεις, *Tu autem clitarchico more nos laudas.* Apud Petrum Victorium, Comment. ad Demet. Phal. pag. 267 Venet. 1594. Hac igitur ratione a Philodemo dictum esse arbitror ψυχροτερον ὁ τι του Κλειταρχειου, *frigidus quidpiam vel Clitarchico sermone:* quibus verbis urgere eum puto quae in superiori Columna loqui instituerat adversus dicendi genus, quod adolescentium apud Rhetores se exercentium nimiam curiositatem sapit: ex quo artificioso dicendi genere Auctor fortasse, nullum alium fructum expectari adfirmaverat posse, nisi ut oratio tumidior ac frigidior Clitarchicâ evadat.

Lin. 4 et seq. Ἁρμοσωμεθα και ταυτα. Ἁρμοζεσθαι hanc, inter caeteras, significationem prae se ferre, qua denotet *simul ponere, coniungere, compingere*, constat ab exemplis, quae adfert Budaeus, pag. 314 Paris. Itaque interpretati sumus *consarcinabimus*, ut Philodemi in Rhetorum artes acrimoniam nostra versio redoleret. Sed si malis vertere *aptabimus*; tunc προς τινας ουν ανθρωπους vertendum erit: *queis igitur hominibus.* Porro ταυτα referendum puto ad artes, quibus oratio frigida fiat; vel ad ipsos orationis fucos pueriles, quos nulli hominum convenire Noster adfirmat. Quocum facit auctor dialogi De Causis Corruptae Eloq. quum ait: *Malim hercle C. Gracchi impetum, aut L. Crassi maturitatem, quam calamistros Maecenatis, aut tinnitus Gallionis: adeo malim oratorem vel hirta toga induere, quam fucatis et meretriciis vestibus insignire. Neque enim oratorius iste, immo hercle ne virilis quidem cultus est, quo plerique temporum nostrorum auctores ita utuntur, ut lascivia verborum, et levitate sententiarum, et licentia compositionis histrionales modos exprimant: quodque vix auditu fas esse debeat, laudis et gloriae, et ingenii loco plerique iactant, cantari saltarique commentarios suos.* Cap. XXVI.

Lin. 5 et seq. Τηλικουτου πονου. Dionysius Halicarnasseus quum plura de orationis stru-

cura disseruisset, sic pergit: Ει δε τινι δοκει και πονου πολλου ταυτα, και πραγματειας μεγαλης αξια ειναι, και μαλα ορθως δοκει... Επικουρειων δε χορον, οἱς ουδεν μελει τουτων, παραιτουμεθα. Το γαρ ουκ επιπονου του γραφειν οντος, ὡς αυτος Επικουρος λεγει, τοις μη στοχαζομενοις του πυκνα μεταπιπτοντος κριτηριου, πολλης αργειας ην και σκαιοτητος αλεξιφαρμακον, *Quod si nonnullis forte videantur haec laborem sibi plurimum, atque studium vehementius postulare, a vero illi non adeo aberrant... Est autem Epicureorum turba nobis contemnenda, qui nihil horum curant. Nam si scribere laboriosum non est, ut Epicurus ait; id sane plurimae ignaviae ac ineptitudinis, iis qui parum animadvertunt quam crebro iudicium sensusque istiusmodi scriptoris labantur, certissimum fuerit remedium.* De Composit. Verbor. Cap. XXIV pag. 51 Oxon. 1704. Quae omnia locum, quem exponimus egregie illustrant. Nam primum vides hic το Philodemi Τηλικουτου πονου ex ipsa Rhetorum confessione comprobari. Deinde patet quam fixum destinatumque fuerit Epicureis ab omni labore remotum esse debere scribendi negotium: curque Noster magnam se invidiam conflasse crediderit iis, quae improbabat, elocutionis artificiis, si plurimum laboris ea sibi postulare venditaret.

Lin. 7 et seq. Δια παιδιων. Hanc voculam ad lacunam complanandam heic opportune adhibitam nemo diffitebitur, qui consideret, nihil frequentius esse quam ut rebus, quas Auctor nunc carpit, *puerilitatis* nota inuratur. Nam το μειρακιωδες, ut supra observavimus, a Longino definitur σχολαστικη νοησις ὑπο περιεργιας ληγουσα εις ψυχροτητα, *Scholasticum dicendi genus nimia concinnitatis consectatione frigidum;* itemque additur: Ολισθαινουσι δ' εις τουτο το γενος ορεγομενοι μεν του περιττου και πεποιημενου, και μαλιστα τοὺ ἡδεως, εποκελλοντες δε εις τροπικον και κακοζηλον, *In hoc vero genus illi prolabi solent, qui quod argutum est, et vibrantibus sententiolis pictum, ac praedulce affectantes, in figuratam pravaeque aemulationis elocutionem deflectunt.* De Sublim. Sect. III pag. 24 Toll. Quos sermonis fucos τους Γοργιου νεαρους σχεματισμους, *pueriles Gorgiae figuras* vocat Dionysius Halicarnasseus, De Demosth. Vi, Cap. IV, pag. 270; iisque immodice utentem, μειρακιωδως εναβρυνεσθαι *pueriliter se iactare*, dicit ibid. Cap. V pag. 271, et Epist. ad Pomp. De Platon. Cap. II pag. 204: quod ipsum Theophrastus dixerat ονομασι παιξειν, *in verbis pueriliter nugari*, apud eumd. Dionys. De Lys. Iudic. Cap. XIV pag. 137. Praeterea habes apud ipsum Halicarnasseum κενος και παιδαριωδης επιταφιος, *funebris oratio inanis ac puerilis*, De Vi Demosth. Cap. XLIV pag. 310; tum τα μειρακιωδη καλλωπισματα της λεξεως, *puerilia dictionis ornamenta*, De Thucyd. Histor. Iud. Cap. XLVI pag. 258; ad haec, οἱ σχηματισμοι οἱ πολυ το νεαρον εχοντες, *figurae dicendi, quibus multum inest puerile*, De Composit. Verbor. Cap. XXIII pag. 50; et τα μειρακιωδως και ψυχρως ειρημενα, *quaedam pueriliter et frigide dicta*, De Vi Demosth. Cap. XXIX pag. 294; et οἱ μειρακιωδεις σχηματισμοι... εν οἱς οἱ περι τον Γοργιαν μαλιστα επλεονασαν, ἡκιστα τῳ χαρακτηρι προσεχοντες αυστηραν εχοντι την αγωγην, *pueriles schematismi... quibus Gorgiae adseclae in primis studuerunt, quique characteri austero minime conveniunt*, De iis quae Thucyd. sunt propr., Cap. XVII pag. 220; denique των σχηματων το μειρακιωδες, *puerile figurarum studium*, De Isocrat. Iud. Cap. XIII pag. 158. Vide, ut caeteros omittam, Gellium Lib. XVIII Cap. 8. Per hoc igitur fucatae orationis puerile studium eos viros institui informarique posse negat Philodemus, quibus universalis ac perennis speranda sit fama. Quo pertinent quae Crassus apud Ciceronem in De Oratore Lib. III loquitur: ubi inter alia, haec legimus: *Apparatu nobis opus est, et rebus exquisitis undique, et collectis, accersitis, comportatis ... Verborum eligendorum et collocandorum et concludendorum facilis est vel ratio, vel sine ratione, ipsa exercitatio. Rerum est silva magna, quam quum Graeci iam non tenerent, ob eamque causam iuventus nostra dedisceret paene discendo, etiam Latini, si Diis placet, hoc biennio magistri dicendi extiterunt: quos ego censor edicto meo sustuleram; non quo, ut nescio quos dicere aiebant, acui ingenia adolescentium nollem, sed contra ingenia obtundi nolui, corroborari impudentiam.* De Orat. Lib. III Cap. 24. Et rursum eodem in Libro quum Cicero ex Crassi persona Periclis eloquentiam laudibus mactasset, tandem addit: *At hunc non clamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat.* Cap. 34. Ad rem Petronius: *Haec ipsa tollerabilia essent, si ad eloquentiam ituris viam facerent. Nunc et rerum tumore et sententiarum vanissimo strepitu, hoc tantum proficiunt, ut quum in forum venerint, putent se in alium terrarum orbem delatos. Et ideo ego adolescentulos existimo in scholis stultissimos fieri; quia nihil ex iis, quae in usu habemus, aut audiunt aut vident;... sed mellitos verborum globulos, et omnia dicta factaque quasi papavere et sesamo sparsa,* Satyr. Cap. I. Et paucis interiectis,

haec addit: *Levibus atque inanibus sonis ludibria quaedam excitando effecistis, ut corpus orationis enervaretur, et caderet. Nondum iuvenes declamationibus continebantur, quum Sophocles aut Euripides invenerunt verba, quibus deberent loqui. Nondum umbraticus doctor ingenia deleverat, quum Pindarus novemque Lyrici Homericis versibus cantare timuerunt. Et ne poëtas quidem ad testimonium citem, certe neque Platona neque Demosthenem ad hoc genus exercitationis accessisse video. Grandis, et ut ita dicam pudica oratio non est maculosa nec turgida; sed naturali pulchritudine exurgit.* Ibid. Cap. II. Nimirum *Veteres illi*, ut ait Auctor De Caus. Corrupt. Eloq., *intelligebant opus esse non ut Rhetorum scholis declamarent, nec ut fictis, nec ullo modo ad veritatem accedentibus controversiis linguam modo et vocem exercerent; sed ut his artibus pectus implerent, in quibus de bonis ac malis, de honesto ac turpi, de iusto et iniusto disputatur*, etc. Cap. XXXI. Vide ibid. Cap. XXXII et seqq., in quibus plura in eamdem sententiam proferuntur minime contemnenda.

Lin. 8. et seqq. Εκπονησομεν τους, κ. λ. Τους equidem ad το ανθρωπους lin. 4 referendum censeo. Ad εκπονειν quod adtinet, de agri cultura proprie dici compertum est, ut in illo Theocriti loco: Νειοι δ' εκπονεοιντο ποτι σπορον, *Novalia excolantur ad sementem.* Idyll. XVI 94. Sed ad litteras scientiasque transfert Diodorus Siculus: Γραμματα τε και φυσιολογιαν και θεολογιαν εξεπονησαν επι πλειον, *Litteras vero, et in primis naturalem, et divinarum rerum scientiam* (Tyrrheni) *plurimum excoluerunt.* Bibl. Histor. Lib. V Cap. 40 pag. 362 Ed. Wessel. Ad sermonis culturam Empiricus: Ει τον λογον εξεπονησεν ἡ Ῥητορικη, *Si in oratione excolenda versaretur Rhetorica*, Adv. Rhet. Segm. 49: qui paulo ante dixerat: Εκπονησαντες τον τεχνικον της Ῥητορικης λογον, *Artificiosum Rhetoricae sermonem qui excoluerunt*, ibid. Segm. 18. Ad iuvenum autem institutionem Philodemum transtulisse idem verbum non mirabimur; quandoquidem est etiam ἡ ψυχης γεωργικη εμπειρια, *agriculturae qua animae excoluntur peritia*, ut loquitur Philo Iudaeus, De Agricult. pag. 88 Francof. 1691. Qua μεταφορᾳ usus etiam Persius, ubi ait:

Cultor enim es iuvenum, purgatas inseris aures
Fruge Cleanthea...

Satyr. V v. 63 et seq. Mox κατα χρονους vertendum duximus *semper*; rati κατα χρονους idem esse ac καθ' ἑκαςους χρονους *per singula quaeque tempora*: eadem prorsus ratione ac κατ' ενιαυτον dicitur pro καθ' ἑκαςον ενιαυτον, *quotannis*; κατα μηνα, vel κατα μηνας valet καθ' ἑκαςον μηνα, *singulis mensibus*, etc.

Lin. 11 et seqq. Ου μην, ουδ' εκειν' εςιν ειπειν, κ. τ. λ. Obiicit Rhetoribus Philodemus, quod ipsam, quam tantopere iactant, sermonis artificialem pulchritudinem ne definierint quidem unanimi consensione: exque eorum de gravissima hac re discordiis, eorum artes frustra esse concludere parat. Quo certe argumento Quintilianum ipsum permotum fuisse patet, quippe qui scripserit: *Ideo nondum est perfectus orator, ac nescio an ars ulla; non solum quia aliud in alio magis eminet, sed quod non una omnibus forma placuit, partim conditione vel temporum vel locorum, partim iudicio cuiusque atque proposito.* Lib. XII Cap. 10 pag. 892 et seq. Re sane vera, in tanta sententiarum discordia, de qua mox, si quis Rhetorum in diversum trahentium placitis se docilem praebeat, eamdem fortasse vicem subire cogetur, quam C. Albutius sustinuit: qui, M. Seneca teste, *Dum genera dicendi transfert, et modo exilis esse vult, nudisque rebus haerere, modo horridus et valens potius quam cultus, modo brevis et concinnus, modo nimis se attollit, modo nimis deprimit, ingenio suo illusit, et longe deterius senex dixit. Nihil enim ad profectum aetas ei proderat, quum semper studium eius esset novum.* Controv. Lib. III Praef. pag. 222 Amstel. 1672. Caeterum hanc exceptionem sic Cicero sibi proponit, dissolvitque: *Forsitan occurrat illud, si paene innumerabiles sint quasi formae figuraeque dicendi, specie dispares, genere laudabiles; non posse ea, quae inter se discrepant iisdem praeceptis atque in una institutione formari. Quod non est ita; diligentissimeque hoc est eis, qui instituunt aliquos atque erudiunt videndum, quo sua quemque natura maxime ferre videatur. Etenim videmus ex eodem quasi ludo summorum in suo cuiusque genere artificum, et magistrorum exisse discipulos dissimiles inter se, attamen laudandos, quum ad cuiusque naturam institutio doctorum accomodaretur.* De Orat. Lib. III Cap. 9.

Lin. 15 et seq. Τεθεματισαι. Vox quidem Grammaticorum propria, apud quos valet ponere et constituere sive nomina, vel eorum genera, casusque, sive verba, eorumque tempora etc.

ADNOTATIONES IN COL. VIII.

Ad scribendi genera heic transtulit Noster, atque ad Rhetorum praecepta Col. seq. lin. 4; sicut Sextus Empiricus ad signa, quum ait, *commonitorium signum* ὡς αν ἡμεις θεματισωμεν, σημαινειν, *prout nos constituimus*, *significare*. Advers. Mathemat. Lib. VIII Segm. 202. Quo sensu θεματιζειν hactenus in Lexicis desideratur.

Lin. 19 et seq. Τας διαφορουσας ευαρεστιας. Vocem ευαρεστιας, quae Lexicis posthac inserenda, interpretati quidem sumus *placita*, primum omnium eo quod Auctoris contextus id prorsus flagitare visus est: deinde quia huiusmodi interpretationi suffragatur ipsius vocis origo, quae procul dubio est ab αρεσκω *placeo*: denique eo quod eiusdem familiae vocabulum αρεστον id quandoque est, ut ait Budaeus, quod Graeci alias ψηφισμα et δογμα appellant, Latini autem *decretum* et *placitum*; unde etiam esse idem auctor adfirmat ea quae *Arresta* apud Gallos vulgo dicuntur quum potius *Aresta* dici deberent, quaeque nihil sunt aliud quam *decreta* et *placita*. Vide Stephanum, Thesaur. T. I pag. 576. Porro ab interpretatione nostra parum discedit της ευαρεστιας significatio in illis verbis: Ὁμως και παντες δαιμονες μετα παντων των παθων ὑμας φευγωσιν, ουκ εστιν εν τουτῳ μονῳ χαιρειν, αλλ᾽ εν τῳ δι᾽ ευαρεστιαν τα ονοματα ὑμων εν ουρανῳ ὡς αει ζοντων αναγραφηναι, *Etsi cuncti daemones cum omnibus morbis vos fugiant, in eo solo non est gaudendum; sed in eo quod propter beneplacitum nomina vestra in coelo, tamquam semper viventium, descripta sunt.* Clement. Homil. IX Cap. 22 pag. 691 et seq. T. I Coteler. Amstel. 1724. Ubi sane δι᾽ ευαρεστιαν valet *ob divinae praedestinationis gratiam ac decretum.* Caeterum, ad rem quod pertinet, circa pulchrae orationis naturam et characteres, τας ευαρεστιας adeo varias atque invicem repugnantes fuisse constat, ut hac de causa ipse Tullius quodnam dicendi genus optimum habendum esset minime definire auderet. *Id mihi*, ait ad Brutum, *quaerere videbare, quod genus orationis optimum iudicarem. Rem difficilem, dii immortales! atque omnium difficillimam. Nam...et naturae variae, et voluntates, multum inter se distantia effecerunt genera dicendi. Flumen aliis verborum, volubilitasque cordi est, qui ponunt in celeritate orationis eloquentiam. Distincta alios, et interpuncta intervalla, morae respirationesque delectant. Quid potest esse tam diversum?...Elaborant alii in lenitate et aequabilitate, et puro quasi quodam et candido genere dicendi. Ecce aliqui duritatem et severitatem quamdam verbis, et orationis quasi moestitiam sequuntur,* etc. Orat. Cap. XVI. Videsis etiam Cap. XI ibid., nec non Quintilianum, a quo pariter disces, ut caetera praeteream, quod hac de re *infinita dissentio Auctorum* sit, Lib. III Cap. I pag. 182; tum quod *inter diversas opiniones priorum, et quasdam etiam inter se contrarias, difficilis esset electio,* Prooem. Lib. I pag. 2; denique eo rem deductam, ut Rhetorice non minus quam Philosophia certas sibi invicem contradicentes sectas habuerit. Instit. Orat. Lib. III Cap. 1 pag. 186.

Lin. 21 et seq. Και προχειρον γ᾽ ην λεγειν. Ipsissima phrasi usus Auctor in Περι Ῥητορικης Ὑπομνηματων Lib. I, ubi ait: Αλλα μην προχειρον εσται λεγειν και διοτι πειθουσιν, etc. *At vero facile erit dicere etiam hoc cur persuadeant*, etc. Col. III lin. 25 et seq. Quo autem heic eiusmodi verba spectent, et quo pacto ex ipsis integram sententiam elicere queas, vide in sequenti Columna inter ea quae ibi ad lin. 1 adnotabimus.

TOICKA AKOΛOYΘEIN
AΛΛA ΛIA OYC
ΘE A ZEINMAΛΛON
OKAIΔ ΠOIOY OYC
MENT ΠΛE
TOYC Y AΦIC EN
A OYCΔEAΛΛONTO
ΔANAΛOΓONΠOIEINKA
TOYCΛOIΠOY TΩ Λ
ΓΩIXPΩMENΩ E
KAΛACANEXOIMENE
KAICΠANIONOYTΩC N
KAΛONΛOΓONAΠOΛEI
ΠOIMENICOKPATEI A
HΠANTA ACINOYΔEIC
HΔYHTP OMOIOT
ΠΩCΔIE EΘHC
TINECΔE ACIMH
TOYTO ΓONIC
TOYCOMO ONCMI
ΓEΓONEN TOICC
ΓPAN NAC Δ
ME
T

ρλζ

COL. IX

Gio. B. Malesci dis. Bart. Orazj inc.

COLUMNA IX.

. . . . αυ- τοις κατακολουθειν · αλλα συχνον αρ' αυτους θεματιζειν μαλλον ὁ και δει ποιουμενους μεν το πλειστον αληθως τους λογους, αφιεναι ἐνθεν, αλλους δε αλλ' ὁν το- δ' αναλογον ποιειν κατα τους λοιπους των λο γῳ χρωμενων. Λεξεις δη καλας αν εχοιμεν, εαν και σπανιον οὑτως τον καλον λογον απολει- ποιμεν. Ισοκρατει γαρ η παντασπασιν ουδεις, η δυ' η τρεις ὁμοιοτρο- πως διεφυησαν ποτε· Τινες δε φασι μηδ' αυ- του τον λογον Ισοκρα- τους ὁμοιον εμπεδως γεγονεναι τοις συγ- γραμμασιν αυτου, ει. . . .

. . . . .ipsos sequi; sed frequenter eos id potius praecipere, quod et oporteat illos utique, qui orationes ut plurimum non umbratiles sed veras habent, negligere; atque alios quidem aliud, quod analogum sit, facere, secundum caeterorum, qui loquuntur, consuetudinem. Orationes profecto pulchras habebimus, etiamsi rarum huiusmodi exquisitumque calamistratae eloquentiae genus omittamus. Isocrati namque vel prorsus nemo, vel duo, vel tres ingenio pares umquam exstiterunt. Quidam vero adfirmant, ne ipsius quidem Isocratis sermonem similem eius scriptis futurum fuisse, si. . . . .

ADNOTATIONES IN COL. IX.

Lin. 1 et seqq. Αυτοις κατακολουθειν, κ. λ. Αυτοις refero ad Rhetores, quos Auctor in praecedenti Colum. lin. 13 et seq. nominavit. Quumque inter haec verba αυτοις κατακολουθειν et ea, quae sequuntur, aliquam oppositionem esse debere, interpositum adverbium αλλα vetet in dubium revocare; primas illas voces a superiori Columna sic pendere arbitror, ut putem, quum ibi Philodemus adseverasset, Rhetores in pulchrae orationis characteribus constituendis mirifice in diversum trahere, verbis illis quae ibidem lin 21, et deinceps sequuntur, Και τοι προχειρον γ' εν λεγειν, κ. τ. λ., tantae inter Rhetores discordiae causam detegere instituisse, et sermonem suum continuasse hunc fere in modum: *Verum in promptu etiam esset edocere qua de causa ab* » Rhetoribus tam dissona praecepta tradantur: quisque enim videt, eos non id docere quod » revera facto opus est, adeo ut is, qui de re aliqua orationem habiturus sit », *eos sequi possit: sed frequenter ipsos id potius praecipere, quod*, etc. Porro θεματιζειν secure persanavimus, praelucente superioris Columnae lin. 16, ubi hoc verbum duabus tantum litteris decurtatum occurrit. His vero iactis fundamentis, reliquum huius commatis supplementum sponte sua fluere quisque videt. Caeterum nostras in eo adornando coniecturas Auctorum testimonia, qui haec eadem Rhetoribus vitio vertunt, validissime confirmant. Sic nempe Auctor Dialogi De Caus. Corrupt. Eloq.: *Adolescentuli nostri deducuntur in scenas scholasticorum, qui Rhetores vocantur... In loco nihil reverentiae, sed in quem nemo nisi imperitus aeque intrat. In condiscipulis nihil profectus, quum pueri inter pueros, et adolescentuli inter adolescentes pari securitate dicant et audiantur. Ipsae vero exercitationes magna ex parte contrariae... Controversiae...quales per fidem, et quam incredibiliter compositae! Sequitur autem ut materiae abhorrenti a veritate declamatio quoque adhibeatur. Sic fit, ut...quidquid in schola quotidie agitur, in foro vel raro, vel numquam, ingentibus verbis persequantur.* Cap. XXXV. Ita vero Sextus Empiricus: Ω'ς ὁ συμπας οιδε βιος, οἱ σοφιςευοντες επ' ακρον μεν την Ρ'ητορικην εξησκησαν τεχνολογιαν, ιχθυων δε αφωνοτεροι επι της γης ὑπαιθρου θεωρουνται, *Ut notum est omnibus, ii qui Sophistis et Rhetoribus operam dederunt, summe quidem se exercuerunt in dicendi artificio, verum in subdialem aream fori delati, cernuntur magis muti quam pisces.* Advers. Rhet. Segm. 18. Unde fortasse Sextus conclusit, esse quidem Διδακτεον, ὁτι τῃ συνηθειᾳ προσεκτεον μαλλον εςι θελοντας ευ λεγειν, ηπερ τεχνῃ τινι περιεργοτερᾳ, *Docendum, ab iis qui bene volunt dicere, magis adtendendam esse consuetudinem, quam artem aliquam curiosam et supervacaneam.* Ibid. Segm. 58. Hinc etiam Petronius pronuntiat, quod iuvenes Rhetoribus operam dantes, *Rerum tumore, et sententiarum vanissimo strepitu hoc tantum proficiunt, ut quum in forum venerint, putent se in alium terrarum orbem delatos: quippe qui nihil ex iis, quae in usu habemus, aut audiunt aut vident,...sed mellitos verborum globulos,* etc. Satyr. Cap. I: et, ut paulo post infert idem Auctor: *Nunc pueri in schola ludunt, iuvenes ridentur in foro: et, quod utroque turpius est, quod quisquam perperam discit, in senectute confiteri non vult.* Ibid. Cap. IV. Quocirca ipse Quintilianus exclamat: *Utinam adiici ad consuetudinem* (nempe scholarum) *posset, ut... verba in usu quotidiano posita minus timeremus:...quae nos quamlibet per alia in scholis exercitati sumus, tyrones in foro inveniunt.* Instit. Orat. Lib. II Cap. 10 pag. 136 et seq. Quocum facit alius etiam Rhetor praestantissimus Halicarnasseus Dionysius: qui quum mentionem iniecisset αλογων τινων και απρεπων και απιθανων κεφαλαιων, οἱς χρωνται οἱ μελετωντες, ουκ αν χρησαμενων των ὡς αληθως λεγοντων, *improbabilem quorumdam, inconcinnorum, et a recta dicendi ratione alienorum capitum, quibus utantur orationes meditantes, non autem qui vere orationes habent;* sic concludit: Ταυτα και αλλα τοιαυτα κεφαλαια εν ταις των σοφων (lege σοφιςων, ut habet Cod. Reg. Paris.) διατριβαις ειθισμενα αγωνιζεσθαι, φευκτεα, ει μελλει τις προς αλεθειαν ῥητορευειν, *Ista et similia capita in Sophistarum exercitationibus disceptari solita, penitus vitanda sunt ei, qui vere oratoris munus obiturus est.* Art. Rhetor. Cap. X §. 15 et 16 pag. 113 et seq. Haec omnia fortasse Philodemus respexit quum alibi inquit: Γραμματικην μεν ουδεις αναλαβων ανεπιςημων εςι του γραφειν και αναγινωσκειν...Τα δε ῥητορικα πολλοι μαθοντες αδυνατουσιν δικας λεγειν και δημηγορειν, και πλειους γε των δυναμενων, *Nemo quidem, qui grammaticam didicit, scribendi et legendi ignarus est;...multi autem, quum res rhetoricas didicerint, non valent causas orare, et ad populum concionem habere; et hi quidem plures sunt illis, qui valent.* De Rhetorica, Col. VII lin. 2 et seqq. T. IV Hercul. Vol. pag. 25. Ex quo certe Philodemi loco et hic, de quo nunc agimus, non parum illustratur, et nostro supplemento plurimum auctoritatis accedit.

Lin. 6 Αληθως. Ex iis, quae in praecedenti adnotatione diximus, vel nobis nunc tacentibus, satis patet cur vocem αληθως supplevimus. Porro αληθως sermones habere est sive populum, sive iudices, sive quoslibet alios quacumque de causa adloqui, et non umbratili declamatione, qualis intra scholae parietes apud Rhetores locum habet, uti, sed vera, et quae in veris rebus negotiisque adhiberi solet. Dionysius Halicarnasseus, in De Vi Demosth. Cap. VIII pag. 273, opponit αληθινην λεξιν τη πανηγυρικη, laudans Demosthenem, eo quod λεξιν, quam πανηγυρικην idest *ad pompam comparatam* invenit, in αληθινην commutavit. Eodem sensu habes apud eumdem Dionysium προς τους αληθινους αγωνας, *ad veras causarum actiones*, in Vett. Scripp. Cens. Cap. III n. 2 pag. 125, et in De Isocrat. Iudic. Cap. XI pag. 157, ubi ad vera certamina Lysiam quidem idoneum esse adfirmat, Isocratem vero nequaquam. Huc etiam pertinet, quod idem Auctor της αληθινης λεξεως τας αφας, *verae orationis lacertos* Isocratem non habuisse docet, De Vi Demosth. Cap. XVIII pag. 283. Denique λογοι αληθινοι commemorantur a Dionysio Longino in De Sublim. Sect. III pag. 16 Ed. Toll.; et ibid. pag. 22 scriptores αναληθεις. Vide ibi in utramque vocem Tollii notas; et in voc. αναληθεις consule etiam Toupium in Longin. pag. 161 et seq. Oxoniens. Ed. an. 1778.

Lin. 8 et seq. Τοδ' αναλογον. Quid sit, quod ad dicendi rationem adtinet, το αναλογον, ex Aristotele discimus, qui ait: Το δε αναλογον εςιν εαν μητε περι ευογκων αυτοκαβδαλως λεγηται, μητε περι ευτελων σεμνως, μητ' επι τω ευτελει ονοματι επη κοσμος· ει δε μη, κωμωδια φαινεται. *Analoga erit elocutio, si neque de amplis submisse dicatur, neque de tenuibus graviter, neque tenue nomen consequatur ornatus: sin minus, comoedia apparet.* Rhetoricor. Lib. III Cap. 7 pag. 590 T. II Paris. 1629. Et rursum: Δει δε και τα επιθετα, και τας μεταφορας αρμοττουσας λεγειν· τουτο δ' εςαι εκ του αναλογου· ει δε μη, απρεπες φανειται. *Oportet vero et epitheta et translationes congruentes dicere: atque ex analogo hoc erit; sin minus, indecorum apparebit.* Rhetoricor. Lib. III Cap. 2 pag. 585. Patet igitur quid heic sibi velit Philodemus verbis τοδ' αναλογον ποιειν. Nempe si quis umbratilem Rhetorum dicendi rationem sequi velit, tum importuno puerilium schematum usu το πρεπον violabit, tum a communi loquentium consuetudine ita recedet, ut ridiculus evadat: Καν τις ελοιτο την τοιαυτην φρασιν, πρωτον μεν δια το μη πιπτειν αυτην εις την κοινην του βιου χρησιν...επικαταγελασθησεται...ειτα και προσκοπην εμποιει το μετα προσοχης και ρητορειας λαλειν, *Si quis elegerit eiusmodi phrasim et dicendi rationem, primum quidem propterea quod non cadat in communem usum vitae... irridebitur:...deinde, affert etiam offensionem attente et rhetorice dicere.* Empiricus Advers. Rhetor. Segm. 58 et seq. Quamobrem, *qui orationes ut plurimum laudabiles habent*, ait Philodemus, non Rhetores sequuntur; sed potius, quidquid vane ab illis praecipitur, negligunt, ut possint quisque pro re nata το αναλογον ποιειν, idest eam loquendi rationem adhibere, quae tum rebus, locis, personis, etc. ex proportione respondeat, ita ut το πρεπον servetur, tum etiam ab communi loquentium consuetudine non abhorreat.

Lin. 11 et seqq. Λεξεις δη καλας αν εχοιμεν κ. τ. λ. Confer supra Column. VII lin. 7 et seqq. ubi habes: Ει μεν μηδε εις ην φυσικως καλος λογος, etc.; ex quibus λεξεις heic reponendum fuisse ipsa luce meridiana est clarius. Nam quod ibi Auctori dicitur καλος λογος, heic dici καλας λεξεις, ipsa vox καλας feminino genere elata satis superque indicat: quod vero eadem, quae ibi, heic sententia recurrat, totus contextus inclamat. Quam sane sententiam ipsi Rhethoricarum rerum patroni non diffitentur. Scilicet Cicero sic Crassum in De Oratore Lib. III loquentem inducit: *Rerum copia verborum copiam gignit: et si est honestas in rebus ipsis, de quibus dicitur, existit ex rei natura quidam splendor in verbis. Sit modo is, qui dicet aut scribet, institutus liberaliter educatione, doctrinaque puerili, et flagret studio, et a natura adiuvetur;...nae ille haud sane quemadmodum verba struat et illuminet a magistris istis requiret. Ita facile in rerum abundantia ad oratoris ornamenta, sine duce, natura ipsa, si modo est exercitata, labetur.* Cap. 31. Quid quod, Dionysio Halicarnasseo auctore, Ογκος και το εξ επιτηδευσεως απαν ανηδοποιητον, *Tumor, et quidquid studio fit, indecorum est?* De Lysia Iudic. Cap. VIII pag. 133. Quod nobilissimi Scriptoris exemplo, Platonis nempe, comprobari potest: qui, ipso iudice Dionysio, Χειρων μεν αυτος αυτου γινεται, όταν το μεγα διωκη και περιττον εν τη φρασει· μακρω δε τινι αμεινων, όταν την ισχνην και ακριβη και δοκουσαν μεν αποιητον ειναι, κατασκευασμενην δε αμωμητω και αφελει κατασκευη διαλεκτον εισφερη, *Seipso quidem fit deterior, quando amplum dicendi genus et eximium quaerit; longe vero melior, quum tenuem, simplicem et nullo artificio elaboratam elocutionem, sed inculpabili et sim-*

plici exornatione ornatam, *inducit*. De Vi Demosth. Cap. VI pag. 271. Quocirca etiam Quintilianus eos reprehendit, *quibus nihil sit satis*, *omnia mutare*, *omnia aliter dicere quam occurrit*, *velint; increduli quidam*, *et de ingenio suo pessime meriti*, *qui diligentiam putant facere sibi scribendi difficultatem*... *Accidit enim saepe etiam ingeniosis adolescentibus frequenter*, *ut labore consumantur*, *et in silentium usque descendant nimia bene dicendi cupiditate*. Instit. Orat. Lib. X Cap. 3 pag. 764 et seq. In huiusmodi fucatae orationis laboriosum conquisitorem eleganter lusit Martialis hisce versibus:


Omnia vis belle, *Matho*, *dicere: dic aliquando*
Et bene: dic neutrum: dic aliquando male.

Lib. X Epigr. 46. Haec igitur omnia cum Philodemi mente egregie concordant, qui ne nobis ipsis deteriores, eximium dicendi genus consectantes, evadamus, ne ob nimiam diligentiam nobis faciamus scribendi difficultatem, ne denique omnia prorsus *belle* dicere velimus; ut Rhetorum supervacaneas curas missas faciamus hortatur, inque se recipit, pulchram nos dicendi rationem consequuturos, εαν και σπανιον ουτως τον καλον λογον απολειποιμεν. Ubi vides, Philodemum non omnem prorsus sermonis cultum, non pulchrum dicendi genus excludere: sed eos tantum proscribere Rhetorum ac Sophistarum fucos qui pulchritudinem inducant puerilem ac *raram*, σπανιον ουτως τον καλον λογον: quod genus σπανιον vocat, idest *rarum*, eo quod, ut supra ait, ab iis omnibus omitti debeat qui veras orationes habent; ad haec, quia uni fere Isocrati, ut mox addit, in deliciis fuit; denique quia si Isocrates ipse ad forum accessisset, si non ad Sophistarum clepsydram sed apud iudices vel apud populum de gravi aliqua re orationem habuisset; *raras* eiusmodi puerilis concinnitatis delicias, quas in eius scriptis abundare cernimus, non secus ac caeteri in rebus versati oratores, omisisset. Ex hoc autem loco rursum patet quibus cancellis Epicureorum in Rhetoricam odium includatur. Qua de re recole, si lubet, quae ad Col. VII lin. 8 et seqq. adnotavimus.

Lin. 15 et seqq. Ισοκρατει γαρ, κ. τ. λ. Isocrates dicitur Hermogeni μαλιςα καλλους πεφροντικως, *ornatus et venustatis studiosissimus*, De Form. Orat. Lib. I pag. 168: quippe cui, ut ipse Hermogenes ait, curae erat καλλους μαλλον και επιμελειας, η πιθανοτητος και αληθειας, *pulchritudo et dicendi genus elaboratum*, *magis quam probabile et verum*, ibid. pag. 172. Qua de causa virgula censoria eum notat Dionysius Halicarnasseus, quum alibi saepe, tum in De Isocr. Iud. Cap. II et seq. pag. 151. Cum quo consentiunt Cicero De Optimo Gen. Orat. Cap. VI, et De Orat. Lib. III Cap. 95, Demetrius Phalereus vel quivis alius Auctor Libelli Περι Ἑρμηνειας, n. 12 et 322, aliique complures. Hinc Quintilianus: *Isocrates*... *nitidus et comptus*, *et palaestrae quam pugnae magis accomodatus*, *omnes dicendi veneres sectatus est* ... *in compositione adeo diligens*, *ut cura eius reprehendatur*. Instit. Orat. Lib. X Cap. 1 pag. 744. Unde etiam factum est, ut απειροκαλοι, qui ὁμοιοτελευτα, et ισοκαταληκτα, et παρισα, et ὁμοιοπτωτα, *caeteraque huiusmodi scitamenta in collocandis verbis* impense et immodice persequuntur, *Isocratios se videri velle* dicantur. Vide Gellium Lib. XVIII Cap. 8. Patet igitur cur Philodemus Isocratem heic nominet, nempe ut calamistratae orationis principem atque antesignanum. Quum autem in id heic Noster incumbat, ut adseveret huiusmodi dicendi genus ab usu forensi et ab eorum consuetudine, qui veras habent orationes, quam longe recedere; quocirca adfirmat et *rarum* id dicendi genus esse, et eo omisso pulchre dici posse; ne ad id quis inficiandum Isocratis exemplum adlegaret, huic quasi occurrens exceptioni observat, *Isocrati vel prorsus neminem*, *vel paucissimos ingenio pares umquam extitisse*: quasi dicat, uni successisse Isocrati, ut *raro* illo ac fucato sermone non omisso inter laudabiles oratores recenseretur: sed nemini praeterea, qui Isocratis indolem ac characterem (quod est difficillimum) a natura non acceperit, id esse sperandum. Re sane vera Οἱ μεν Ισοκρατην και τα Ισοκρατους αποτυπωσασθαι θελησαντες, ὑπτιοι, και ψυχροι, και ασυςροφοι, και αναληθεις, *Qui Isocratica exprimere scripta voluerunt*, *turgidi*, *frigidi*, *et dissoluti*, *nec sinceri fuerunt*, ut ait Halicarnasseus Dionysius, De Dinarcho Iudic. Cap. VIII pag. 184.

Lin. 19 et seqq. Τινες δε φασι, κ. τ. λ. Quum primum de hisce verbis in integrum restituendis cogitavi, suspicatus sum equidem, Philodemum heic innuere quod Dionysius etiam Halicarnasseus tradit in De Isocr. Iudic. Cap. XIV pag. 159, nempe Isocratem ipsum provecta aetate frenum lascivienti ingenio suo iniecisse, adeo ut ἡττον μειρακιωδεις *minus pueriles* fuerint Orationes, quas senex conscripserit. Sed quum unam et alteram litteram supplevissem, aliam prorsus sententiam ex superstitibus syllabis emergere vidi, quam priori vel hac de causa prae-

ferendam iudico, quod nostri Auctoris proposito melius congruat, et velificetur. Nempe notum est, Isocratem *disputationes suas a causis forensibus et civilibus ad inanem sermonis elegantiam transtulisse*, Cicerone teste de Oratore Lib. III Cap. 35; quandoquidem ipse *Auditoriis se, non iudiciis comparat*, ut notat Quintilianus Lib. X Cap. 1 pag. 744; atque *Non in acie versatur et ferro; quasi rudibus eius eludit oratio*, ut loquitur Cicero De Optimo Gen. Orat. Cap. VI; propterea eum *actionibus idoneum non fuisse* decernunt Quintilianus Lib. XII Cap. 10 pag. 903, et Dionysius Halicarnasseus De Isocrat. Iudic. Cap. XII pag. 157: qui praeterea addit non ab se primum hoc de Isocrate iudicium ferri, quandoquidem πολλοι και των παλαιων ταυτην ειχον ὑπερ αυτου δοξαν, *et veterum complures idem hoc de eo senserunt.* Ibid. Cap. XIII. Immo illud etiam proditum fuit, Isocratem et forum numquam attigisse, ut legimus apud Halicarnasseum De Vi Demosthenis, Cap. IV pag. 270, et nullas conscripsisse iudiciales orationes; qua de re mediam et proinde tutiorem, ut puto, sententiam amplexus est supra laudatus Dionysius, quem vide in De Isocrate Iud. Cap. XVIII pag. 163, et Cap. I pag. 150. Ad haec igitur omnia, quae Philodemi propositum egregie iuvabant, puto eum adlusisse postremis hisce, quae sarcienda curavimus, verbis, in hanc fere sententiam: *Quidam vero adfirmant ne ipsius quidem Isocratis sermonem similem adamussim eius scriptis futurum fuisse* » si se » non ad επιδεικτικον Sophistarum dicendi genus, sed ad forum, atque ad eloquentiam homi- » nibus vere utilem contulisset ». Cuius periodi αποθεσιν inferior Columnae lacuna nobis invidit.


ΠΙϹΤΩΝΜΑΛΛΟΝΟΝΣ
ΤΩ ΗΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΙΚΑΙ
Φ ϹΟΦΟΙΠΕΡΙΤΩΝΟ
ΩΝϹΥΝΓΕΓ ΦΟΤ
ΕϹΥΜΠΕΦΩΝΗ
Α Μ
ΥϹΤΕΛΟΓΟΥ
ΝΑΠ Ο
ΤΕΧΝΟΛ
ΑΓΕΛΑϹΤΟΤ
ΓΑΕΔΩΚΟΤ
ΜΕΝΟΥΝΟΠΩ
ΤΕΡΙΕΛΘΩΜΕ
ΝΟΔΥΝΑΤΑΙ
ΚΑΙΔΙΕΙΛΟ
ΙΠΡΟϹΕΚΑϹ
ΤΩ ΝΤΗϹΑΝ ΕΝ
ΤΟΝ ΠΟΝΤΟΥΤΟΝ
ΕΚΕ ΔΕΟΙΚΑ ΙΝ
ΤΗ ΙϹΤΗΙΦΟ
ΡΑ Ω ΘΑΙ
ΚΚΑΙ ΟΜΟΙ
ΕΡ ΟΘΗΤΑΙ
ΡΕ

COL. X

Gio. B.a Malesci dis. Ant. Casanova inc.

COLUMNA X.

. . . . α-
πιστων μαλλον ον-
των, η Γραμματικοι και
Φιλοσοφοι περι των ὁ-
μοιων συγγεγραφοτες,
ου δε συμπεφωνηκο-
τες. Συμπαντες γαρ
ποικιλ' αρα ληρημα-
τα, πολλους τε λογους,
αγαθα δ' ουδενα προην-
εγκαν, ὥσπερ τεχνολογοι
τοσαυτα γελαστοτα-
τα μεν εκδεδωκοτες.
Ουκ εστι μεν ουν ὅπως
αν μη περιελθωμεν αἱ-
ρουντες παν ὁ δυναται
τις ειπειν, και διειλουν-
τες ὁ τι προς ἑκασ-
των απηντησαμεν.
Τον τροπον τουτον
εκεινοι δ' εοικασιν
τῃ δη κακιστῃ φο-
ρᾳ, ὥστε. . . . . . .

. . . . .quum sint minus fide digni, quam Grammatici et Philosophi, qui iisdem de rebus scripserunt, verum minime invicem fuerē concordes. Omnes nempe varias utique nugas, multosque sermones, boni vero nihil protulere, sicut *Rhetoricae* Artis scriptores, qui tot tantaque risu dignissima profecto tradiderunt.¶Fieri itaque nullo modo potest, ut non erremus, si nobis sumamus ea omnia, quae quis dicere potest, et colligamus quidquid a singulis profectum obvium nobis fiat. Eo pacto autem illi indulserunt pessimae utique *opinionum* feracitati, ut....

CAP. IV.


Mirae Rhetorum discordiae, quae artis absurditatem prodit, proferuntur exempla.

ADNOTATIONES IN COL. X.

Lin. 1 et seqq. Απιϛον μαλλον κ. τ. λ. Ad Rhetores haec referri, et quid sibi velint, sic equidem coniicio. Quum Philodemus supra, Col. VIII lin. 10 et seqq., Rhetoribus obiecerit eorum in pulchrae orationis characteribus constituendis discordiam; quumque statim deinceps Col. IX praeced. huiusmodi discordiae causam, adversariis utique contumeliosam, adsignaverit; reliquum erat ut quid hinc conficere parabat tandem aperiret. Sic igitur ad id eum in deperditis superioris Columnae postremis lineis manum admovisse arbitror, ut diceret: » Vanum profecto et mise» rum esse naturam, quae nos ad bene dicendum (recole Col. VII) egregie manuduceret, » negligere, et Rhetores sequi tam insigniter inter se discordantes; quum ipsi hac de causa » sint minus fide digni quam Grammatici et Philosophi, etc. ». Porro Grammaticorum certamina paene in proverbium abiere: quo fortasse adlusit Venusinus celebratissimo illo versu,

Grammatici certant, et adhuc sub iudice lis est.

Art. Poët. 78. Philosophorum autem dissensiones nemini non compertae: quocirca passim eos scriptores carpunt, et derident, sed caeteris quum saepius tum venustius Lucianus, quem vide, si vacat. Caeterum non tantum ad hasce consuetas Grammaticorum et Philosophorum dissensiones Philodemum in praesentia respexisse puto, quam ad eorum in subiecta materia discordiam, in qua ipsos aemulati fuisse vel etiam superasse Rhetores videntur. Quod ex iis, quae in sequenti Columna legimus, patet: ubi dum Auctor nonnulla dissensionis, de qua loquitur, capita attingit, nominat, praeter alia, tum προσωδιας et similia, quae ad Grammaticos pertinere docet Dionysius Halicarnasseus, De Struct. Orat. Cap. XXV pag. 246, tum etiam βαρβαριζειν et σολοικιζειν, aliaque huius generis, quae Stoicos Philosophos persequutos esse scimus (vide Laërtium Lib. VII Segm. 43 et 44), quamobrem eorum contribulis Seneca familiariter utique conqueritur his verbis: *Quantum habent supervacanei, quantum ab usu recedentis! Ipsi quoque ad syllabarum distinctiones, et coniunctionem, et propositionum proprietates descenderunt, et invidere Grammaticis, invidere Geometris. Quidquid in illorum artibus supervacaneum erat, transtulere in suam.* Epistol. LXXXVIII pag. 393.

Ibid. Vides in Autographo, post ultimam lin. 1.ae litteram, adpictam διπλην περιεϛιγμενην, in qua nunc primum, ni fallor, germanum huius Notae schema eruditorum oculis se conspiciendum praebet. Nam cum duobus tantum punctis huc usque prodiit in antiquis Libris (hac nempe forma ); ut eam exhibent Isidori editores Romani ad Etymologici Lib. I Cap. 21 ex illius Operis codicibus, Villoison in Schol. ad Hom. Iliad. Proleg. pag. LX ex variis bibliothecae S. Marci manuscriptis, aliique complures. Verum si vulgatam hanc formam vere Nota illa apud veteres habuisset, male περιεϛιγμενη dicta esset, quippe quae minime fuisset *circumpuncta.* Ecce autem Herculanensia Volumina eam referunt talem, qualem vere περιεϛιγμενην appellare possimus. Quum igitur apud Isidorum Etymol. Lib. I Cap. 21. haec lego: *Diple* περιεϛιγμενη *idest cum geminis punctis;* postrema haec verba ad punctorum numerum spectantia imperiti adnotatoris additamentum esse facile animum induxerim. Caeterum de usu διπλης περιεϛιγμενης lege sis Hephestionem apud Villoison, Prolegom. in Schol. ad Hom. Iliad. pag. LIX. et seq.; Isidorum, loc. cit.; Villoison ipsum Prolegom. pag. XIII et seqq.

Lin. 4 et seq. Περι των ὁμοιων, vertimus *iisdem de rebus*: nam ὁμοιος quandoque eamdem ac ὁμος vim obtinet, et *idem* reddi potest. Ὁμην nimirum Hesychius exponit ὁμοιαν, την αὐτην. Ὁμος pariter ab eodem auctore redditur ὁμοιος, ὁ αὐτος. Qua certe significatione ὁμοιον adhibuit Homerus his verbis:

Αμφω γαρ πεπρωται ὁμοιην γαιαν ἐρευσαι,

Ambos enim fato ratum est eamdem terram rubrefacturos, Iliad. XVII 329. Sed et Lucianus inquit, Τὸυς τα ὁμοια πασχοντας, *Homines eadem patientes*, Saturnal. Cap. VIII pag. 390 T. III Amstel. 1743: Herodotus, Ὁμοιον ἡμιν εϛαι, *Idem nobis erit*, Lib. VIII Cap. 80 pag. 657 Wesseling.: Thucydides, Εν τῳ ὁμοιῳ καθιϛηκει, *Idem erat*, Lib. II Cap. 49 pag. 129 Duker.: Synesius, Και νυν εν τοις ὁμοιοις εϛι, *Etiam nunc eodem pacto conflictatur*, Epistol. XXXVII pag. 100 Paris. 1605. Quod si Ecclesiae Patres ὁμοιον pro ὁμῳ ab Arianis usurpari vetuerunt; id quidem iure merito ac sapientissime iubentes, nihil sibi proponebant aliud, nisi ut haereticorum versutias coërcerent, qui duplici vocis significatione abutebantur.

Lin. 5. Συγγεγραφοτες. Nota, hanc vocem in autographo per Ν scriptam esse, hoc nempe modo, συνγεγραφοτες. Quod utrum ad amanuensis imperitiam, anne ad veterem scribendi rationem pertineat, doctis definiendum relinquo. Hoc moneam unum, το Ν pro Γ pariter occurrere, sequente Κ, in voce συνκαταχοσμησιν in Libro Περι Μουσικης, Col. XXXVIII lin. 39 ubi doctissimi Interpretis adnotationem inspexisse non inutile erit, pag. 141 Herculan. Volum. T. I.

ADNOTATIONES IN COL. X.

Lin. 7 et seqq. Συμπαντες γαρ, κ. τ. λ. In hoc supplemento adornando paulo nos liberiores fuisse, Lector benevole, indicabis. Sed quae reposuimus adeo sponte sua ex Philodemi vena decurrere visa sunt, ut verendum nobis fuerit, ne ea omisisse supinae negligentiae adscriberetur. Nam quod Grammatici et Philosophi hisce de rebus ποικιλα protulerint, sequens Columna demonstrat: quod ea ληρηματα Philodemus iudicaret; nedum huius pagellae, sed totius voluminis contextus inclamat. Denique ne me et Te frustra fatigem, uno verbo, eadem est caeterorum quae restituenda heic curavimus ratio: nam omnia superioribus inferioribusque ac Philodemi menti sic congruunt; ut ea reponentes temeritatis culpam nos vitaturos esse speremus.


Lin. 10, Ουδενα. Si quem id offendat, quod hanc vocem plurali numero usurpatam cernit, consulat Valckenarium ad Herod. Lib. IX n. 58 pag. 719 Ed. Wesseling.

Lin. 13, Εκδεδωκοτες. Primam huius verbi consonantem litteram Κ in Γ mutavit amanuensis, ut ex autographo patet. Quod arbitror ex pronuntiationis ratione pendere, quae apud veteres fortasse exigebat, ut quum tenuis littera mediam praecederet, eum sonum redderet, qui cum mediae sibi respondentis sono facillime confunderetur. Caeterum de Κ in Γ permutato vide eruditissimum Scotti, Adnotat. in Polystrati De Iniusto Contempt. Col. XIII lin. 26 pag. 28 Hercul. Vol. T. IV.

Lin. 16 et seq. Παν ὁ δυναται τις ειπειν. Adludit ad id quod in deperditis inter VIII.^m^ et IX.^m^ Columnam lineis eum dixisse coniecimus; nempe Rhetorum quemque non quod ad germanam eloquentiam comparandam re vera viam muniat, praecipere, sed quidquid sibi collibitum fuerit: unde prodigiosa sententiarum diversitas. Quas certe omnes reiiciendas nobis esse nunc Auctor adseverat; eo quod si eas omnes adtendere velimus, hac illac perpetuo errabimus semper μειρακιωδως ludentes, ad virilem vero eloquentiam numquam pervenientes.

Lin. 17 et seq. Διειλουντες. Hac, praeter caeteras, significatione pollere το διειλειν, qua valeat *colligere*, *coacervare*, *in unum cogere ac congregare* vel ex Timaeo discimus, qui in suo Platonico Lex. ειλουσι, et συναγουσι coniungit, pag. 153 Lipsiae 1756. Quo quidem sensu et Plutarchus verbum illud extulisse mihi videtur, ubi ait: Και ουχ ἑτερα δει βιβλια διειλησαι, του Χρυσιππου προς αὑτον ενδεικνυμενους μαχην· αλλ' εν αυτοις τουτοις ποτε μεν, κ. τ. λ. *Neque vero necesse est alios Libros conquirere et colligere, e quibus ostendamus Chrysippum sibi repugnare, sed in his ipsis aliquando*, etc. De Stoicor. Repugnant. pag. 1039 Francof. 1599. Nam quod Plutarchi Interpres heic vertit *evolvere*, id minus accurate factum esse mihi persuadeo: quandoquidem Plutarchus ait nihil opus esse ad Chrysippum repugnantiae accusandum alios Libros διειλησαι, eo quod ex illis ipsis Libris quos dudum citaverat, et ad manus habebat (hi autem erant Chrysippi Libri Περι του προτρεπεσθαι, *De Exhortando*), aliud insuper contra Chrysippum testimonium suppetebat. Sed ad hoc utique testimoninm ex iisdem Libris eruendum, procul dubio libros illos *evolvere* oportebat. Quum igitur Plutarchus dixerit διειλησαι nequaquam oportere; profecto διειλησαι adhibuit non *evolvendi*, sed *conquirendi* significatione. Scilicet hoc pacto verum erit διειλησαι ἑτερους βιβλιους minime opus esse; quoniam quod in aliis quaerendum esset, in illis ipsis, quibus potiebatur, habebat. Ad hanc του διειλειν proprietatem pertinet, quod διειλησις a Platone dicatur *turbo*, quippe qui quaeque obvia conglobat et convolvit: Οἱ μεν γε που δια πνευματα παντοια και διειλησεις αλλοκοτοι τε εισι και αναισιοι αυτων, *Quippe alii varietate ventorum et turbine difficiles et protervi sunt.* De Legib. Lib. V pag. 246 T. VIII Ed. Bipont.

Lin. 21 et seqq. Εοικασιν τῃ δη κακιςῃ φορᾳ. Nempe quo pacto cesserint atque indulserint huiusmodi ingenii fertilitati, dicet Auctor in sequenti Colum., quam vide. Eam autem *pessimam* vocat, ni fallor, quia adolescentium ingenia non solum nihil iuvabat, sed mirifice impediebat, ex Epicureorum sententia. Porro si cui minus probabitur, quod φοραν de mentis fertilitate interpretati sumus, adeat Stephanum, qui plura huc facientia exempla dabit.



Gio. B.ª Malesci dis. Giu. Casanova inc.

COLUMNA XI.

τροπικως· ὥσπερ προθυμως εν δεινῃ προφορα ουσαν εργασιαν παντες φασι την περιμεριμνον της Ελληνικης ερμηνειας· ἣν οἱ μεν συναγουσιν εν τω τας Αττικας τε φυλαττειν ιδιοτητας, καν τω μη σολοικιζειν, μηδε βαρβαριζειν· οἱ δε και το τας εθνικας μη τηρειν, σολοικιζειν καλουσιν· αλλοι δε του βαρβαριζειν το δασυνειν, η ψιλουν, η ταις προσῳδιαις ἑτερως της συνηθειας εκφερειν, διαφερειν νομιζουσιν· ουκ ευκαιρον ἐν του παρασπαν αστειον βαλλειν ὡστ' αυτην ξενον λεγειν επιστηδειαν αποφαινειν. . . . . .

translate: quemadmodum libenter quidem omnes adfirmant, exquisitum scitumque artificium Graecae elocutionis in accurata et apta pronuntiatione positum esse, quam tamen alii cohibent in Atticarum proprietatum observantia, et in soloecismis ac barbarismis vitandis; alii vero vel totius gentis proprietates negligere, soloecismum vocant: sunt autem qui adspirationem insolenter densare vel attenuare, syllabisve vocis modulationem tribuere a consuetudine recedentem, differre quidem a barbarismo arbitrantur: nempe quidpiam urbanam undequaque concinnitatem redolens intempestive fundere, adeo ut hospitem esse eum, qui loquitur, vel nimia eius diligentia declaret, ...

ADNOTATIONES IN COL. XI.

Lin. 1 Τροπικως. Urget Philodemus obiectam in superioribus Columnis Rhetoricae cultoribus opinionum diversitatem, quam heic tandem nonnullis exemplis comprobare adgreditur. Haec autem exempla nobilissima esse voluit, maximique momenti: quamobrem ex iis illa rebus desumpsit, in quibus Rhetores eorumque fautores magis concordes esse prima fronte viderentur; scilicet a *tropis* et ab apta rectaque *pronuntiatione*. Quae omnia quum ex accurata contextus inspectione clarissime eluceant; sic equidem abruptam praecedentis Columnae postremam periodum resumo, atque ad primas huius pagellae voces deduco: *Eo pacto autem illi indulserunt pessimae utique opinionum feracitati, ut* » iis ipsis de rebus, in quibus minus esse » discordes videantur, ibi maiori sententiarum diversitate laborent. Nimirum omnes sane una- » nimi consensione inculcant troporum ac figurarum frequentissimum usum; sed de tropis ac » de schematibus tot tamque diversas opiniones certatim sectantur, ut hactenus ne definierint » quidem quid sit figurate loqui, quid *translate* ». *Quemadmodum libenter quidem omnes adfirmant*, etc. Re sane vera, Rhetores ne concorditer quidem constituisse quid inter tropos et schemata intersit, et de his rebus loquentes κακιςῃ φορᾳ ut Philodemus ait, eos indulsisse, idoneum, arbitror, eumdemque locupletissimum testem habemus Quintilianum, qui quum de figuris tractationem adgreditur, ait: *Plerique has tropos esse existimarunt,...nec desunt qui tropis figurae nomen imponant, quorum est C. Artorius Proculus. Quin adeo similitudo manifesta est, ut eam discernere non sit in promptu,...Quum ironia tam inter figuras sententiae, quam inter tropos reperiatur:* περιφρασιν *autem, et* ὑπερβατον, *et* ονοματοποιιαν, *et* επιθετον *clari quoque auctores figuras verborum potius quum tropos dixerunt..... Quomodo autem ironia alia sit tropi alia schematis, suo loco reddam: nomine enim fateor esse communia haec, et scio quam multiplicem habeant, quamque scrupolosam disputationem.* Instit. Orat. Lib. IX Cap. 1 pag. 633 et seq. Et paulo post: *Est autem non mediocris inter auctores dissensio et quae vis nominis eius, et quot genera, et quae quam multaeque sint species.* Ibid. pag. 635. Quocirca fatetur ipse Quintilianus quod, *Non immerito Apollodorus, si tradenti Caecilio credimus, incomprehensibilia partis huius praecepta existimavit.* Ibid. pag. 636. Qui rursum de tropo ait: *Circa quem inexplicabilis et grammaticis inter ipsos, et philosophis pugna est, quae sint genera, quae species, quis numerus, quis cui subiiciatur.* Lib. VIII Cap. 6 pag. 615. Quae omnia mirifice ad Philodemum heic assequendum commoda nobis accidunt: nam egregie supplent fere quiquid ab illis superioris Columnae voculis κακιςῃ φορᾳ ad primum Columnae praesentis vocabulum τροπικως temporum iniuria intercidit.

Ibid. Ὥσπερ προθυμως. Has duas voces sanavimus suadente interiectae lacunae capacitate, ac suffragante contextu, nec non Auctoris proposito. Nam particula ὥσπερ pertinet ad transitum a primo rhetoricarum dissentionum exemplo ex tropis desumpto ad alterum quod Philodemus petit ab ea *actionis* parte quae *pronuntiatio* Latinis dicitur, Graecis προφορα. Alia vero particula προθυμως ad dissentionem ipsam exaggerandam facit. Quum enim postquam videris Rhetores *libenter* una voce pronuntiationis vim commendare, statim deinceps animadvertas de hac ipsa pronuntiatione eos in tot tamque diversas sententias discedere; illico concludes vere insignem esse Rhetorum discordiam, quippe quae iis ipsis in rebus locum habeat, de quibus illi consentire *libenter* videbantur. Quod sane Philodemus sibi proponebat.

Lin. 2 et seq. Ἐν δεινῃ προφορᾳ, κ. λ. Quod heic προφορᾳ omnino legendum sit, plura ex iis, quae mox sequuntur, ambigere non sinunt, sed prae caeteris omnibus verba προσῳδιαις, et εκφερειν, quae in lin. 17 et 19 legimus, quaeque certissime indicant heic de pronuntiatione rem esse. Το δεινῃ autem tum lacunae spatio tum sententiae congruere visum est. Nam primum omnium δεινως fieri dicitur quidquid accurate fit: unde δεινοι sunt Hesychio οἱ σπουδαιοι περι το πραγμα, *qui rem accurate perficiunt.* Quo spectat illa Dionysii Halicarnassei locutio: Περι ταυτας (νοησεις) εκεινος εσπουδαξεν, εν ταυταις δεινος ην, *In his* (in sententiis) *studium posuit, in his egregie accuratus fuit.* De Vi Demosth. Cap. XXV pag. 291. Deinde vox δεινος adeo ad oratorias res pertinet, ut δεινοτης quandoque simpliciter pro *eloquentia* sumatur, ut apud Thucydidem Lib. III Cap. 37, Plutarchum Comparat. Aristoph. et Menand. Brev., pag. 853. Dionysium Halicarnass. De Thucyd. Iudic. Cap. II pag. 223, et Cap. LIII pag. 263. Immo quidquid in eloquentia perfectius esse possit idem vocabulum significat apud eumdem Dionysium: qui quum recensisset ὕψος, και καλλιρρημοσυνην, και σεμνολογιαν, και μεγαλοπρεπειαν· τονον, βαρος, παθος, διεγειροντα τον νουν· το ερρωμενον και εναγωνιον πνευμα, *sublimitatem, elegantiam, gravitatem, magnificentiam: contentionem, pondus, affectum, quibus animi excitentur:*

spiritos illos magnos et certaminibus aptos; tandem subiungit: εξ ὡν ἡ καλουμενη γινεται δεινοτης, *ex quibus ea quae dicitur* δεινοτης *exsistit.* De Thucyd. Iud. Cap. XXIII pag. 238. Quocum facit Hermogenes, a quo δεινοτης, ἡ περι τον λογον, definitur: Χρησις ορθη παντων των τε προειρημενων ειδων του λογου, και των εναντιων αυτοις· και ετι δι' ὡν ἑτερων σωμα λογου γινεσθαι πεφυκε. Το γαρ εις δεον και κατα καιρον, και το οὑτως, η εκεινως ειδεναι τε και δυνασθαι χρησθαι πασι λογων ειδεσι,...ἁπλως τε το πασι τοις πεφυκοσι σωμα λογου ποιειν χρησθαι δυνασθαι δεοντως και κατα καιρον, ἡ οντως ουσα δεινοτης εμοι γε ειναι δοκει. *Usus rectus omnium et quae hactenus explicata sunt* (nempe in duobus Lib. De Form. Orat.) *generum dicendi, et quae his sunt contraria: tum etiam eorum ex quibus corpus orationis naturaliter conficitur. Recte enim atque tempestive, et hoc vel illo modo, et scire et posse uti omnibus dicendi formis...et denique omnibus illis posse uti recte et tempestive, quae natura efficiunt orationis magnitudinem, hoc mihi vere* δεινοτης *esse videtur.* De Form. Orat. Lib. II pag. 304. Nonnulla huc pertinentia habet Pollux, Onomastic. Lib. IV Cap. 3 Segm. 20. Sicut autem de eximiis in genere partibus, quae in optimo oratore requiruntur, δεινοτης dicitur, sic pariter de eximia *pronuntiatione* usurpari nemo non videt. Qua certe significatione ni fallor a Demosthene, ut caeteros omittam, δεινοτης dicitur, quum de Aeschine ait: Τουτο δε και φυσει κιναδος ανθρωπιον εϛιν, ουδεν εξαρχης ὑγιες πεποιηκος, ουδ' ελευθερον, αυτοτραγικος πιθηκος, αρουραιος Οινομαος, παρασημος ῥητωρ. Τι γαρ ἡ ση δεινοτης εις ονησιν ἐκει τη πατριδι; *Iste autem homuncio natura est vulpecula, neque iam inde ab initio quidquam sani, quidquam ingenui fecit, tragicus simius, rusticanus Oenomaus, adulterinus orator. Tua enim isthaec eximia in eloquendo vociferatio quid patriae prodest?* Pro Cor. pag. 562 Ed. Taylor, 1774. Quod enim heic doctis hominibus δεινοτης vertitur *eloquentia*, nemo probabit, qui consideret quantopere ab Demosthenis mente abhorreat eloquentiae laudem tribuere adversario, quem ubique contemnit, quem heic ab eorum numero, qui vere oratores sunt, excludit, vocans eum παρασημον ῥητορα. Accedit quod ea quae praecedunt αυτοτραγικος πιθηκος, αρουραιος Οινομαος non eloquentiam ipsam, sed actionem et pronuntiationem certe respiciunt, in qua ipsa omnimode Aeschinem praestare Demosthenes haud facile dederit, sed multum valere fatetur, quum heic, si rem bene introspicias (Vide Harpocrat. V. Τραγικος Πιθηκος), tum alibi: adeo ut Plinius Demosthenem auctorem laudet, quum ait Aeschinem fuisse in pronunciatione eximium et λαμπροφωνοτατον, Epist. 3 Lib. II. Verum, ut ad propositum redeamus, quod Philodemus adfirmat, Rhetores nempe universos in *accurata et apta pronunciatione* totam fere eloquentiae vim ponere, res est omnibus notissima. Vide Tullium, Orat. Cap. XVII et XXV, tum De Orat. Lib. III Cap. 56 et 59., ac Ad Herenn. Lib. III Cap. 11, Plinium loc. sup. cit., Quintilianum Lib. XI Cap. 3 pag. 813 et seq., Aristotelem Rhetoricor. Lib. III Cap. 1 pag. 553 et seq. T. II Paris. 1629., Dionysium Halicarnass. De Vi Demosth. Cap. LIII pag. 317., Valerium Maximum Lib. VIII Cap. X n. 1, et ibid. Extern. n. 1. Quod etiam in causa fuit cur in hanc sententiam, caeteroquin contextu ac superstitibus litteris facem praeferentibus, secure reliquum huius commatis supplementum conspirare iusserimus.

Lin. 3 Εργασιαν. De omnibus quidem artibus εργασιαν dici auctor est Plato: Αἱ ὑπο πασαις ταις τεχναις εργασιαι, ποιησεις εισι, *Omnes cuiuslibet artis* εργασιαι *sunt effectiones*, Conviv. pag. 205 T. III Ed. Steph. Sed praecipue Τα καλως τε και ωφελιμως ποιουμενα, *Quae praeclare et utiliter efficiuntur,* vocari εργα et εργασιας idem Philosophus docet in Charmid. pag. 163 T. II. Qua de re vide Eustathium in II. Iliad. pag. 480, inque eum Politum ibid. n. 3. Denique illud etiam mihi videor observasse, εργασιαν de iis rebus efferri, quae quidpiam singularis industriae atque exquisitum artificium poscunt, vel prae se ferunt. Nimirum Aristoteles hac voce exquisitissimam apum industriam designat: Εν ὡρα του ετους εγχειρουσι τῃ εργασιᾳ, *Aestivo potissimum tempore opus adgrediuntur*, Histor. Animal. Lib. IX Cap. 40 pag. 443 T. II Paris. 1639. Rursum: Την εργασιαν, ὁντινα τροπον ποιουνται, ουκ ωπται, *Quemadmodum opus conficiant, adhuc incompertum est.* Ibid. pag. 441. Lucianus de Rhodio Colosso verba faciens: Προσεϛιν ἡ τεχνη, και της εργασιας το ακριβες, *Accedit ars, et exquisitum artificium.* Iup. Tragoed. Cap. XI pag. 654 T. II. Synesius de vestibus Attici operis: Τας της καλλιονος εργασιας ... πριω μοι τρεις η τετταρας, *Quae sunt elegantioris operis...emito mihi tria aut quatuor.* Epist. LII pag. 143 Paris. 1605. S. Lucas: Δος εργασιαν απηλλαχθαι απ' αυτου, *Omnem tuam adhibe industriam ut ab eo libereris.* Evang. XII 58. Quae omnia egregie suffragari visa sunt lacunae capacitati et extantibus litteris, quae hanc heic vocem paene flagitabant.

ADNOTATIONES IN COL. XI.

Lin. 6 et seq. Οἱ μεν συναγουσιν. Legere equidem prius cogitabam οἱ μεταγουσιν; sed nec satis commodo sensu, nec, uti par est, lacunae ratione habita, quae certe plures litteras poscebat. Illud etiam accedit, quod particula μεν heic omnino requiratur; quum mox, lin. 11 et 12, sequatur οἱ δε. Priorem igitur conieeturam repudiavi, et restitui Οἱ μεν συναγουσιν: quod verbum *contrahendi* et *coarctandi* significatione opportunissimum contextui accidit, ni valde hallucinor: quandoquidem ii, qui δεινην προφοραν *in Atticarum proprietatum observantia et soloecismis ac barbarismis vitandis* ponunt, eam certe artioribus cancellis cohibent συναγουσιν, quam ii, qui eam non in solis Atticis proprietatibus observandis constituunt, sed etiam ad proprietates, ut mox sequitur, τας εθνικας, *totius gentis* quae graeco nomine censetur, extendunt. Praeter quam quod, ad solas Atticas proprietates δεινην προφοραν referre, vel citra ullius diversae opinionis comparationem, est profecto per se ipsum optimam pronuntiandi rationem satis angustis limitibus circumscribere.

Lin. 8 et seq. Αττικας τε φυλαττειν ιδιοτητας. Nempe Attici, ut notissimum est, caeteris Graeciae populis universis mira pronunciationis suavitate et gratia longe praestabant. Quo Lucianus adlusit quum ait: Σου, ω Πλατων, ἡτε μεγαλονοια θαυμαςη, και καλλιφωνια δεινος Αττικη, και το κεχαρισμενον, και πειθους μεςον. *Tua, Plato, cogitandi admirabilis sublimitas, et mere Attica vocis suavitas, et gratia illa, quae tantum in persuadendo valet.* Piscat. Cap. XII pag. 592 T. I. Caeterum Auctor heic eam praecipue respicit Atticae pronuntiationis partem, quae ad syllabarum *quantitatem*, *adspirationem*, *accentus* refertur, ut ex sequentibus patet. Circa quae quidnam Attica Dialectus sibi proprium haberet, Grammatici bonam partem docebunt.

Lin. 10 et seq. Μη σολοικιζειν, μηδε βαρβαριζειν. Quum haec duo verba ad puri emendatique sermonis rationem referuntur, hoc alterum ab altero, ut plurimum, distat, quod βαρβαριζειν dicatur de vitiis quae in singulis verbis fiunt, σολοικιζειν vero de iis quae in plurium vocabulorum coniunctione, idest in συνταξει locum habent: ut plurimum, inquam; nam, ut ait Quintilianus, *Circa hoc quoque disputatum est*, Instit. Orat. Lib. I Cap. 5 pag. 46, et non defuerunt Ταυτιζοντες αμφοτερα τινες, *Qui utramque denominationem confuderint ac permiscuerint*, Eustathio teste in Iliad. B pag. 367. Quum vero sermo est de *pronuntiatione* (ad quam praecipue το βαρβαριζειν et το σολοικιζειν debere referri vel ex horum vocabulorum, quam perhibent origine exploratum est, qua de re vide Etymolog. Magn. V. Βαρβαρος, Laërtium Lib. I Segm. 51, Eustathium De Solis Ciliciae in Dionys. Περιηγησ., et in Hom. Iliad. pag. 1332); tunc utraque vox unam eamdemque rem profecto notat. Itaque Hesychius Σολοικιζει explicat βαρβαριζει, quippe qui ad pronuntiationem haec refert: nam ei βαρβαρισμος est παρατονος διαλεκτος, *a vero tono declinans loquendi ratio.* Hac puto de causa Philodemus, cui in praesentia de pronuntiatione res est, promiscue verba illa sumit una eademque significatione: quandoquidem quod nunc dicit μη σολοικιζειν μηδε βαρβαριζειν, mox ait simpliciter σολοικιζειν, et paulo post absolute βαρβαριζειν, semper scilicet de vitiosa pronuntiatione loquens, circa quam alias aliorum fuisse sententias contendit.

Lin. 16 Το δασυνειν, η ψιλουν. Δασυνειν meo periculo in integrum restitue: nemo enim erit, qui id non recte factum esse iudicabit. Ad το ψιλουν quod adtinet, id verbum *attenuandi* significatione apud Philodemum occurrere, percommodum nobis accidit. Nam Regiae Societatis Borbonicae Praeses Carolus Maria Rosinius, vir, si quis umquam, de his studiis optime meritus, quum corruptum atque obscurissimum Philodemi Epigramma emendaret illustraretque, hoc quidem verbo, quod est ψιλουν, in suis emendationibus usus, nihil vetare ait quominus pro *attenuare* accipiatur, Hercul. Vol. T. I Praef. pag. 5. Sed id non placuit doctissimo Friderico Iacobs, qui in suis in Anthol. Graec. Animadversionibus, *Si nihil*, inquit, *aliud, usus dicendi vetat, ne sic legamus. Numquam veteres verbo ψιλοω hac significatione usi sunt.* T. VIII pag. 247. Quo quidem in loco vir ille caute dixit *Veteres*: nam apud recentiores Grammaticos nihil est hac του ψιλουν significatione frequentius. Verum ecce ψιλοω eamdem illam *attenuandi* significationem prae se fert non apud veterem tantum scriptorem quemcumque, sed apud Philodemum ipsum: qui ut heic de *attenuando* in pronunciatione spiritu huiusmodi verbum extulit, sic illo in Epigrammate idem verbum de *attenuando* unguento proferre, non dicam facillime potuit, sed paene debuit: quandoquidem quod omnibus scriptoribus plus minus accidit, id prae caeteris in Philodemo videre est, apud ipsum nempe easdem phrases, eademque vocabula, data occasione, frequentissime recurrere.

ADNOTATIONES IN COL. XI.


Lin. 20 et seq. Ουκ ευκαιρον ἑν. Unam profecto syllabam ουκ ab amanuensi discerptam cernis, qui litteram K in sequentem lineam transtulit. Quod in Herculanensibus Voluminibus haud ita est rarum, ut facile contra veterem scribendi rationem factum esse putes: nam eamdem διαιρεσιν deprehendere est quum alibi, tum etiam (et in eadem quidem particula ουκ) in De Musica, Col. IV lin. 23 et 24, ubi idcirco a doctissimo Interprete librarii sive imperitiae sive oscitantiae tribuitur, quod, quum illa scriberet, semel tantum occurrerat eiusmodi litterarum ad eamdem syllabam pertinentium disiunctio. Caeterum οὐκ ευκαιρον ἑν interpretati sumus *intempestivum quidpiam*: quoniam ουκ ευκαιρον ἑν idem valet ac ουκ ευκαιρον τι, quum το εἱς Graeci pro τῳ τις quandoque usurpent. Matthaeus in Evangelio: Και προσηλθεν αυτῳ μια παιδισκη, XXVI 69. Marcus: Ερχεται μια των παιδισκων του Αρχιερεως, XIV 66. Atqui quae dicitur Matthaeo παιδισκη μια, *ancilla quaedam*, et Marco μια των παιδισκων του Αρχιερεως, *quaedam ex ancillis summi Sacerdotis*, eadem ipsa dicitur Lucae παιδισκη τις, XXII 56. Rursum Matthaeus: Και ιδων συκην μιαν επι της οδου, ηλθεν επ' αυτην, *Et videns quamdam fici arborem secus viam, venit ad eam*, XXI 19. Lucianus: Σωσον ἑνι γε τῳ προτῳ, *fac ut quapiam ratione serves*, Lexiphan. Cap. XVIII pag. 339 T. II. Alciphron: Ποτε γαρ οψον αποδοσθαι βουληθεις, ηκουσα ἑνος των εν τῃ ποικιλῃ διατριβοντων ανυποδητων, *Aliquando enim quum pisces vendere vellem, audivi quemdam eorum qui in Poecila versantur discalceati*, etc. Epist. 3 Lib. I pag. 5 Traiect. ad Rhen. 1791. Antipater Sidonius:

Ευκολος Ἑρμειας, ω ποιμενες, εν τε γαλακτι
Χαιρον, και δρυϊνῳ σπενδομενος μελιτι.
Αλλ' ουχ Ἡρακλεης· ἑνα δε κτιλον η παχυν αρνα
Αιτει, και παντως ἑν θυος εκλεγεται.

Facilis Mercurius, o pastores, lacte gaudet, et querno melle placatur. Sed non Hercules: verum arietem vel pinguem agnum quaerit, et omnino victimam quamdam diligit. Epigramm. XXVIII T. II Anthol. pag. 13 et seq. Iacobs. Quibus profecto exemplis satis versionem nostram fulcitam esse speramus.

Lin. 21 et seq. Του παραπαν ἀϛειου, κ. τ. λ. Αϛειον dicebatur veteribus id quod urbanam concinnitatem et venustatem redoleret, non solum quod ad elocutionis elegantiam adtinet, quo sensu habes apud Lucianum: Ἁ εκ του αϛειου και χαριεντος ψιλην παρεξει την ψυχαγωγιαν, *Quae nudam ex urbanitate et venustate delectationem praebent*, Ver. Hist. Lib. I. Cap. 2 pag. 70 T. II, itemque apud M. Antoninum: Το αποϛηναι Ῥητορικης και Ποιητικης, και αϛειολογιας, *Ab Rhetoricae et Poëticae et dictionis elegantioris studiis abstinuisse*, Lib. I §. 7, vel quod refertur ad *lepidam et facetam dicacitatem*, cuius generis plura του αϛειου suggeret exempla Ruhnkenius in Not. ad Longini De Sublim. Sect. XXXIV pag. 147 Oxon. 1778; sed etiam quod ad pronuntiationis gratiam pertinet. Unde αϛειος ηχος apud Dionysium Halicarnasseum: Ου καταβοα, και διδασκει πως αυτα δει λεγεσθαι, μονον ου φωνην αφιεντα· ενταυθα αϛειον ηχον, ταυτα εσπευσμενως ειπε, ταυτα αναβεβλημενως, κ. τ. λ. *Annon clamat, et ostendit qua ratione haec dicenda sint, tantum non dicens: hic urbanum sonum da; haec festinanter profere; illud vero lente*, etc. De Vi Demosth. Cap. LIV pag. 318. Ad rem Quintilianus, dictionis et pronunciationis simul το αϛειον complexus: *Et urbanitas dicitur: qua quidem significari video sermonem prae se ferentem in sono et usu proprium quemdam gustum urbis, et sumptam ex conversatione doctorum tacitam eruditionem: denique cui contraria sit rusticitas.* Instit. Orat. Lib. VI Cap. 3 pag. 467. Quae quidem *rusticitas* nihil est aliud, quam barbarismus et soloecismus. Vide Gellium Lib. XIII Cap. 6, et Quintilianum Lib. XI Cap. 3 pag. 822. Verum duobus modis pronuntiationis *urbanitatem* quis violare, eique contrariam rusticitatem inducere potest, quantum equidem ex antiquis scriptoribus comperio: nempe vel quum urbanitatem ipsam omnino pessumdet et perperam adspirans, et rectam tonorum rationem non servans; vel quum eamdem urbanitatem plus quam oportet affectet, eiusque veneres importune consectetur: quod sane non minus, quam prius illud vitium, hospitem hominem prodit, quippe quem fugiant veri urbanitatis fines, citra quos rectum consistere nequit. *Multos enim*, ad rem Quintilianus, *quibus loquendi ratio non desit, invenias: quos curiose potius loqui dixeris, quam Latine: quomodo et illa Attica anus Theophrastum, hominem alioqui disertissimum, adnotata unius adfectatione verbi, hospitem dixit: nec alio se id deprehendisse interrogata respondit, quam quod nimium Attice loqueretur.* Lib. VIII Cap. 1 pag. 572 et seq. Quocum illud etiam Philostrati apprime facit: Το γαρ απειροκαλον εν τῳ ατ-

τικιζειν, βαρβαρον, *Quidquid enim decori fines per intemperantiam in Atticismo excedit, barbarum est.* De Vit. Sophistar. Lib. I n. 16 §. 4 pag. 503 Ed. Olear. Quum igitur Philodemus ad *rusticitatis* et *barbarismi* genus commemorandum, quod ab priori illo του δασυνειν, η ψιλουν κ. τ. λ. ἑτερως της συνηθειας, differret in hoc postremo huius Columnae commate se adcingeret; pro certo exploratoque habui, eum heic loqui de altero genere *rusticitatis* quod in του αϛειου intempestiva et nimia affectatione consistit. Quamobrem et παραπαν αϛειου supplevi, et in hanc sententiam caetera componere studui. Quae si tibi, Lector, non displicent, Philodemi mancam periodum absolvere poteris hoc fere modo: *nempe quidquam urbanam undequaque concinnitatem redolens intempestive fundere, adeo ut hospitem esse eum, qui loquitur, vel nimia eius diligentia declaret,* » id tandem barbarum ac soloecum esse arbitrantur ».



Gio B Malesci dis — *Carlo Malesci inc*

COLUMNA XII.

. . . . Εν τῳ τοις λογοις πλειστους εκ παντων των βυβλιων περιτεθεικεναι σολοικισμους, ὡς οἱ Σοφισται διεταξαν, συντετριφασι χρονον, και νου ολην ορμην. Αλλα τεχνην ουκ εχει το τοιουτο της φρασεως. Ειλουν αν δ᾽ ουτοι θελουσι, καχ των αλλων μαθηματων ουκ ολιγοι παραδεδωκασι. Συλληβδην δ᾽ ειπειν περι των παντων, το μεν μεσως εν αυτοις αναστρεφεσθαι· και περι πολλους ιδειν εστι των Φιλοσοφων· μαλλον δε και των αλλων των περι την παιδειαν ανεστραμμενων· ει μη, νη Δια, και των αλλων παιδευτων ου χρη μειζους τους Ῥητορας ειναι τε και τους Σοφιστας.

CAP. V. Sophisticae institutionis pernicies.

. . . . ¶ In amiciendis sermonibus suis, quasi splendida quadam veste, pluribus soloecismis ex libris omnibus undequaque collectis iuxta Sophistarum praecepta, consumpserunt tempus, omnemque mentis impetum ac vim. Sed huiusmodi studium artem certe elocutionis non continet. Continere autem isti volunt; atque ex aliis etiam disciplinis non pauci exempla trahentes tradiderunt. Verum universim de rebus omnibus velle loqui, idem profecto est ac mediocriter in ipsis versari: quod vel in multis Philosophis videre est: multo vero magis in caeteris aliis, qui puerorum institutioni operam navant: nisi, per Iovem, etiam aliis puerorum institutoribus et Rhetores et Sophistas meliores esse oporteat.

ADNOTATIONES IN COL. XII.

Lin. 1 et seq. Εν τω τοις λογοις πλειςους εκ παντων, κ. τ. λ. Quum Philodemus improbaverit supra, Col. VI lin. 3 et seq. (Vide ibi adnotata in h. l. et in lin. 1 et seq.) quod Rhetores ac Sophistae scribendi artem facerent artem *imitationis;* quumque Col. VIII lin. 11 et seqq. illis obiecerit eorum in pulchrae orationis characteribus constituendis paene incredibilem dissentionem, de qua in sequentibus deinceps Columnis ad hanc usque disseruit; tandem mala, quae ex hisce duobus Sophisticae institutionis vitiis iuvenes acceperint, heic attingere mihi videtur. Quae sane ex commemoratis suis principiis sic fere eum deduxisse puto: » Quum itaque ex tanta variarum sententiarum farragine iuvenes obtusi quid rectum, quid pravum, » quid vere pulchrum, quid indecorum sit diiudicare nullo modo possint; ad imitationem » scriptorum omnium adiguntur: unde fit, ut qui Rhetoribus ac Sophistis operam dederunt » adolescentuli nihil in scribendi arte profecerint, quippe qui » *in amiciendis sermonibus suis, quasi splendida quadam veste, pluribus soloecismis ex libris omnibus undequaque collectis iuxta Sophistarum praecepta, consumpserunt tempus, omnemque mentis impetum et vim.* Sic quidem hariolando coniecimus: sed hariolationis nostrae causam habuimus, praeter veterum scriptorum auctoritatem, quorum testimonia mox suo quaeque loco proferemus, verborum in primis in hoc commate superstites lacinias, ex quibus profecto aliam sententiam, quae magis tum Auctoris proposito, tum iis quae supra disputata sunt, apte quadraret, elicere non quivimus.

Ibid. Εκ παντων των βυβλιων. Per Υ βυβλιων heic scriptum fuisse ex eius litterae apice in autographo adhuc conspicuo palam est: quod retinuimus. Hisce autem vocibus id Philodemus, ni fallor, improbat, quod etiam Quintilianus cavendum monet quum ait: *Id quoque vitandum, (in quo magna pars errat) ne in oratione poëtas nobis et historicos, in illorum operibus oratores aut declamatores imitandos putemus. Sua cuique proposita lex, suusque decor est. Nec comoedia in cothurnos adsurgit, nec contra tragoedia socco ingreditur.* Lib. X Cap. 2 pag. 760. Itemque quum inquit: *Exactissimo iudicio circa hanc partem studiorum examinanda sunt omnia: primum quos imitemur.* Ibid. pag. 759. Nimirum horum nihil curabat Rhetorum ac Sophistarum vulgus, qui nullo habito delectu omnes cuiuscumque generis scriptores discipulis suis imitandos proponebant, in id unice animum intendentes, ut quoad fieri posset, translationum, schematum, aliarumque id genus rerum maxima vis undequaque colligeretur. Quod supra laudatus Quintilianus pariter vituperat his verbis: *Evenit plerumque, ut diligentia deterior etiam fiat oratio... A corruptissimo quoque Poëtarum figuras seu translationes mutuamur; tum denique ingeniosi scilicet, si ad intelligendos nos opus sit ingenio.* Lib. VIII Proem. pag. 570. *Unde fit*, eodem teste Quintiliano, *ut dissoluta et ex diversis congesta oratio cohaerere non possit, similisque commentariis puerorum sit, in quos ea quae aliis declamantibus laudata sunt, regerunt: magnas tamen sententias et res bonas, ita enim gloriari solent, elidunt; nam et barbari et servi.* Lib. II Cap. XI pag. 139. Quae sane ex universali illa omnium scriptorum temeraria imitatione profecta vitia si ab ipso reprehenduntur Quintiliano, qui alioqui prudentem quorumdam auctorum imitationem inculcabat; multo certe magis Philodemo stomachum movebant, qui nullum imitationis genus in scribendi negotio aequo animo ferebat, ut alibi etiam animadvertimus. Vide Adnot. in Col. VI lin. 3 et seqq.

Lin. 3 et seqq. Περιτεθειχεναι σολοιχισμους. Caeteris του περιτιθεσθαι metaphoricis significationibus, quarum exempla satis sunt obvia, hanc etiam adcensendam esse puto, qua Philodemus, ni fallor, carpit puerilitatem Rhetorum et Sophistarum, qui tum demum se suosque alumnos eloquentes fore arbitrabantur, si suis scriptis quamdam veluti vestem ex omnibus elocutionis ornamentis contextam circumdedissent. Itaque ducentibus litteris superstitibus, ac suffragante lacunae spatio, περιτεθειχεναι reposui. Σολοιχισμους autem revocavi tum praelucentibus Columnis huius voluminis XV et XVI in quibus integra legitur haec vox, de qua ibi nonnihil dicemus; tum etiam Philodemi proposito ac contextu id requirentibus. Nempe heic Philodemus omittere non debebat, quod ex sua quidem sententia omnibus prorsus imitatoribus, sed vel ex Rhetorum confessione saltem imperitis accidere frequenter solet, et quandoque etiam eximiis evenire, ut scilicet dum dicendi veneres ex imitatione aucupantur, nubem quod aiunt pro Iunone amplectantur, et fimum pro margaritis congerant, sive quod ex vitiosis scriptoribus suas illas delicias sumant; sive quod probatos auctores expilantes bona quidem negligant, mala autem in suum usum convertant; sive denique quod sua inscitia faciant, ut quod apud clas-

sicos auctores pulchrum erat, apud ipsos vitiosum et soloecum prorsus evadat. Qua de re observat Dionysius Halicarnassensis, quod: Πασι μεν τοις αρχετυποις αυτοφυης τις επιπρεπει χαρις, και ὡρα· τοις δ' απο τουτων κατασκευασμενοις, καν επ' ακρον μιμησεως ελθωσι, προσεστιν τι ὁμως το επιτηδευμενον, και ουκ εκ φυσεως ὑπαρχον, *Omnibus archetypis et exemplaribus naturalis quaedam venustas et gratia convenit: iis vero, quae ad horum imitationem dein facta sunt et expressa, quamvis ad summam imitationis excellentiam perveniant, affectatum quiddam et non naturale accedit.* De Dinarcho Iudic. Cap. VII pag. 183. Unde fit, ut: Οἱ μεν Πλατωνα μιμεισθαι λεγοντες, και το μεν αρχαιον, και ὑψηλον, και ευχαρι, και καλον ου δυναμενοι λαβειν, διθυραμβωδη δε ονοματα και φορτικα εισφεροντες, κατα τουτ' ελεγχονται ῥαδιως· οἱ τε Θουκιδιδην ζηλουν λεγοντες, και το μεν ευτονον, και στερεον, και δεινον, και τα τουτοις ὁμοια χαλεπως εκλαμβανοντες, τους δε σολοικοφανεις σχηματισμους, και το ασαφες προσχειριζομενοι πανυ ευχερος ανευρισκοιντο, etc. *Qui se Platonem imitari dicunt, et ad antiquum illud sublime venustum et pulchrum scribendi genus pertingere non valentes, dithyrambica fastuosaque verba proferunt, hinc facile culpantur: qui se vero Thucydidem aemulari aiunt, et sonorum illud, austerum, grave, hisque similia perperam usurpant, tum schemata quae a soloecismis parum recedunt, tum obscuritatem quamdam inducere facile deprehenduntur*, etc. Idem, ibid. Cap. VIII pag. 183 et seq. Porro, ut Quintilianus pariter animadvertit, *Plerique quum verba quaedam ex orationibus excerpserunt, aut aliquos compositionis certos pedes, mire a se quae legerunt effingi arbitrantur: quum et verba intercidant, invalescantque temporibus, ut quorum certissima sit regula in consuetudine, eaque non sua natura sint bona aut mala ... sed prout opportune proprieque aut secus collocata sunt... Sunt plurimi, qui in similitudinem pessimi cuiusque et corruptissimi concupierint... Nam in magnis quoque auctoribus incidunt aliqua vitiosa, et a doctis inter ipsos etiam mutuo reprehensa. Atque utinam tam bona imitantes dicerent melius, quam mala peius dicunt!... Sed plerumque declinant in peius et proxima virtutibus vitia comprehendunt;... ideoque qui horride atque incomposite quidlibet frigidum illud et inane extulerunt, antiquis se pares credunt,... tristes ac ieiuni Pollionem aemulantur, otiosi et supini, si quid modo longius circumduxerunt, iurant ita Ciceronem loquuturum fuisse. Novi quosdam, qui se pulchre expressisse genus illud coelestis huius in dicendo viderentur, si in clausula posuissent,* ESSE VIDEATUR. Instit. Orat. Lib. X Cap. 2 pag. 758. Sic autem Cicero: *Multos imitatores saepe cognovi, qui aut ea, quae facilia sunt, aut etiam illa quae insignia ac paene vitiosa, consectantur imitando. Nihil est facilius, quam amictum imitari alicuius, aut statum, aut motum: si vero etiam vitiose aliquid est, id sumere, et in eo vitiosum esse, non magnum est; ut ille qui nunc etiam amissa voce furit in republica Fusius, nervos in dicendo C. Fimbriae, quos tamen habuit ille, non adsequitur: oris pravitatem, et verborum latitudinem imitatur. Sed tamen ille nec deligere scivit cuius potissimum similis esset, et in eo ipso, quem delegerat, imitari etiam vitia voluit.* De Oratore, Lib. II Cap. 22. Sed adeo inficetum imitatorem, quales Rhetorum discipulos Philodemus ponit, nemo quod sciam vel magis graphice repraesentavit, vel magis festive perstrinxit quam Lucianus his verbis: Εγω ηδη μεθυω σοι και ναυτιω, και ην μη ταχιστα εξεμεσω ταυτα παντα ὁποσα διεξεληλυθας, ευ ισθι, κορυβαντιασειν μοι δοκω, περιβομβουμενος ὑφ' ὡν κατεσκεδασας μου ονοματων... ζητω ουν προς εμαυτον ὁποθεν τα τοσαυτα κακα συνελεξω, και εν ὁποσῳ χρονῳ, και ὁπου κατακλεισας ειχες τοσουτον εσμον ατοπων και διαστροφων ονοματων, ὡν τα μεν αυτος εποιησας, τα δε κατορωρυγμενα ποθεν ανασπων, κατα το ιαμβειον,

Ολοιο θνητων εκλεγων τας συμφορας·

τοσουτον βορβορον συνερανισας, κατηντλησας μου, μηδεν σε δεινον ειργασμενου. *Ego iam ebrius tibi sum et nauseo, ac nisi celeriter evomuero haec omnia, quae recitasti, Corybanticum, scito, morbum nacturus mihi videor, circumsonantibus quibus perfudisti me verbis..... Quaero igitur apud me ipse, unde tot mala collegeris, et quanto tempore, atque ubi tantum examen absurdorum distortorumque nominum concluseris, quorum partem quidem ipse fecisti, partim vero sepulta aliunde eruisti, ut ex iambico illo tibi dici possit, Pereas male mortalium mala eligens! tantum coeni collectum in me effudisti, qui nulla te iniuria laeserim.* Lexiphan. Cap. XVI et seq. pag. 338 T. II. Et paulo post, haec subdit inter alia: Κακεινο ου μικρον, μαλλον δε το μεγιστον ἁμαρτανεις, ὁτι ου προτερον τας διανοιας των λεξεων προπαρεσκευασμενος, επειτα κατακοσμεις τοις ῥημασι η τοις ονομασιν, αλλ' ην που ῥημα εκφυλον εὑρης, η αυτος πλασαμενος οιηθης ειναι καλον, τουτῳ ζητεις διανοιαν εφαρμοσαι, και ζημιαν ἡγῃ αν μη παραβυσῃς αυτο

που, κἀν τῳ λεγομενῳ μηδ᾽ αναγκαιον ῃ. *Illud quoque non parvum, sed potius maximum peccas, quod non prius, quam verba, sententias comparatas, verbis deinde exornas nominibusque; sed si qua verbum extra suam tribum quasi oberrans inveneris, aut ipse confictum a te pulchrum putaveris, huic studes aptare sententiam, et damnum iudicas, si illud non aliquorsum interficias, etiamsi ei, quod dicitur, plane necessarium non sit.* Ibid. Cap. XXIV pag. 348. Quae omnia et το σολοικισμους in Philodemi contextu probabilissima coniectura restitutum esse confirmant; et quum praecipue in Sophistarum alumnos a veteribus iacta sint, in causa fuerunt inter caetera cur ex residuis deinceps litteris refingere non dubitaverim ὡς οἱ Σοφιϛαι διεταξαν.

Lin. 6 et seq. Συντετριφασι χρονον. Sic heic legendum esse quovis pignore contendam. Nam praeter quam quod litterarum et lacunae ratio hanc lectionem poscit, nihil profecto est, quod magis menti congruat Auctoris, iis succensentis, qui ingentem temporis iacturam apud Rhetores et Sophistas sustinent, ut soloecarum locutionum farraginem consarcinare discant, praeterea nihil.

Lin. 7 et seq. Και νου ὁλην ὁρμην. Ut nostri heic supplementi atque interpretationis ratio constet, paulo altius rem repetere iuvat. Etsi ὁρμη apud probatos auctores quum ad animum refertur significet, ut plurimum, rei alicuius *desiderium;* tamen denotat etiam quandoque animi impetum ac vim quamdam, quibus ad aliquid adgrediendum et perficiendum tum instigamur tum etiam iuvamur. Quo sensu legimus apud Philonem: Μηθ᾽ ὁ κακος συμβουλος φοβος τας επι τα σπουδαια των εργων ὁρμας ανασχαιτιση, *Nec timor, malus consiliarius, praeclaros ad virtutem impetus represserit.* De Mundi Opif. pag. 17 Francof. 1691. Cuius quidem generis est ὁρμη quaedam ad scribendi negotium pertinens, quae tribuitur quum componentibus sive versus sive orationes, sive quidvis aliud, tum etiam recitantibus. Philostratus de Polemone: Φησι δε αυτον ὁ Ἡρωδης αναπηδαν του θρονου περι τας ακμας των ὑποθεσεων, τοσουτον αυτῳ περιειναι ὁρμης, *Dicit autem Herodes, e cathedra ipsum, ubi maxime fervebat oratio, exsiluisse, adeo eum fuisse animo concitato.* De Vit. Sophist. Lib. I n. 25 §. 7 pag. 537 Ed. Olear. Qui rursum ait, το θειως λεγειν, *divine dicere*, initium duxisse ab Aeschine, θεοφορητῳ ὁρμῃ αποσχεδιαζοντος ὡσπερ οἱ τους χρησμους αναπνεοντες, *qui divino impetu extemporaneam orationem fundebat perinde atque illi qui oracula spirant.* Ibid. n. 18 §. 3 pag. 509. Lucianus: Συ δ᾽ ει μεν επι Δημοσθενην ὁλον εφαπαξ τῃ γνωμῃ τραποιο, και μαλα αν αποροιης περι τον λογον αττων, ουκ εχων ὁτου πρωτου την γνωμην λαβοις....εν κυκλῳ σε περιελκοντων, φυσεως μεγαλοπρεπους, ὁρμης διαπυρου, κ. τ. λ. *Tu vero si ad totum simul Demosthenem advertas animum, omnino dubites trepidans circa orationem, nec habens quid primum cogitatione arripias.... orbe quodam te huc illuc trahentibus ingenio magnifico, inflammato impetu*, etc. Demosth. Encom. Cap. XVIII pag. 504 T. III. Quo ipso in Libello εξορμαν valet *scribendi oestrum ciere:* Τον Αισχυλὸν ὁ Καλλισθενης εφη που λεγων, τας τραγῳδιας εν οινῳ γραφειν, εξορμωντα, και αναθερμαινοντα την ψυχην, *De Aeschylo Callisthenes ait quodam in loco, tragoedias ab illo in vino scriptas, quo instigaret incenderetque animum.* Ibid. Cap. XV pag. 502. Dionysius Halicarnasseus de Platone eiusque elocutione loquens: Ὁταν εις την περιττολογιαν και το καλλιον ειπειν...αμετρων ὁρμην λαβῃ, κ. τ. λ. *Quum ad loquacitatem, et praeclarius dicendi genus... immenso impetu ferri coepit*, etc. Epist. ad Pompei. de Platone, etc. Cap. II pag. 204. Huiusmodi autem ὁρμην tantum ad eloquentiam conferre Cicero putavit, ut hac ratione veteres Romanos cum Graecorum sapientissimis iisdemque eloquentissimis comparandos dicat, etsi illos minus, quam hi, doctos fuisse concedat: *Cogitandi pronuntiandique rationem vimque dicendi veteres Graeci sapientiam nominabant. Hinc illi Lycurgi, hinc Pittaci, hinc Solones; atque ab hac similitudine Coruncanii nostri, Fabricii, Catones, Scipiones fuerunt, non tam fortasse docti, sed impetu mentis simili et voluntate.* De Oratore Lib. III Cap. 15. Quocirca sic rursum hac de re idem Tullius loquitur: *Sic igitur censeo, inquit Crassus, naturam primum atque ingenium ad dicendum vim afferre maximam... Nam et animi atque ingenii celeres quidam motus* (nimirum ὁρμαι) *esse debent, qui et ad excogitandum acuti, et ad explicandum ornandumque sint uberes.* De Oratore, Lib. I Cap. 25. Nec dissentit Quintilianus, qui etsi eos damnet, qui temere *sequentes calorem atque impetum ex tempore scribunt*, quippe quia *manet in rebus temere congestis quae fuit levitas*, Lib. X Cap. 3 pag. 766; tamen dictandi consuetudinem hac praecipue de causa vituperat, quod *ille qui excipit, si tardior in scribendo, aut inertior in legendo velut offensator fuerit, inhi-*

betur cursus, atque omnis quae erat conceptae mentis intentio, mora et interdum iracundia excutitur. Ibid.: tum ceratarum tabellarum in scribendo usum laudat, membranarum improbat, eo quod ipsae *crebra relatione, quoad intinguntur calami, morantur manum et cogitationis impetum frangunt*, ibid. pag. 769; adeo scilicet της ορμης rationem habendam esse scribentibus indicavit. Sed si ipsi artis fautores naturalem ορμην tam magni faciunt; quid putas eos, qui ut Epicureus noster artem detrectantes plurimum, si non omnia, naturae tribuunt, et ut ait Quintilianus Lib. II Cap. 11 pag. 139, *impetu se et viribus* (ορμη nempe) *uti gloriantur*? Ad haec si animadvertas, vel ipso iudice Quintiliano, ei, qui aliorum imitationi dat operam, maxime timendum esse, ne *et vim suam perdat, et elegantiam, quam cupit, non adsequatur*, Lib. X Cap. 2 pag. 760; iam me tacente, Lector benevole, intelliges, quibus potissimum fundamentis supplementum et interpretatio nostra nitatur; et mecum putabis, Philodemum tum ex suis placitis, tum etiam ad suum propositum aptissime, quum in eo esset, ut Rhetorum ac Sophistarum in iuventutem damna eo praecipue nomine exaggeraret, quod alumnos suos in temerariam omnium scriptorum imitationem coniiciant, pleno prorsus de pectore scripsisse quod illi hoc pacto νου ολην ορμην, *omnem mentis impetum ac vim* in adolescentibus conterant atque extinguant.

Lin. 8 et seq. Αλλα τεχνην, κ. τ. λ. Sic equidem haec dispono: αλλα το τοιουτο ουκ εχει τεχνην, κ. λ. Το τοιουτο ad Sophisticae institutionis pravam consuetudinem, quam Auctor vituperat, refero. Porro quum monuisset hunc fructum adolescentes ab Rhetorum et Sophistarum gymnasiis cepisse, ut scilicet in soloecismis undequaque temeraria imitatione colligendis *tempus tererent, omnemque mentis impetum ac vim*; haud illepide infert in huiusmodi negotio minime reperiri τεχνην της φρασεως, illam nempe miram scribendi artem, de qua tantopere doctores illi gloriantur, et quam sibi tantummodo compertam esse iactant, negantes quidpiam recte umquam scribere eos posse, qui eiusmodi artem neglexerint.

Lin. 10 et seq. Ειλουν αν δ' ουτοι θελουσι. Ειλουν verbi quod est ειλεω participium praesens neutri generis putamus: vertimus autem *continere*, idest *complecti*, *inque se habere*; tum quia heic certe ειλουν respondet τω εχει lineae praecedentis, idemque valet: tum etiam quia ειλεωσι exponitur ab Hesychio συγκλειωσι, συνεχωσιν, et ειλουσι pariter συγκλειουσι, συνεχουσι. Quo etiam pertinet illud Synesii, Ενειλουμενον τοις προς τα γεωδη μεθελκουσι, *Involutum negotiis ad terrena trahentibus.* Epist. CV pag. 392 Paris. 1605. Caeterum, quod ad rem adtinet, in imitatione praecipue repositam esse scribendi artem, passim Rhetores docuerunt. Quam sententiam Quintilianus profert iisdem prope verbis, quibus a Philodemo commemoratur: *Neque enim dubitari potest, quin artis pars magna* CONTINEATUR *imitatione.* Instit. Orat. Lib. X Cap. 2 pag. 756. Ad quae Nostrum adlusisse dixissem, si non esset Quintiliano longe antiquior. Cicerone etiam auctore, omnia quae in oratore esse oportet *Tribus modis assequi poterimus, arte, imitatione, exercitatione*, Rhetoricor. ad Herenn. Lib. I Cap. 2. Qui imitationem pariter commendat in De Orat. Lib. II Cap. 21 et seqq. Iam vero Ἡ των εμπροσθεν μεγαλων συγγραφεων και ποιητων μιμησις και ζηλωσις, *Sublimium, qui ante nos fuerunt, utriusque generis scriptorum cum aemulatione coniuncta imitatio*, dicitur a Longino οδος, quae επι τα υψηλα τεινει, *via quae ad sublimitatis apicem tendit.* De Sublim. Sect. XIII pag. 96 Ed. Toll. Dionysius denique Halicarnasseus tanti imitationem faciendam esse iudicavit, ut tres de ea Libros se scripsisse testetur, quorum argumenta vide sis in eius ad Pompeium. Epist. Cap. III pag. 206.

Lin. 11 et seq. Και των αλλων μαθηματων, κ. τ. λ. Quintilianus profecto ex aliis disciplinis adstruere conatur imitationis vim et necessitatem in Rhetoricis rebus, quum ait: *Omnis vitae ratio sic constat, ut quae probamus in aliis, facere ipsi velimus. Sic litterarum ductus, ut scribendi fiat usus, pueri sequuntur: sic musici vocem docentium, pictores opera priorum, rustici probatam experimento culturam in exemplum intuentur: omnis denique disciplinae initia ad propositum sibi praescriptum formari videmus.* Lib. X Cap. 2 pag. 756. Eodem itaque inductionis argumento ad imitationis praestantiam et necessitatem docendam usi veterum Rhetorum ουκ ολιγοι *non pauci*, quos Philodemus heic respexit. Mox παραδεδωκασι interpretati sumus *tradiderunt*, idest *docuerunt*: hac enim significatione idem verbum Noster extulit alibi: Και τα προς τουτο κενως παραδιδωσιν, *et inania ad id praecepta tradit*, De Musica Col. III lin. 9 et seq., ubi doctissimum Interpretem sis consule.

Lin. 14 et seqq. Συλληβδην δ' ειπειν περι των παντων, το μεν μεσως εν αυτοις αναστρεφεσθαι.

Siquidem, ut Noster alibi, Περι τους πολυμαθεις οσμαι μονον εισι πολλων, ου κατοχαι, και τ' αποτευγματα περιεςιν των παιδευματων, ου τα κατορθωματα...Και διοτι πολλα γινοσκειν, ών εικη τις εκαυχατο, και το παραπλησιον παν γενος, ονειδη μαλλον εςιν, ηπερ εκγωμια, *Apud multiscios multarum rerum odores tantum sunt, non comprehensiones, et aberrationes potius disciplinarum, non rectae institutiones...Propterea multa cognoscere, de quibus temere aliquis gloriatur, et plus minus omne rerum genus, opprobria potius sunt quam encomia.* De Vitiis, Col. XX lin. 15 et seq. pag. 41 Hercul. Vol. T. III. Quo etiam pertinet illud Cynulci apud Athenaeum:

Πουλυμαθημοσυνης της ου κενεωτερον ουδεν,


multifaria hac scientia nihil vanius; nec non illud praeclare ab Heraclito dictum apud eumdem Athenaeum: Πολυμαθιη νοον εχειν ου διδασκει, *Multifaria doctrina sapere non docet.* Deipnosoph. Lib. XIII Cap. 9 pag. 209 T. V Ed. Bip. Hac autem observatione Philodemus heic conatur eludere Rhetorum argumentationem, qui ex aliarum disciplinarum exemplis imitationem in scribendo utilem et necessariam esse deducebant. Quasi dicat: hoc ipso, quod de Rhetorica loquentes in alias etiam disciplinas falcem immittant, et universim de rebus omnibus oracula edant; iam tacite profitentur se satis mediocriter iis ipsis in studiis, quibus potissimum vacant, versatos esse: propterea nil mirum si imperitorum more, quidquid in buccam venit, temere fundunt.

Lin. 20 et seqq. Μαλλον δε και των αλλων, κ. τ. λ. Supple και περι πολλους των αλλων, etc. Argumentatur vero Noster a minori ad maius: *Si in ipsis Philosophis id videre est, multo magis profecto in caeteris puerorum educatoribus.* Non male: nam huiusmodi hominibus tum inscitia, tum πολυμαθιας vanissima iactantia est admodum familiaris. Quo nomine sic eos Iuvenalis exagitat:

Ingenium velox, audacia perdita, sermo
Promptus et Isaeo torrentior: ede quid illum
Esse putes? Quemvis hominem secum adtulit ad nos:
Grammaticus, Rhetor, Geometres, Pictor, Aliptes,
Augur, Schoenobates, Medicus, Magus, omnia novit.
Graeculus esuriens in coelum, iusseris, ibit.

Satyr. III v. 73 et seqq.

Lin. 25 Μειζους. Hanc vocem, quam contextu suffragante sanavimus, vertimus *meliores*, illa Platonis verba ob oculos habentes: Εξ ὧν επορισαμεθα φιλοσοφιας γενος· οὐ μειζον αγαθον ουτ' ηλθεν, ουθ' ἥξει ποτε τῳ θνητῳ γενει δωρηθεν εκ Θεων. Tim. pag. 47 T. III Ed. Steph., quae sic Cicero interpretatur: *Quibus ex rebus philosophiam adepti sumus: quo bono nullum optabilius, nullum praestantius neque datum est mortalium generi Deorum concessu atque munere, neque dabitur.* Timaeus, sive de Univers. Fragm. Cap. XIV. Et alibi sic eadem verba latine effert idem Tullius: *Nec ullum arbitror, ut apud Platonem, maius aut melius a Diis datum munus homini.* Academ. Quaest. Lib. I Cap. 2. Porro hanc etiam significationem το μειζον obtinere videtur apud Homerum, quum ait: Σοι το γερας πολυ μειζον, *Tibi honorarium multo praestantius.* Iliad. I 167.



Gio. B.ª Malesci dis.   Carlo Malesci inc.

COLUMNA XIII.

Κατορθοι δ' ἡ Φυσις πε-
ρι ὡντινων λογων
μεν αφθονως , ανευ των
τοιουτων , τα παντα.
Πλην πολλης γαρ λαμ-
προτητος, εξεργασμε-
νου τι φιλησαι, ου τις φι-
λοσοφου , και αλλων. με-
τ' αυτον πορευομε-
νων ιδιον ευρησει ,
καθαπερ εν τοις Περι
Λεξεως αποδιδομεν
εξεργαστικως , τινα
δε και νυν κεφαλαιω-
δως ὑπομνησομεν.
Ευθεως γαρ ασαφεια
τις μεν επιτηδευμα-
τικως γινεται , τις
δ' ανεπιτηδευτως.
Επιτηδευματικως
μεν ὁταν μηθεν αγα-
θον τις ειδως, και λογι-
κον , επικρυπτῃ αγνοι-
αν δια της καλης λεξεως,
ἱνα δοξῃ τι χρησιμον
νοησαι και λεγειν.

Natura autem ipsa in quibuslibet sermonibus copiose quidem, absque huiusmodi adminiculis, omnia, prout res postulet, constituit atque componit. ¶ Praeter enim multam in dicendo perspicuitatem, laboriose exquisiti quidpiam diligere, neque quis philosophi hominis, nec aliorum qui ipsum sequantur, proprium esse comperiet, quemadmodum in Libris de Elocutione plenissime explicamus, nonnulla autem ad eamdem materiam pertinentia, etiam nunc per summa capita commemorabimus. Statim enim obscuritas quaedam ex accurata diligentia proficiscitur: quaedam vero ex negligentia. Ex accurata diligentia quidem, quum quis nihil sciens bonum et rationi consentaneum, pulchra elocutione suam ignorantiam tegit, ut quidquam utile cogitasse et dicere videatur.

CAP. VI.

Unam in eloquio perspicuitatem quaerere Philosophos decet, praeterea nihil: obscuritatis duplex causa et genus: de ea, quae ex nimia diligentia oritur.

ADNOTATIONES IN COL. XIII.

Lin. 1 et seqq. Κατορθοι δ' ἡ φυσις, κ. τ. λ. Ex Epicuro hausimus hoc supplementum, idoneo certe auctore ad Philodemi lacinias sarciendas. Epicurus enim haec, quae alibi etiam retulimus, verba in suo Περι Ῥητορικης Libro scripserat: Φυσις γαρ εςιν ἡ κατορθουσα λογους, τεχνη δε ουδεμια, *Natura enim est quae in sermonibus recte instituendis optime se gerit, ars vero nulla.* Apud Hermogenis Scholiast. pag. 377 Ed. Ald. 1509. Quod sane Epicuri placitum heic ab Nostro in suum contextum insertum fuisse, tum superiora, tum mox sequutura declarant. Nam supra, Col VII, adfirmat *miserum esse, dicendi rationem sequi scholastico artificio comparatam, quum sermo* φυσικως, *idest naturae viribus, pulcher esse possit.* Deinde in artificiosum ac scholasticum dicendi genus irruit, cuius vitia in sequentibus deinceps Columnis persequitur, sic tamen, ut illam prae caeteris accusationem urgeat, vanam ac frustraneam spem eos alere, qui confidunt fore, ut scholasticis illis artificiis operam dantes, Rhetorumque ac Sophistarum praeceptis obtemperantes, eloquentes umquam evadant. Haec inquam Auctor ad hanc usque Columnam deducit. In hac vero nova incipit rerum series, nempe summaria de sermonis obscuritate tractatio, ad finem usque voluminis decurrens, in qua Noster ostendendum adsumit, tum obscuritatem ipsam vel ex nimio Rhetorici artificii usu proficisci, vel naturali sollertia vitari posse, tum etiam, omnia sermonis vitia ex neglecta fere perspicuitate manare, ita ut qui obscuritatem in dicendo cavet, is tandem optime dicat. Ad huiusmodi igitur tractationem cum superiori connectendam, nihil profecto aptius Philodemus afferre poterat hac sententia, quam ex Epicuro desumptam cum heic superstitibus litteris satis commode composuisse mihi videor, hac scilicet ratione: Κατορθοι δ' ἡ φυσις περι ὡντινον λογων μεν αφθονως, ανευ των τοιουτων, τα παντα, *Natura autem ipsa in quibuslibet sermonibus copiose quidem, absque huiusmodi adminiculis, omnia prout res postulet constituit atque componit.* Porro illud των τοιουτων ad Rhetorum ac Sophistarum artificia refero; eo quod hac voce ad haec eadem designanda usus est Auctor in praecedenti Columna, quum ait: Αλλα τεχνην ουκ εχει το τοιουτο της φρασεως, lin. 7 et seqq.

Lin. 5 et seq. Πλην πολλης γαρ λαμπροτητος. Prope animum induxi, ut pro τω λαμπροτητος reponerem κυριοτητος, eo quod Auctor supra, Col. IV lin. 9 et seq., *propriissimam* elocutionem tribuat *sapienti et sapientiae studioso*, quos heic mox iis vocibus, ni fallor, designat, φιλοσοφου και μετ' αυτον πορευομενων: et infra, Col. XIX lin. 10, voces ακυρως usurpandas non esse praecipiat, ad sermonis obscuritatem devitandam. Sed ab eo me consilio absterruit linguae usus, et consuetudo, quae κυριοτητα absolute de sermonis proprietate, quod equidem scio, dicere vetat. Nam quamvis κυριος λογος, et κυρια λεξις vel φρασις, tum κυρια ονοματα, etc. apud probatos auctores frequenter occurrant, nec non quandoque κυριολογια, ut apud Longinum De Sublim. Sect. XXVIII, atque κυριολογικος, apud Clementem Alexandrinum Stromat. Lib. V Cap. 4 pag. 657. Ed. Pott.; tamen κυριοτης absque ullo επιθετω pro eloquii *proprietate* novum omnino esset. Λαμπροτητος itaque restitui: quae vox duplici heic significatione accipi potest, utraque Philodemi proposito, nisi me ratio fugit, commoda et apta. Nam si sumas eo sensu, quo hanc vocem Hermogenes adhibuit, nempe Φαιδροτητος, ου της εν ὡραϊσμω, ἡ δη γλυκυτητος τε και αφελειας εςιν, ουδε της κατ' επιμελειαν συνθηκης, *Splendidae festivitatis, non certe in affectata venustate positae, quae ad suavitatem et nuditatem pertinet, neque illius, quae secundum accuratam compositionem est,* De Form. Orat. Lib. I pag. 98; tunc emerget sententia Philodemi placitis egregie quadrans: ipse enim erat *Non Philosophia solum, sed etiam caeteris studiis. . .perpolitus: poëma porro faciebat ita festivum, ita concinnum, ita elegans, nihil ut fieri possit argutius*, Cicerone teste in Pison. Cap. XXVIII; et ut alibi observavimus, non καλον λογον, pulchram scilicet, et elegantem splendidamque orationem, sed Rhetorum, ad eam comparandam, puerilem επιμελειαν improbabat: illud nimirum fixum animo destinatumque habens, quod Crassus apud Ciceronem defendit his verbis: *Si est honestas in rebus ipsis, de quibus dicitur, exsistit ex rei natura quidam splendor in verbis. Sit modo is, qui dicet, aut scribat, institutus liberaliter educatione doctrinaque puerili, et flagret studio, et a natura adiuvetur,. . . nae ille haud sane quemadmodum verba struat et* ILLUMINET *a magistris istis requiret*, etc. De Orat. Lib. III Cap. 31. Ex quo etiam patet, qua ratione, si λαμπροτητα heic interpreteris *splendidum dicendi genus*, haec verba πλην πολλης γαρ λαμπροτητος, et ea quae sequuntur, cohaereant cum proxime praecedenti sententia, in qua omnia in scribendi negotio naturae tribuuntur. Si vero λαμπροτητα de elocutionis *perspicuitate* accipiamus, primum certe vocis potestatem pariter sartam tectam servabimus: nam


etsi λαμπρος *splendidum ac magnificum* frequentius denotet, constat tamen de eo etiam eleganter dici, quod est *perspicuum* atque *apertum*: quo pertinet illud Synesii: Απεδειχθη λαμπρως απαντα τἀναντια, *Omnia perspicue demonstrata sunt contraria*, Epist. LXVII pag. 239 Paris. 1605: deinde vero sensum eliciemus, qui tum Epicureum auctorem plenius sapiat, tum etiam in huius Columnae contextum paullo aptius interseratur. Nam Epicurus et exemplo suo et praeceptis unam in scribendo perspicuitatem, praeterea nihil curandum esse profitebatur: Σαφης δ'ην ουτως, ὡς και εν τω περι της Ῥητορικης αξιοι μηδεν αλλο η σαφηνειαν απαιτειν; *Adeo autem apertus dictione fuit, ut in Libro de Rhetorica nihil aliud, quam perspicuitatem orationis persequendam moneret*, Laërt. Lib. X Segm. 13. Qua de re plura collegit Gassendus, quem vide De Vit. Epic. Lib. VIII Cap. 9. Hoc vero Epicuri decretum si heic in sui Discipuli contextum iniicias, vide quam belle omnia fluant: primo statim huius Columnae commate Philodemus concludens quod longa satis demonstratione hactenus prosequutus fuerat, adfirmat, naturae viribus, absque Rhetorum artificiis, optime scribi posse: eius deinceps rei novam etiam rationem profert, addens nihil aliud praeter perspicuitatem in scribendo esse expetendam, quae certe nulla arte comparatur, immo Rhetorum artificiis saepe excluditur et aboletur, quum ex huiusmodi artificiis quandoque contrarium perspicuitati vitium, ασαφεια inducatur: siquidem ασαφεια τις μεν επιτηδευματικως γινεται, *obscuritas quaedam ex accurata diligentia proficiscitur*, ut mox Noster ait, lin. 16 et seqq. Haec igitur quum perpenderim, το λαμπροτητος heic restitutum, de elocutionis *perspicuitate* equidem accipio: suum vero cuique esto iudicium.

Lin. 6 Εξεργασμενου τι, *Nimio labore quidpiam concinnatum.* Nihil est, nisi valde hallucinor, hoc supplemento certius: siquidem Epicurei laborem in scribendo cane peius vitandum esse dicebant, ut ex illis Halicarnassei verbis discimus: Ει γαρ, ουκ επιπονου γραφειν οντος, ὡς αυτος Επικουρος λεγει, κ. τ. λ., *Si scribere laboriosum non sit, ut Epicurus ait*, etc. De Verbor. Composit. Cap. XXIV pag. 51. Quem locum integrum recitavimus supra ad Col. VIII lin. 5 et seq., ubi nonnulla huc conferenda invenies.

Lin. 11 et seq. Εν τοις περι Λεξεως. Patet hic Philodemum praeter haud ita paucos Περι Ῥητορικης Libros, et praeter eos, quos inscripsit Περι Ῥητορικης Ὑπομνηματων, aliud insuper Opus hisce de rebus lucubrasse in plures Libros distributum, cui titulum fecerat Περι Λεξεως. Theophrastus etiam Libros quosdam Περι Λεξεως conscripserat, quos citat Dionysius Halicarnasseus in De Lysia Iudic., Cap. XIV, pag. 136. Sed et Zeno Citieus scripserat Περι Λεξεων, ut refert Laërtius Lib. VII Segm. 4, a quo pariter commemoratur Εισαγωγη περι Λεξεως Posidonii Apamensis Stoici Philosophi, Lib. VII Segm. 60.

Lin. 16 Ασαφεια. Meo quidem periculo hanc vocem rescribe: habeo enim Auctorem ipsum hac de re vadem ac fideiussorem, qui infra, Col. XVI, ubi alterum distinctionis, quam heic proponit, membrum resumit, sic ait: Ανευ δε επιτηδευσεως, ασαφεια γινεται παρα το, κ. τ. λ. Mox επιτηδευματικως eadem ratione secure persanavimus; quandoquidem paulo post, una tantum litterula decurtatum recurrit. Caeterum hoc quidem adverbium est hactenus Lexicographis ignotum.

Lin. 21 et seqq. Ὁταν μηθεν, κ. τ. λ. Dolendum sane est hanc obscuritatis, quae ex nimia in scribendo cura proficiscitur, definitionem, temporis iniuria paene integram intercidisse. Eam partim revocare ac restituere conati sumus, nullo alio auxilio freti, quam paucis, quae supersunt, elementis; nam hac in re, quae Philodemi ni fallimur, aut suorum popularium tantummodo ingenium exercuit, suppetias nobis ferre veteres auctores, quorum Opera habemus, minime potuerunt. Quam feliciter res nobis cesserit, tuum esto iudicium.



COL. XIV

Gio. B.a Malesci dis. *Carlo Malesci inc*

COLUMNA XIV.

. . . . ὁ Πλα-των δια το μεν αγκυλως διαλεγεσθαι τον Σω-κρατικον τροπον, ερω-τωμενος κακοπαθει γε και περιισταμενος αντι-γραφας · και δια το πολυ-χους θελειν φαινεσθαι, πολλας ποιουμενος παρεκβασεις · και δια βουλησιν εμφασεως του ποιητικου και τρο-πικου, και της ανακε-χωρηκυιας ιστοριας εμ-πειρου, και του φιλαρ-χαιου, κατακορως τοις απο τουτων χρησαμε-νος · και δια μη θελειν του δοκειν αχαρις, το αμεινον και καλλιον αγαν διωκομενος. . . .

. . . . Plato ob suas illas disputationes Socratico more institutas, studio quidem quum interrogandi, tum cavendi respondentium oppositiones perplexitate utrimque conflictatur. Deinde eo quod affluens videri velit, multus est in digressionibus: quumque speciem praebere studeat poëticae et figuratae elocutionis, nec non hominis qui remotissimam historiam calleat, quique antiquas ac paene obsoletas voces familiares habeat, hisce rebus omnibus affatim utitur: et quum nolit invenustus alicubi apparere, exquisitius pulchriusque dicendi genus plus, quam oportuit et decuit, persequitur. . . .

ADNOTATIONES IN COL. XIV.

Lin. 1 et seq. Ὁ Πλατων. Huius quidem Columnae *τα ἑυρισχομενα* attente consideranti, dubium esse non potest, quin heic Philodemus in exemplum obscuritatis ex nimia in scribendo cura profectae, de qua in praecedenti Col. sermonem iniecit, nobilis cuiusdam auctoris adleget stylum, cuius profecto eas proprietates expendat, ex quibus quum eximia scriptoris *επιτηδευσις*, tum hinc consequuta obscuritas arguatur. Sed is scriptor quis tandem esset, quod quidem in Philodemi reliquiis legere superior lacuna vetat, heic divinare, operae pretium esse arbitratus sum. Id igitur quum quaererem, primus qui menti obversaretur, fuit Thucydides, in quo sane pleraque heic ab Nostro animadversa concurrunt. Sed profecto non omnia: nam, ut nihil aliud dicam, illud *δια το πολυχους θελειν φαινεσθαι*, quod infra, lin. 7 et seq. occurrit, quomodo *denso, et brevi, et semper instanti sibi*, ut cum Quintiliano loquar Lib. X Cap. 1 pag. 743, Thucydidi aptabis? Quum igitur omnia accuratius perpendissem, heic de Platone sermonem haberi animum induxi, quippe cui uni egregie conveniunt singula mox expendenda Philodemi verba. *Πλατων* itaque secure reposui: atque inter hoc nomen et priores autographi voces interiectam lacunam iis verbis complanandam curavi, quae tum Platoni congruerent, tum etiam ad nostri Auctoris propositum, nec non ad abruptum prioris huius commatis sensum in integrum restituendum aptissima visa sunt. Sed de his paulo post. Quod hic superest, nemini mirum videri debet a Philodemo duriusculum de Platone iudicium ferri, atque obscuritatis notam scriptis eius inuri. Nam praeter quam quod alii etiam auctores liberrime de divino illo iudicarunt; notum est Epicurum suosque quum omnes fere Τους *πολυμαθεις γεγονοτας* odio prosequerentur, ut testatur Empiricus Adv. Mathem. Lib. I Segm. 2, tum praecipue Platoni, qui *Leporem Socraticum*... .*cum illa plurimarum artium gravitate contexuit*, ut Tullius ait De Republ. Lib. I Cap. 10, apprime infensos fuisse. Videndus hac de re Plutarchus Advers. Colot. pag. 1116 Francof. 1599, Macrobius in Som. Scip. Lib. I Cap. 2, Cicero De Nat. Deor. Lib. I Cap. 26, qui idcirco, ibid. Cap. 8, 12 etc., Velleium Epicureum Platoni maledicentem inducit. Et fortasse unum inter caeteros Epicureos Philodemum humanius in Platonem affectum fuisse comperies, qui obscuritatis quidem eum arcessit tum hic tum alibi, sed rerum utilitate commendat quum ait: Τα *δυσγνωςατα μεν ὁ Πλατων, ὁσω συμφοροτερα*, *Cognitu quidem difficilia sunt quae scribit Plato, quo utiliora*. De Musica, Col. XXXVII lin. 6 et seq. De qua Platonis adsequendi difficultate sic Quintilianus: *Plato quum in aliis quibusdam, tum praecipue in Timaeo ne intelligi quidem, nisi ab iis qui hanc quoque partem disciplinae* (musicam) *diligenter perceperint, potest*. Lib. I Inst. Orat. Cap. 10 pag. 84. Sane quae in Timaeo de harmonica mundi ratione disputantur, in causa fuerunt cur Empiricus Platonem cum obscurissimo Heraclito coniunxerit, Adv. Mathem. Lib. I Segm. 301. Eadem locum dedere proverbio illi apud veteres, *Est numero Platonis obscurius*, quo Cicero usus, Ad Attic. Lib. VII Epist. 13. Sed de hac ex rebus procedente obscuritate nunc nihil ad nos. Obscuritatem in elocutione Platonem adfectasse, efferendo vel *varias ac saepe contrarias voces ad eadem denotanda, vel eadem vocabula ad res diversas exprimendas*, prodidit Laërtius, qui addit id ab eo factitatum Προς *το μη ευσυνοπτον ειναι τοις αμαθεσι την πραγματειαν*, *Ne illius Opera imperitis et rudibus intelligibilia essent*, Lib. III Segm. 63 et seq. De qua Platonis in nominibus usurpandis *αδιοφορια* vide sis Maximum Tyrium Dissert. XXVII §. 4 pag. 324, et in eum locum Davisii Notas, pag. 601. Verum ne haec quidem cum praesenti Philodemi in Platonem criminatione plurimum adfinitatis habere vides.

Lin. 2 *Δια το μεν αγκυλως, κ. τ. λ.* Has quidem voculas, *Δια το*, ex sequentibus commatibus desumpsi, quae omnia eâdem hac locutione incipiunt. *Αγκυλος* vero sollemne dialecticarum disputationum, earum praecipue in quibus mutuis interrogationibus res transigitur, epitheton. Quo respexit Lucianus illis verbis: *Ου πανυ αγκυλον ηρομην*, *Nihil valde tortuosum interrogavi*. Hermotim. Cap. XV pag. 754 T. I. Itemque: *Ὡσπερ*... *ερωτημα, η τι των αγκυλων συντιθεις*, *Tamquam*... *altercationem, aut tortuosum quiddam componeres*, Ibid. Cap. I pag. 739. Huc faciunt haec eiusdem Auctoris: *Αἱ κομψαι και αποροι και ατοποι αποκρισεις, και δυσεξοδοι και λαβυρινθωδεις ερωτησεις*, *Comtulae illae et dubitabiles et inexpectatae responsiones, et exitum non habentes, labyrinthisque similes interrogationes*, Fugitiv. Cap. X pag. 371 T. III. Ac rursum: *Αγκυλους εκεινους λογους, και λαβυρινθοις ὁμοιους*, *Tortuosos illos sermones et labyrinthis similes*, ut Stoicorum argumentationes Epicureus appellat apud Lucianum ipsum, in Bis Accus. Cap. XXI pag. 817 T. II. Quo in eodem opere Academiae disputationes vocatas invenies *Ῥηματια σκολια, και δυςηνα, και πολλης φροντιδος αναμεςα*, *Tortuosas quasdam voculas, miserasque, et multae*

sollicitudinis plenas, Cap. XVI pag. 811. Quae omnia peculiari quadam ratione iis disputationibus conveniunt, quae ut illae, quas Plato in suis dialogis repraesentavit, Socraticum in morem instituuntur. Novimus porro, Socratem numquam fere adversarios in disputando aperte oppugnasse, sed oblique et per cuniculos, ita ut aliud ageret aliud simularet, et secum dissserentes astutis interrogationibus hac illac vagare cogeret, donec in suam sententiam nec opinantes pertraxisset. Hinc Socratis versuta in disserendo *dissimulatio* celebris apud veteres: *In omni oratione simulatorem, quem* ειρωνα *Graeci nominaverunt, Socratem accepimus*, ait Cicero De Offic. Lib. I Cap. 30. Rursum idem Tullius: *Quum aliud diceret aliud sentiret, libenter uti solitus est ea dissimulatione, quam Graeci* ειρωνειαν *vocant*, Academic. Quaest. Lib. I Cap. 4. Την μεν του Σωκρατους ειρονειαν et Lucianus commemorat, Demon. Cap. VI pag. 378 T. II, itemque Ver. Histor. II Cap. XVII pag. 115, ubi venuste inquit, Rhadamanthum de beatorum insula Socratem eiicere minatum fuisse, Ην μη θελῃ, αφεις την ειρωνειαν, ευωχεισθαι, *Si nollet, dissimulatione omissa, convivari.* Caeterum de Socratis astuto et obliquo disputandi more frequenter auctores mentionem faciunt. Vide Tullium Academic. Quaest. Lib. IV Cap. 4, De Natura D. Lib. I Cap. 5, De Invent. Lib. I Cap. 31; Quintilianum Lib. V Cap. 11 pag. 391; Plutarchum Quaest. Platonicar. pag. 999 Francof., et De Adul. et Am. Discrim. pag. 72; Socratem ipsum apud Platonem quum alibi, tum in Theaetet. pag. 149 et seqq. T. I Ed. Steph.

Lin. 3 et seq. Διαλεγεσθαι τον Σωκρατικον τροπον. Plato quidem Τραφεις, ut ait Halicarnasseus Epist. ad Pompei. Cap. II pag. 205, εν τοις Σωκρατικοις διαλογοις, *Educatus in Socratis dialogis*, hoc disserendi genus adeo excoluit polivitque, ut ipse in litterarum rempublicam illud invexisse dicatur a Themistio Orat. XXVI pag. 319 Paris. 1684. Quod sane non ita accipiendum est, quasi primus omnium Plato dialogos conscripserit; hanc enim gloriam alii tribuunt Zenoni Eleatensi, alii Alexameno Styreo sive Teio, ut Phavorinus et Aristoteles, cuius hac de re verba ex Lib. I De Poëtis vide apud Athenaeum Lib. XI Cap. 15. Sed, ut observat Laërtius, videtur Plato Ακριβωσας το ειδος, τα πρωτεια δικαιως αν ὥσπερ του καλλους, οὕτω και της ευρησεως αποφερεσθαι, *Quum id genus egregie expoliverit, non solum invectae elegantioris formae, sed et ipsius inventionis iure sibi primatum vindicare.* Laërt. Lib. III Segm. 48. Quo quidem, ut arbitror, sensu Laërtius, Lib. III Segm. 56, Platonem Dialecticae inventorem facit, quum idem ipse huiusmodi inventionem adiudicet Zenoni Eleatensi, Prooem. Segm. 18, et Lib. IX Segm. 25. Nimirum Dialectica a dialogo, unde certe nomen traxit, tantum differt, quantum ab oratione Oratoria. Ex his autem omnibus iam satis patet quam bene το διαλεγεσθαι Platoni conveniat. Verum et quod mox sequitur, περιϊςαμενος αντιγραφας, hanc dialecticae heic commemorationem prorsus flagitabat.

Lin. 4 et seq. Ερωτωμενος. Sollemnis erat ερωτησις εν τῳ διαλεγεσθαι. Laërtius: Εφασκε ὁ Πολεμων, δειν εν τοις πραγμασι γυμναζεσθαι, και μη εν τοις διαλεκτικοις θεωρημασι...ὡς κατα μεν την ερωτησιν θαυμαζεσθαι, *Dicebat Polemo, oportere in rebus exerceri, non in dialecticis speculationibus,...ut interrogationibus admirationem captemus.* Lib. IV Segm. 18. Atque ab *interrogationibus* responsionibusque philosophis dialecticis nomen factum fuisse tradit idem Auctor: Οἱ...προσηγορευοντο εριςικοι, ὕςερον δε διαλεκτικοι...δια το προς ερωτησιν και αποκρισιν τους λογους διατιθεσθαι, *Qui denominabantur litigiosi, postea dialectici dicti sunt .... quod interrogando ac respondendo sermones librosque componerent.* Laërt. Lib. II Segm. 106. Cicero: *Finem* INTERROGANDI, *si videtur: quod quidem ego a principio ita me malle dixeram, hoc ipsum providens* DIALECTICAS *captiones.* De Finib. Lib. II Cap. 6. Nempe, Διαλογος εςι λογος εξ ερωτησεως και αποκρισεως συγκειμενος, Διαλεκτικη δε εςι τεχνη λογων, δι' ἧς ανασκευαζομεν τι η κατασκευαζομεν εξ ερωτησεως και αποκρισεως των διαλεγομενων, *Dialogus est sermo ex interrogatione et responsione compositus: Dialectica autem est disputandi ars, per quam aliquid probamus aut improbamus ex interrogatione itidem et responsione disserentium*, ut docet Laërtius Lib. III Segm. 48. Vide etiam eiusdem Lib. VII Segm. 42. Socratis autem in disserendo interrogationes paene in proverbium abierunt: *Is enim*, opportune Tullius, *percontando atque interrogando elicere solebat eorum opiniones, quibuscum disserebat, ut ad ea quae ii respondissent, si quid videretur, diceret.* De Finib. Lib. II Cap. 1. Hinc ait Quintilianus: *Altercationibus atque interrogationibus oratorem futurum optime Socratici praeparant.* Lib. X Cap. 1 pag. 735. Socratici quidem omnes, sed prae caeteris Plato: quocirca de testium interrogatione sic idem Quintilianus: *Eius rei sine dubio nec disciplina ulla in scholis, nec exercitatio traditur... Si quod tamen exemplum ad imitandum demonstrandum sit, solum est quod ex dialogis*

Socraticorum, maximeque Platonis, duci potest: in quibus adeo scitae sunt interrogationes, ut quum plerisque bene respondeatur, res tamen ad id, quod volunt efficere, perveniat. Lib. V Cap. 7 pag. 349. Quamobrem adfirmat Laërtius, Platonem Την επιϛημην του ορθως αποκρινεσθαι, και ερωτᾳν πρωτον διασυϛησαι, κατακορως χρησαμενον, *Recte respondendi et interrogandi scientiam primum constituisse, affatim usum.* Lib. III Segm. 79. Immo cum hac in re modum omnino excessisse, eiusque dialogum Ὑπο των συνεχων ερωτησεων κατεσκληκοτα, *Ob perpetuas interrogationes aridum et durum*, a pluribus habitum fuisse observat Lucianus, in Bis Accus. Cap. XXXIV pag. 834 T. II. Haec utique omnia in causa fuerunt, cur vocem ερωτωμενος, quam etiam mox sequuturae περιϊϛαμενος αντιγραφας postulare videbantur, reponendam prorsus heic esse iudicaverimus.

Lin. 5 Κακοπαθει. Huius quidem verbi absolute positi exemplum praebet Iosephus Antiquit. Iud. Lib. X Cap. 11 §. 1 pag. 537 T. I Haverc., ubi legimus: Ου δυναμενος αυτος ετι κακοπαθειν, *Laboribus amplius sustinendis impar.* Itemque Diodorus Siculus: Ουκ εφασαν δυνησεσθαι κακοπαθειν, *Ferre posse negabant.* Bibl. Hist. Lib. XIX Cap. 16 pag. 330 T. II. Adde Herodianum Lib. VIII Cap. 7 pag. 1091 T. III Lipsiae 1792. Ut autem quid sibi velit ερωτωμενος κακοπαθει, etc. plene adsequamur, conferenda huc sunt illa Quintiliani verba: *In primis interrogatio debet esse circumspecta*, Lib. V Cap. 7 pag. 349. Nimirum circumspicere omnia debet qui interrogat, illud praeter alia curans, ne adversarius ex ipsa interrogatione ansam arripiat vel effugiendi, vel fortius obsistendi. Quae admodum difficilis cautio est. Dum autem hac duplici cura Platonis in dialogis Socrates conflictatur, mirum est quot in disputatione tortuosas vias ingrediatur, alias super alias ειρωνικας interrogationes comminiscens, quo adversarium frustra obnitentem implicet, ac teneat. Quod Plato ipse Socrati ab Hipparcho exprobrari facit, quum dicenti Socrati: Ὁρᾳς ουν, επιχειρεις με εξαπατᾳν, επιτηδες εναντια λεγων οἱς αρτι ὡμολογησαμεν, *Vides ne quomodo me in errorem coniicere coneris, quippe qui de industria contraria dicas iis quae supra concessimus:* Hipparchus respondet: Ου μα Δια, ω Σωκρατες· αλλα τοὐναντιον συ εμε εξαπατᾳς, και ουκ οιδα ὁπη εν τοις λογοις ανω και κατω στρεφεις, *Nequaquam, per Iovem, Socrates: sed contra tu me in errorem inducis, et nescio quo pacto in tuis sermonibus ultro citroque circumfers.* Plato Hipparch. pag. 228 T. II Ed. Steph. Hinc vero in Platonis Operibus copiosa obscuritatis origo: quum inter tortuosas Socratis ερωτησεις atque aliorum sibi etiam caventium responsiones, quid auctor ipse adfirmare, quid reiicere velit, vix plerumque dignosci queat. Unde factum est ut quandoque eamdem rem negantes pariter ac confirmantes Platone auctore gloriarentur: cuius rei exemplum habemus apud Quintilianum Lib. II Cap. 15 pag. 153, ubi de testimoniis ab Rhetorice hostibus ex Platonis Gorgia petitis ait Quintilianus: *Quae omnia sunt quidem scripta in hoc Libro, dictaque a Socrate, cuius persona videtur Plato significare quid sentiat: sed alii sunt eius sermones ad coarguendos qui contra disputant compositi, quos* ελεγκτικους *vocant, alii ad praecipiendum, qui* δογματικοι *appellantur*, etc. Vide etiam eiusd. Lib. Cap. 21 pag. 176, ubi Quintilianus iterum circa Platonis quamdam ex eodem Gorgia desumptam sententiam titubat. Huc facit, quod Gellius quum nobiliorum Philosophorum de voluptate sententias recensuisset, subdit: *Plato ita varie et multiformiter de voluptate disseruit, ut cunctae istae sententiae quas supra posui, videantur ex sermonum eius fontibus profluxisse: nam perinde unaquaque utitur ut...causarum quas tractat, rerumque, quas efficere vult, ratio desiderat.* Lib. IX Cap. 5. Quod de aliis etiam rebus ab aliis observatum: adeo ut referente Laërtio, circa Platonem Πολλη ϛασις εϛι· και οἱ μεν φασιν αυτον δογματιζειν, οἱ δ' ου, *Infinita contentio est, aliis dicentibus ipsum dogmata inferre, aliis negantibus.* Lib. III Segm. 51. Quocirca veteres critici e re esse crediderunt, inter caeteras marginales Notas, διπλην ad Platonis Libros adhibere, Προς τα δογματα και τα αρεσκοντα Πλατονι, *ad dogmata et placita Platonis ostendenda*, Laërt. ibid. Segm. 65, nimirum quo Platonis lectoribus tum anxietatem, tum laborem ad ea internoscenda necessarium levarent. Qua eâdem de causa supra laudatus Laërtius tripartitam expositionem ad Platonicos Libros adhibendam esse monet; cuius quidem partem in eo versari debere, ut planum fiat, Ἑκαϛων των λεγομενων τινος ἑνεκα λελεκται· ποτερα κατα προηγουμενον, η εν εικονος μερει, και εις δογματων κατασκευην, η εις ελεγχον του προσδιαλεγομενου, *Unumquodque eorum, quae dicuntur, cuius rei gratia dictum sit; utrum ex principali intentione, an in similitudinis parte, et ad dogmatum adsertionem, vel ad refellendum contra disserentem.* Lib. III Segm. 65. Ex his omnibus iam palam est, ni fallor, quo spectet verbum quod exponimus;

et utrum iure an iniuria Philodemus Platonis obscuritatem notans scripserit, eum κακοπαθειν, nempe mirifice *laborare* ex perplexitate et *conflictari* dum in tortuosis illis utrimque dissentium interrogationibus responsionibusque versatur.

Lin. 6 et seq. Περιϊϛαμενος αντιγραφας. De *cavendi, sive vitandi et reiiciendi* significatione, quam τῳ περιϊϛασθαι tribuimus, vide Casaubonum in Athenaei Lib. XV Cap. 5 pag. 675, et Thomam Gatakerum tum ad M. Antonin. Lib. III §. 4, tum etiam in Advers. Miscell. Posth. Cap. III pag. 427 et seq.: ab his enim plura huc spectantia exempla congesta invenies, quibus haec addas licet. Polybius: Περιϊϛασθαι τους υπεναντιους ηδυνατουν, *Adversarios avertere obsistendo non quiverant.* Hist. Lib. III Cap. 85 pag. 374 T. I. Galenus: Περιϊϛαντο τα πολλα, *Saepe vitabant*, De Usu Part. Lib. X Cap. 14 pag. 554 T. IV Ed. Charter. Empiricus: Αγαθον διωκων, και το κακον περιϊϛαμενος, *Persequens bonum, et malum devitans*, Adv. Mathem. Lib. XI Segm. 116. Itemque: Πληθος περιϊϛαμενον τα κακα, *Multitudo vitans mala*, ibid. Segm. 151. Laërtius, loquens de Menedemo: Και ποτε Κρατητος περιϊϛαμενου αυτον, Lib. II Segm. 131, quae verto, *Quumque Crates aliquando eum declinaret*: nam qui interpretantur, *Circumsteterat illum aliquando Crates*, Laërtium socium addunt Luciani Soloecistae, cui dicenti: Περιεϛην αυτον ὡϛε λαθειν, illud datur responsum: Θαυμαϛον, ει εἱς ων, περιεϛης τον ἑνα, *Mirum, si unus ipse unum circumstetisti*, Lucian. Soloecist. Cap. V. Iam vero ad το αντιγραφας quod adtinet, iudiciorum propriam vocem esse Aristophanis Scholiastes docet ad Nub. v. 472, sicut etiam a Demosthene discimus, apud quem tum vocabuli hac significatione, tum rei exemplum invenies in Orat. Advers. Stephan. I.ª, pag. 1115, Ed. Reiske. Ad disputantium vero *contradictiones* id vocabulum heic transtulit Noster; eadem translatione usus in verbo αντιγραφειν, quum ait: Τουτοις αντιγραφοντες, *His contradicentes*, in Περι Ῥητορικης Ὑπομνηματων Col. VII lin. 24 et seq. Eadem ratione Longinus loquutus, ubi inquit: Τον μεν κοινον ἡμων τε κακεινων ἑταιρον... μετριως αντιγραφη διελεγξαι δοκουμεν, *Communem nostrum et illorum amicum... satis responsione mea confutasse videor.* Fragm. V pag. 124 et seq. Oxon. 1778. Sic Plutarchus αντιγραφην vocat orationem, qua Caesar Ciceronis Catoni respondit, in Caes. pag. 708 Ed. Francof. 1599. Adde Dionysium Halicarnasseum: Την απολογιαν την πανυ θαυμαϛην εν ταις προς Αριϛοτελη αντιγραφαις εποιησατο, *Adversus Aristotelis obiurgationes defensionem illam prorsus admirabilem edidit*, De Isocr. Iud. Cap. XVIII pag. 163. Ubi vides αντιγραφας dici etiam quaecumque contra aliquem non *respondentes*, sed in illum *invehentes non provocati* dicamus. Loquitur enim Dionysius de Cephisodoro, qui Isocratem praeceptorem suum defendit ab criminationibus, quibus Aristoteles eum non lacessitus impetebat.

Lin. 7 et seq. Και δια το πολυχους θελειν φαινεσθαι. Ubertatis in dicendo studium diserte Plato professus est quum alibi, tum quum ait: Πολλακις μεν... ειρηκαμεν, ὡς ουδεν εν τῳ παροντι δει προτιμαν βραχυλογιαν μαλλον η μηκος· ουδεις γαρ ἡμας (το λεγομενον) επειγων διωκει· γελοιον δη και φαυλον το προ των βελτιϛων τα βραχυτερα αἱρουμενους φαινεσθαι, *Saepe dictum est a nobis, brevitatem minime esse prolixitati anteponendam: nihil enim (ut dicitur) nos urget: ridiculum videlicet et vitiosum est, censere breviora optimis esse anteponenda.* De Legib. Lib. X pag. 887 T. II Ed. Steph. Qua de re indirecte saepe gloriatur, quum nempe vel Socratem interlocutorum prolixitatem accusantem inducit, ut in Protag. pag. 334 T. I, vel alios eius rei veniam ab Socrate poscentes, ut ibid. pag. 338 et 465, etc. Ubertatis autem, quam consectabatur, apicem ut plurimum attigit: *Quis enim*, ad rem Tullius, *uberior in dicendo Platone?* In Brut. Cap. XXXI. Pelago eum comparat Longinus: Πλουσιωτατα, καθαπερ τι πελαγος, ὡς αναπεπταμενον κεχυται πολλαχη μεγεθος, *Abundantissime, velut mare quoddam, passim in late patentem effusus est magnitudinem.* De Sublim. Sect. XII. *Platonicam illam sublimitatem et beatitudinem, et copiosum* sermonem commemorat Plinius Epist. 10 Lib. I pag. 39 Amst. 1734. Quocirca Quintilianus ut *vim* Demostheni, et *iucunditatem* Isocrati, sic Platoni *copiam* tribuit Lib. X Cap. 1 pag. 751. Et fuisse quosdam qui dicerent, eum Ὡς πλατυν εν λογοις, Πλατωνα κληθηναι, *Ob amplitudinem orationis Platonem cognominatum fuisse*, referunt Suidas ad V., et Olympiodorus in Vita Platonis, quae Laërtio adiungi solet, pag. 583 Laërt. T. II. Vide etiam Halicarnasseum De Composit. Verbor. Cap. XIX pag. 36, ubi Platonis *frequentes* επεισοδιους, et *varietatem affluentem* laudat. Verum ea res Platoni non semper felicissime cessit, ipso iudice Dionysio: is enim expendens quemdam illius locum ex Menexemo desumptum, Ω θεοι και δαιμονες, inquit, που το Πλατονικον ναμα, το πλουσιον, και τας μεγαλας κατασκευας καχλαζον; οὑτως μικρολογει, και κατα ϛραγγα ῥει το δωδεκακρουνον εκεινο ϛομα

του σοφου; *Dii, divique! ubi Platonicus ille fluxus abundans et adeo concitatus? ita ne minutus contractusque est, tamne anguste duodecim scaturiginum divini viri os fluit?* De Vi Demosth. Cap. XXVIII pag. 294. Paulo ante in eod. Cap. alium ipsius locum ad trutinam revocans, pariter quaerit: Ποιος ενθαδε πλουτος ονοματων; *Quaenam hic verborum ubertas?* pag. 293. Hac fortasse de causa Philodemus videtur caute quodammodo loquutus, quippe qui non dixerit δια το πολυχους ειναι, sed δια το πολυχους θελειν φαινεσθαι. Denique in ipsa ubertatis affectatione hoc peccasse, quod quum eam nactus, immodice nimis adhibeat, a plerisque animadversum iam fuit. Hinc veteres critici οβελον ad superflua confodienda in eius Libros induxerunt, teste Laërtio, Lib. III Segm. 66. Et nonnulli περιφρασιν in eius scriptis ασυμμετρως, nec non ακαιρως saepe occurrere putarunt, ut notat Longinus De Sublim. Sect. XXIX pag. 162, et seq. Ed. Toll.: cum quibus concordat Halicarnasseus, quo iudice Platonica dicendi ratio Εκχειται εις απειροκαλας περιφρασεις, πλουτον επιδεικνυμενη κενον, *In circumlocutiones honestatis expertes effunditur, et divitias orationis vanas ostentat*, Epist. ad Pompei. Cap. II pag. 204. Hoc autem vitio μελαινει τε το σαφες, και ζοφῳ ποιει παραπλησιον, *Dilucididitatem obscurat, et tenebris similem facit*, ut ibid. Halicarnasseus observat. Nec tantum verborum, sed etiam rerum vitiosa ubertate saepe Plato laborat, quippe qui sibimet gratulatur quod in suis disputationibus non necesse habeat in coepta aliqua tractatione se cohibere donec eam absolvat, nec sit sermonum famulus; sed quandoque se Τριτον λογον εκ λογου μεταλαμβανεσθαι, *In tertium sermonem ex uno in alium digredi;* quorum sermonum Ἑκαςος περιμενει αποτελεσθηναι οταν δοκῃ, *Unusquisque expectat donec ab ipso absolvatur pro suo arbitratu.* Theaetet. pag. 172 et 173 T. I Opp. Ed. Steph. Quod ipsum certe Noster praecipue respexit quum ait: δια το πολυχους θελειν φαινεσθαι, πολλας ποιουμενος παρεκβασεις.

Lin. 10 et seqq. Και δια βουλησιν εμφασεως του ποιητικου και τροπικου. Idem de Platone iudicium tota tulit antiquitas. Κερασαμενον εκ ποιησεως και ψιλομετριας, *Ex poëtico et numeris soluto temperatum stylum* ei tribuit Themistius, Orat. XXVI pag. 319: quae pariter Aristotelis fuerat sententia, ut refert Laërtius Lib. III Segm. 37. Εις ποιητικας υλας πολλαχου συνεκβηναι και φρασεις, *Liberaliter falcem suam in poëticam tum rerum tum verborum messem immisisse*, dicitur Longino, eo quod: Παντι τιμῳ προς Ὁμηρον...διηριςευετο, *Tota mente animoque cum Homero in arenam descendere decreverat.* De Sublim. Sect. XIII pag. 98 et seq. Toll. Quod etiam Maximus Tyrius adfirmat Dissertat. XXII §. 3. *Plerumque instinctis divino spiritu vatibus comparandum*, eum dicit Quintilianus Lib. XII Cap. 10 pag. 898. *Multum enim*, addit alibi, *supra prosam orationem, et quam pedestrem Graeci vocant, surgit: ut mihi non hominis ingenio, sed quodam Delphico videatur oraculo instinctus*, Lib. X Cap. 1 pag. 745. Quocirca fuerunt, teste Tullio, quibus visum est, *Platonis elocutionem, etsi absit a versu, tamen...potius poëma putandum, quam comicorum poëtarum.* Orator. Cap. XX. Μαλιςα χειμαζεσθαι παρα την ποιητικην φρασιν, *Maxime eum iactari in poëtica elocutione*, pronuntiat Dionysius Halicarnasseus, Epist. ad Pompei. Cap. II pag. 204. Vide eum etiam in De Verbor. Composit. Cap. XV pag. 52. Immo quum hac in re non intra laudabilem sobrietatem se Plato continuerit, sed modum omnem excesserit; id ei plerique vitio vertunt; in primis supra citatus Dionysius quum alibi saepissime, tum satis illiberaliter in De Vi Demosth. Cap. XXIX pag. 294, et Epist. ad Pompei. Cap. II pag. 205 et seq.; deinde Longinus, De Sublim. Sect. XXXIII pag. 178 et seq., qui *dithyrambici fastus et tumoris* eum damnat. Iam vero quum de poëtica et figurata elocutione in genere illud merito usurpare liceat, quod de metaphora Quintilianus edicit, nempe: *Ut modicus atque opportunus eius usus illustrat orationem, ita frequens obscurat,... continuus vero in allegoriam et aenigma exit*, Lib. VIII Instit. Orat. Cap. 6 pag. 618; certe non incongrue Philodemus immodicam in Platone Βουλησιν εμφασεως του ποιητικου και τροπικου inter vitia recenset, quae summum alioqui scriptorem in ασαφειαν επιτηδευματικως γινομενην coniecerunt.

Lin. 13 et seq. Και της ανακεχωρηκυιας ἱςοριας. Adludit fortasse ad fabulosas narrationes, quas suis quandoque disputationibus interserit Plato, ob hoc, puto, *fabulosus* a plerisque dictus, potius quam ea de causa, quam adfert Laërtius Lib. III Segm. 80. Vide sis Ciceronem De Offic. Lib. III Cap. 9, et Macrobium in Somn. Scip. Lib. I Cap. 2, ubi etiam disces in hac contra Platonem criminatione Epicureos caeteris vexillum sustulisse.

Lin. 15 et seq. Και του φιλαρχαιου. Huc faciunt illa Halicarnassei verba, de Platonis elocutione prolata: Ὑπεριδουσα τε των κυριων (ονοματων) και εν τῃ κοινῃ χρησει κειμενων,...ζητει

τα ξενα και αρχαιοπρεπη, *Vocabulis propriis, et quae sunt in communi usu posita, neglectis,...peregrina, atque ea quae antiquitatem decent, inquirit.* Epist. ad Pompei. Cap. II pag. 204: quae idem Auctor totidem paene litteris repetit in De Vi Demosth. Cap. V pag. 271: Consule etiam quae hac de re habet in De Lys. Iudic. Cap. II pag. 130, ubi ait Platonem αρχαια αττικη γλωττη usum; nec non in De Dinarcho Iudic. Cap. VIII pag. 183, ubi το μεν αρχαιον sermonis genus illi tribuit. Sed antiquarium in sermone se gerere, *odiosam curam, pessimamque* esse Quintilianus monet Lib. VIII Cap. 3 pag. 586: qui sic alibi hac de re loquitur: *Obscuritas fit etiam verbis ab usu remotis: ut si commentarios quis Pontificum, et vetustissima foedera, et exsoletos scrutatus auctores, id ipsum petat ex his, ut quae inde contraxerit non intelligantur. Hinc enim aliqui famam eruditionis affectant.* Lib. VIII Cap. 2 pag. 576. Patet hinc qua de causa Philodemus heic Platonem in elocutione φιλαρχαιου studiosum fuisse commemoret.

Lin. 18 et seqq. Και δια μη θελειν που δοκειν αχαρις, κ. τ. λ. Totum hoc postremi commatis supplementum partim ab residuis in autographo litteris eruimus, partim desumpsimus ab Dionysio Halicarnasseo, qui concinnitatis studium fuisse praecipuam Platonicae obscuritatis causam his verbis prodidit: Ὁταν εις την περιττολογιαν και το καλλιον ειπειν, ὁ πολλακις ειωθε ποιειν, αμετρον ὁρμην λαβη...μελαινει τε το σαφες, και ζοφω ποιει παραπλησιον, *Quum ad excellentem loquendi modum, et praeclarius genus dicendi, ut saepenumero consuevit, ingenti impetu ferri coepit,...perspicuitatem obtenebrat, et caligini similem facit.* De Vi Demosth. Cap. V pag. 271. Meminit sane et Quintilianus obscuritatis ab nitoris et elegantiae affectatione natae: *Est etiam in quibusdam turba inanium verborum, qui dum communem loquendi morem reformidant, ducti specie nitoris, circumeunt omnia copiosa loquacitate quae dicere volunt: ipsam deinde illam seriem cum alia simili iungentes, miscentesque ultra quam ullus spiritus durare possit extendunt....Neque id novum vitium est, quum iam apud Titum Livium inveniam fuisse praeceptorem aliquem, qui discipulos* OBSCURARE *quae dicerent, iuberet, graeco verbo utens,* σκοτισον. *Unde illa scilicet egregia laudatio:* TANTO MELIOR! NE EGO QUIDEM INTELLEXI... *Quidam emutatis in perversum dictis, de figuris idem vitium consequuntur... Persuasit quidem iam multos ista persuasio, ut id iam demum eleganter atque exquisitum dictum putent, quod interpretandum sit. Nobis prima virtus sit perspicuitas,* etc. Lib. VIII Cap. 2 pag. 577 et seq. Videsis quae habet idem Quintilianus in eiusdem VIII Lib. Prooem. pag. 570, ubi docet quo pacto *diligentiâ deterior etiam fiat oratio;* quum ea sectamur quae *sensus ombumbrant,... tum demum ingeniosi scilicet, si ad intelligendos nos opus sit ingenio.*

ΓΡΑΦΩΝΟΤΙ
ΗΠΟΤΕΝΟΜΙϹΘΕΝ
ΤΑϹϹΟΛΟΙΚΙϹΜΟΥϹΩΝ
ΕΡΙΚΑΙΝΟΜΕΝΩΝΑ
ΝΑΓΚΗΠΟΛΛΑΜΗΔΕΙϹ
ϹΥΝΕϹΙΝΟΛΩϹΕΡΧΕϹ
ΘΑΙΤΟΙϹΑΚΟΥΟΥϹΙΚΑΙ
ΔΙΑΤΙΝΑϹΑΛΛΑϹΑΙΤΙ
ΑϹΕΠΙΤΟΥΤΩΝΠΛΕΙ
ΟΥϹΑϹΟΥΚΑΝΑΓΚΑΙ
ΟΝΕΠΕΞΙΕΝΑΙΠΑ
ϹΑϹΥΠΟΔΕΔΕΙΓΜΕ
ΝΟΥΤΟΥΓΕΝΟΥϹ Ε
ΚΕΙΝΟΔΕΛΕΓΕΙΝΟΤΙ
ΜΟΝΟϹΟΝΟΟΥΜΕΝΟϹ
ΙΔΙΩϹϹΟΦΟϹΕΙΛΙΚΡΙ
ΝΩϹΚΑΙΑΜΕΤΑΠΤΩ
ΩϹ ΑΘΑΡΟϹΕϹΤ ΩΝ
ΙΙΟΥ ΝΚΑΚΙΩ
ΓΑΚΑ ΟΓΕΝΤΩΝ
ΡΟϹΑΥ ΥΝΕΓΓΥϹ
Ν ΚΑ
ΕΝ

ΡΜΓ

COL. XV

Gio. B.a Malesci dis. — Carlo Malesci inc.

COLUMNA XV.

. . . . γραφων, ότι ;ηποτε νομισθεντας σολοικισμους, ών ·περικλινομενων αναγκη, πολλα μηδ᾽ εις συνεσιν όλως ερχεσθαι τοις ακουουσι · και δια τινας αλλας αιτιας επι τουτων πλειους, ἁς ουκ αναγκαιον επεξιεναι πασας, ὑποδεδειγμενου του γενους. Εκεινο δε λεγειν, ότι μονος ὁ νοουμενος ιδιως σοφος ειλικρινως και αμεταπτωκ ως κ αθαρος εστι τ ων το ιου τω ν κακιω, και κατ α κα λον λ ογ ν των π ρος αυ τον σ υνεγγυσα ν των κα μπτει θυμον, εμοι μ εν γελοιον ειναι δοκει, και μειρακιωδες.

. . . .scribens, quod soloeca quandoque existimari ea, quorum a recto declinatio sit necessaria, saepe auditores ne suspicentur quidem omnino: tum ob quasdam alias causas, praeter has, complures, quas persequi universas non oportet, quum demonstratum sit genus. Illud autem adfirmare, quod solus is, qui cogitatione fingitur, proprie sapiens, vere et certissime ab huiusmodi sermonis defectibus sit purus, et pulchra oratione animum flectat eorum, qui prope ipsum coëunt, ridiculum mihi quidem et prorsus puerile videtur.

Lin. 1 et seqq. Γραφων, ὁτι, κ. τ. λ. Scriptoris cuiusdam verba heic adlegari a Philodemo, tum γραφων, tum etiam particula ὁτι, quae vacat, ut solet quum alienis verbis praemittitur, dubitare profecto non sinunt. Cuius autem scriptoris sit locus haud ita facile divinaverim. Caeterum, si quamdam meam coniecturam proponere fas sit, Chrysippum hic citari prope adducor ut dicam. Principio enim non dubito quin ab uno eodemque auctore Philodemus desumpserit quum locum, de quo nunc res est, tum alium quem mox pariter relatum deprehendemus, nempe: μονος ὁ νοουμενος ιδιως σοφος, κ. τ. λ. infra, lin. 15 et seqq.: qui sane locus Stoicum omnino scriptorem, ut paulo post videbimus, luculentissime prodit. Verum inter Stoicos omnes materiam, ad quam verba ab Nostro recitata pertinent, nemo copiosius Chrysippo pertractavit: quippe qui non solum *Artem Rhetoricam* conscripsit, teste Tullio De Finib. Lib. IV Cap. 3, et Laërtio Lib. VII Segm. 202, sed etiam plures Rhetorici argumenti Libros edidit, puta Περι Λεξεων Libros V, Laërt. Lib. VII Segm. 192, Περι των λογων Libros III, Id. ibid. Segm. 193, Περι της συνταξεως και ϛοιχειων των λεγομενων Libros III, id. ibid., Τεχνη λογων και τροπων Libros V, etc. Laërt. ibid.; denique duos Tractatus composuit de ipsa re, quam verba a Philodemo relata attingunt, nempe alterum Περι σολοικισμων, alterum Περι σολοικιζοντων λογων, Laërt. ibid. Segm. 192. Vix itaque fieri potest, ut Philodemus ab alio Stoicorum Opere, potius quam ab horum Chrysippeorum quopiam verba illa derivarit. Deinde quemadmodum in commemoratis verbis soloecismus excusatur, sic Chrysippum eamdem sermonis vitiositatem excusasse alicubi, novimus ex hoc loco, quem e Chrysippi *De Rhetorica* Libris Plutarchus nobis servavit: Ου μονον ταυτα παριτεον του βελτιονος εχομενους, αλλα και ποιας ασαφειας, και ελλειψεις, και νη Δια σολοικισμους, εφ' οἱς αλλοι αν αισχυνθειησαν ουκ ολιγοι, *Non tantum hoc* (nempe vocalium conflictum) *ignoscendum iis, qui melioribus adhaerent, sed et quasdam obscuritates, et ellipses, et per Iovem soloecismos negligere praestat, propter quos alios pudeat non paucos.* De Stoicor. Repugnant. pag. 1047 Francof. 1599. Denique ipsa verborum, de quibus loquimur, perplexa et abstrusa συνταξις, Chrysippi prorsus stylum redolet, in cuius scriptis multa contorta et φορτικα fuisse a pluribus veterum observatum est, ut adnotat Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. III Cap. 10 pag. 548 T. III Ed. Harles.

Lin. 3. Σολοικισμους. Voces *soloecismum* et *barbarismum* apud Graecorum idoneos, et veteres Latinos se non invenisse Gellius adfirmat; proinde *neque in Graeco neque in Latino probe* usurpari huiusmodi vocabula docet, Lib. V Cap. 20, quocum conferenda quae habet Lib. XIII Cap. 6. Qua in re eum errasse iam a doctis viris adnotatum tum ad sup. cit. Lib. V Cap. 20, tum ad Luciani Nigrin. Cap. XXXII pag. 74. Vide etiam Menagium in Laërt. Lib. VII Segm. 59 pag. 290, qui tamen sibi (quod in tali viro miror) contradicens, paulo post, in eumd. Lib., Segm. 192 pag. 342, Gellium citat et sequitur. Porro ad Gellium redarguendum novas nunc copias a Philodemo habemus, quum heic, tum infra, Col. XVI lin. 16 et seqq., ubi legimus: σολοικισμοι ποιοι και βαρβαρισμοι, etc.

Lin. 3 et seqq. Ὡν περικλινομενων, κ. τ. λ. Hoc quidem verbum, quod est περικλινομαι in Stephani Thesauro aliisque lexicis frustra quaeras. Qua fortasse ratione permotus Wakefield in illis Scholiastae Veteris ad Iliad. XXI 549 verbis: Περιεχομενος ὑπο Φηγου, και περικεκλιμενος αυτῃ, vocem περικεκλιμενος per errorem scriptam esse pro παρακεκλιμενος putavit: quem sequuntur Stephaniani Thesauri Londinenses Editores, pag. 5071. Sed praeter quam quod περικλινω, licet alio sensu, apud Dionysium De Situ Orbis occurrit, iam Philodemi etiam auctoritate nec non scriptoris heic a Philodemo excitati vox ista fulcietur, multiplici significatione lexicis inserenda. Quod autem ad locum, quem exponimus, adtinet, sic eum legere pridem cogitaveram, ut supra citatis ex Homeri Scholiaste verbis similem συνταξιν et sensum exhiberet, nempe ὡν περικλινομενων αναγκῃ, *quum nonnulli* (soloecismi) *necessitatem induant:* genitivum, quod vocant, *absolutum* haec putans. Sed αναγκῃ περικλινεσθαι, *necessitate vestiri*, pro *necessarium esse*, duriusculum postea visum est: nec iam inde ab initio το ὡν pro τινων heic poni satis mihi prorsus faciebat. Illa igitur sententia repudiata, sic totum locum lego et interpretor: Δηποτε νομισθεντας σολοικισμους, ὡν περικλινομενων αναγκη, πολλα μηδ' εις συνεσιν ὁλως ερχεσθαι τοις ακουουσι, *Soloeca quandoque existimari ea, quorum a recto declinatio sit necessaria, saepe auditores ne suspicari quidem omnino.* Περικλινεσθαι enim hic valere puto *circum inclinari*, scilicet *hac illac flecti*, metaphora ducta vel ab iis rebus, quae non recto stant talo immobiles, sed vacillant, et nunc ad hoc nunc ad illud latus flectuntur; vel ab itinere, in quo qui rectam

viam non insistunt, *circum*, idest in latera *declinant.* Quod sane soloecismo aptissime quadrare nemo non videt; quandoquidem, *Soloecismus...imparilitas appellatus*, *vetustioribus Latinis striblígo dicebatur*, *A VERSURA VIDELICET ET PRAVITATE TORTUOSAE ORATIONIS*, ut docet Gellius Lib. V Cap. 20. Ὡν περικλινομενων αναγκη igitur erit, *quae a recta constructione aberrare, et tortuosa* συνταξει *laborare necessarium est:* haec, inquit Chrysippus, vel quivis auctor a Philodemo citatus, quamvis soloecum quid praeseferant, criminanda tamen non sunt: quoniam πολλα μηδ' εις συνεσιν ερχεται τοις ακουουσι, *saepe ne in mentem quidem venit iis qui audiunt*, illa nempe *vitiosa quandoque et soloeca ab aliquibus iudicari*, δηποτε νομισθεντας σολοικισμους. Hac certe ratione difficilem hunc et salebrosum locum satis explanasse mihi videor. Meam autem interpretationem illud etiam confirmat, quod sententia, quam hoc pacto hinc elicio, Philodemi propositum egregie iuvat, et quum superioribus, tum infra positis probe adnectitur. Nam quum Noster in duabus praecedentibus Columnis de obscuritate, quae ex nimia in scribendo επιτηδευσει oritur, disseruerit; suam hac de re tractatiunculam ſortasse conclusit Lectores dehortans ab nimio supervacaneae concinnitatis studio (quo scilicet Philodemus prope unice tendebat) hunc ſere in modum: » praestat » profecto, non tam elocutionis, quam rerum in scribendo rationem habere: primo enim » quum res probe curaveris, satis concinnam natura ipsa elocutionem inducet: deinde etiamsi » quid minus elegans vel soloecismi speciem praebens exciderit, non idcirco culpandus illico » eris, atque exsibilandus, ut Chrysippus optime pervidit », *Scribens*, *quod soloeca quandoque existimari*, etc. Hinc sequitur opportune: Και δια τινας αλλας αιτιας επι τουτων πλειους, ἁς ουκ αναγκαιον επεξιεναι πασας, etc. *Tum ob quasdam alias causas*, *praeter has complures*, *quas persequi universas non oportet*, etc.


Lin. 13 et seqq. Εκεινο δε λεγειν, κ. τ. λ. Quum Philodemus ad soloecismos, quos naturae vires parum caverint, et necessitas quaedam cohonestet, excusandos Stoici Philosophi auctoritatem in medium adduxerit; illud excipere quis poterat, Stoicos non cuivis homini istam soloecizandi licentiam, sicut non cuique eloquentiae vim tribuisse, sed solo sapienti: propterea nihil ex eorum principiis, quod ad omnes in genere homines pertineret, confici posse. Ab huiusmodi exceptione, ni fallor, sibi nunc cavet Philodemus; qui quum Stoicorum doctrinam de soloecismis ipsis quandoque negligendis in suum usum converterit, importunam illorum restrictionem, qua id sapienti tantummodo tribuebant, excludit, atque reiicit.

Lin. 15 et seqq. Μονος ὁ νοουμενος ιδιως σοφος, κ. τ. λ. Celebratissimum Stoicorum placitum hic proferri vel caecus viderit. Ipsi enim sapientem esse Κακοδαιμονιας απαλλαγεντα και μοχθηριας ἁπασης, εις δε ασφαλη τινα και βεβαιαν παντελειαν αγαθων εξικομενον, *Omni infelicitate et vitio solutum*, *inque certo et tuto omnium bonorum cumulo constitutum*, *eoque perfectissimo*, dictitabant, teste Plutarcho Advers. Stoic. pag. 1061 T. II Francof. 1599. Qua de re plura collegit Lipsius, quem vide, Manuduct. ad Stoic. Philosoph. Lib. III Dissert. 5 et deinceps ad 19. Hoc autem nomine passim Stoici irridentur, ut ab Horatio Epist. I Lib. I 106 et seqq., tum Satyr. III Lib. I 124 et seqq.; nec non a Luciano his verbis ex Stoicorum sententia de Chrysippo prolatis: Μονος οὑτος σοφος, μονος καλος, μονος δικαιος, ανδρειος, βασιλευς, ῥητωρ, πλουσιος, νομοθετης, και τἀλλα, ὁποσα εϛιν...και νη Δια γε σκυτοδεψης, και τεκτων, και τα τοιαυτα, *Solus hic sapiens*, *solus pulcher*, *solus iustus*, *fortis*, *rex*, *rhetor*, *dives*, *legislator*, *et quot sunt reliqua...et per Iovem*, *cerdo*, *et faber*, *et id genus alia.* Vitar. Auct. Cap. XX pag. 559 et seq. T. I. Iam vero quum sapientem nihil non esse iactarent, eumque solum praedicarent, ut cum Venusino loquar, *operis optimum omnis opificem;* illud inter caetera dictitabant, sapientem, neminem praeterea, Ὁμιλητικον οντα, και επιδεξιον, και προτρεπτικον, και θηρευτικον δια της ὁμιλιας εις ευνοιαν και φιλιαν, και ὡς δυνατον ευαρμοϛον ειναι προς το πληθος ανθρωπων, παρο και επαφροδιτον ειναι, και επιχαριν, και πιθανον, *Ad familiare colloquium esse aptum*, *et dextrum*, *et adhortandi peritum*, *et colloquio suo benevolentiae et amicitiae conciliatorem*, *quam maxime quoque commodum esse multitudini*, *propterea et gratiosum*, *et persuadendi vi praeditum exsistere*, ut tradit Stobaeus, Eclog. Mor. Cap. VII pag. 223 Gotting. 1801. Rursum: Μονον φασι τον σοφον και μαντιν αγαθον ειναι, και ποιητην, και ῥητορα, και διαλεκτικον, και κριτικον, *Sapientem solum aiunt et vatem bonum esse*, *et poëtam*, *et oratorem*, *et dialecticum*, *et grammaticum*, Id. ibid. pag. 123. Videsis etiam Laërtium Lib. VII Segm. 122. Haec vero omnia cum Philodemi periodo, de qua nunc nobis res est, egregie collimare quisque cernit: atque idcirco ad ea velut ad certam normam

supplementum heic nostrum exegimus. Caeterum το ὁ νοουμενος eo spectare arbitramur, ut subindicetur, Stoicorum sapientem reperiri numquam posse, et in earum rerum numero esse, quae nusquam sint, sed mente concipiuntur, et cogitatione tantum finguntur: vertimus igitur *ille qui cogitatione fingitur:* qui sensus Epicureo Stoicos irridenti apprime congruit.

Lin. 21 et seq. Συνεγγισαντων supplevimus, eo quod συνεγγιζω alias etiam in hoc ipso volumine occurrit. Nec negotium facessit, quod το Σ ab reliquis eiusdem syllabae elementis segregetur: qua de re vide Adnotat. in huius Voluminis Col. XI lin. 20 pag. 57. Porro συνεγγιζω cum προς sequente accusandi casu in lexicis desideratur, nec pluries legisse equidem memini: sed probe dici dubitare non possumus, quum habeamus apud Cebetem, Εγγιζοντες προς την αληθινην παιδειαν, *Accedentes ad veram disciplinam*, Tab. Cebet. pag. 47 edit. Londin. 1744.

Lin. 23 et seq. Εμοι μεν, κ. τ. λ. Haec certe, vel quidpiam simile, ad sententiam complendam requiri, atque intercidisse putandum est.



COL. XVI.

Gio. B.ta Malesci dis. *Carlo Malesci inc.*

COLUMNA XVI.

. . . . . διοτι αν τινων συστηματ' αγορευειν κατ' αυτων υποδεδειχως. Ανευ δε επιτηδευσεως, ασαφεια γινεται παρα το μη κρατειν των πραγματων, η μη διειλημμενως· η παρα το μη φιληδειν, μη προσκαρτερειν τῃ περιωδευμενῃ προφορᾳ και γραφῃ· και κοινως τε παρα το μη καλως ἑλληνιζειν επιστασθαι· και γαρ σολοικισμοι ποιοι και βαρβαρισμοι πολλην ασαφειαν εν τοις λογοις αποτελουσι· και παρα το συμφυη τα ῥηματα τοις πραγμασιν νομιζειν.

. . . . . quum proinde quorumdam systemata contra ipsos quodammodo loqui demonstraverim. ¶ Iam vero ex negligentia obscuritas gignitur, quum scriptor vel nullo modo vel non distincte possideat ac teneat materiam : sive quum circumspectionem et accuratam considerationem vel in pronuntiatione vel in scriptione non amet neque perseveranter adhibeat: et in genere quum non probe linguam calleat; quidam enim soloecismi et barbarismi magnam sermonibus obscuritatem inducunt. Ad haec, quum verba quidem esse credantur rebus ut ita dicam congenita, et a natura ipsa indita.

CAP. VII.

De obscuritate, quae ex negligentia gignitur.

Lin. 1 et seqq. *Διοτι αυ τινων συστηματ᾽αγορευειν, κ. τ. λ.* Sic posse haec satis probabiliter restitui visa sunt: quae sane in Stoicos a Philodemo proferri arbitror, quorum celeberrimum placitum circa finem superioris Columnae noster improbandum suscepit, ut vidimus. Porro *συστημα* proprie dicitur *concretio*, *coagmentatio*, *collectio*: unde *συστημα* vocatur humani corporis constitutio: Τα μελη αλληλοις τε πρεποντα, και τῳ ὁλῳ συστηματι του σωματος, *Membra tum inter se invicem, tum totius corporis constitutioni convenientia*, ait Dionysius Halicarnasseus, Art. Rhet. Cap. X §.6 pag. 111. Transfertur non infrequenter ad ea, quae in unum veluti corpus apte et certo quodam ordine coëunt, ut in illis Plutarchi verbis: Τεχνας εις ταυτο συναγαγων, ἐν αυτο εκ πασων απεδειξε συστημα, *Artes in unum coëgit, fecitque ex omnibus corpus unum*, in Numa, pag. 155 T. I Vit. Londin. 1729. Qua ratione Pythagoreorum Collegium *συστημα* vocatur a Diodoro Siculo in Excerptis, pag. 556 T. II Ed. Wessel., et a Laërtio Lib. VIII Segm. 45. Quo etiam pacto Συστημα εκ κωλων η κομματων, *Coagmentatio ex membris vel incisis*, dicitur periodus a Demetrio Phalereo, De Elocut. num. X pag. 9 Oxon. 1676. Ad earum autem rerum compaginem, quibus integra oratio texitur, hanc vocem Stoici transtulerunt, definientes sermonem: Συστημα εννοηματων και επιφορας, *Systema seu compaginem notionum et illationum*, ut emendat et vertit Meibomius, Laërt. Lib. VII Segm. 45: itemque ad ordinatam congeriem perceptionum, quibus ars quaevis constat: Τεχνην ειναι φασι συστημα εγκαταληψεων, *Artem esse tradunt systema perceptionum;* Empiricus, Pyrrhon. Hypotypos, Lib. III Cap. 25 Segm. 241. Hisce igitur Stoicorum definitionibus fortasse Philodemus adludens, *συστημα* heic, ni fallor, vocavit varias doctrinae partes, quae unam veluti compaginem ac ut ita dicam corpus quoddam opinionum constituunt, quibus auctor quispiam, puta Chrysippus, vel quaedam secta, ex. gr. Stoicorum, adhaerebat. Huiusmodi autem opinionum systemata *contra ipsos* eorum auctores loqui, ac quasi testimonium dicere, εμφατικως Noster adfirmat se ostendisse: quippe qui fortasse in iis quae inter hanc et praecedentem Columnam interciderunt, demonstraverat, Stoicorum illud, quod ipse impetebat, placitum cum illorum Philosophorum caeteris decretis ac opinionum systemate pugnare.

Lin. 4 et seq. Ανευ δε επιτηδευσεως. Quum κεφαλαιωδως τινα disseruit de obscuritate quae γινεται επιτηδευματικως, iam transit ad eam pertractandam, quae ανεπιτηδευτως locum habet, ut supra, Colum. XIII, sibi proposuerat, quam recole si lubet.

Lin. 6 et seqq. Παρα το μη κρατειν των πραγματων, κ. τ. λ. Non possidere ac dominari materiam, quae tractatur, primam obscuritatis causam ponit: nec immerito; qui enim vix tenet ipse quod dicit, perspicue illud proferre nullo modo potest. Ad hoc Epicureorum de obscuritate dogma adludere mihi videtur Epicureus utique scriptor Horatius, quum ait:

...Cui lecta potenter eris res
Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.

Art. Poët. 40, et seq. Non enim satis placet quod Lambinus aliique huc adferunt, nimirum *lecta potenter* exponentes *delecta κατα δυναμιν ingenii sui:* hoc nempe Venusinus iam monuerat illis verbis:

Sumite materiam vestris qui scribitis aequam
Viribus,

ibid. 38 et seq.: nunc vero illius moniti rationem reddit, adfirmans eum tandem facunde et dilucide scripturum, *cui lecta potenter erit res*, idest qui materiam ita delegerit ut eam possideat, et dominetur; quod Philodemus dicit κρατειν των πραγματων. Caeterum illud etiam Horatianum huc conferendum:

Scribendi recte, sapere est principium et fons:
Verbaque provisam rem non invita sequentur.

ibid. 309 et 311. Huc etiam facit quod ait Empiricus: Καλῃ λεξει χρηται...ὁ του νοουμενου πραγματος ασφαλως κρατων...παρο και εις τουτο αποβλεποντες, αγαθον λεγομεν ειναι ῥητορα ἑκαστον των ιδιων επιτηδευματων, *Proba dictione utitur...qui bene rem tenet, quae verbis significatur...quamobrem ad hoc etiam aspicientes, unumquemque in propriis negotiis bonum dicimus esse oratorem.* Advers. Rhet. Segm. 52. Quam sane conclusionem Noster pariter spectabat.

Lin. 9 et seqq. Παρα το μη φιληδειν, μη προσκαρτερειν. Libentissime equidem legerem μηδε προσκαρτερειν: sed nihil muto.

Lin. 11 et seqq. Τῃ περιωδευμενῃ προφορᾳ και γραφῃ. De hoc quidem participio, quod est

περιωδευμενος, Henricus Stephanus scribere non dubitavit, se *quomodo reddi latine posset apto satis vocabulo*, *perspicere nequisse*, Adnot. in Empiric. Pyrrhon. Hypotyp. Lib. I Segm. 227, pag. 211 Lipsiae 1718. Sollemne autem erat huiusmodi vocabulum Academicis de probabilitatis gradibus disserentibus: quod commemorat Galenus quum ait: Περι ἑκαϛον εσκεφθαι χρη διατριψαντα, και γυμνασαμενον πολυειδως. Τοιαυτη τις ἡ περιωδευμενη φαντασια παρα τοις Ακαδημαϊκοις ωνομασθη. Και θαυμαϛον ουδεν εκ της πολλης της περι το προκειμενον πραγμα σκεψεως, ακριβεϛεραν γιγνεσθαι την γνωσιν, *Oportet singula considerasse versatum exercitatumque multifariam. Talis quaedam visio* περιωδευμενη (accurate circumspecta et considerata) *ab Academicis nominata est: ac nihil mirum*, *ex multa circa rem propositam consideratione*, *exactam magis cognitionem fieri*. De Hipp. et Plat. Placit. Lib. IX Cap. 9 pag. 273 T. V Ed. Charter. Quibus verbis quid apud Academicos περιωδευμενος significaret, satis clare innuitur. Sed rem plenius enarrat Sextus Empiricus, a quo discimus Arcesilae sectatores probabilitatis tres gradus posuisse, quorum primus erat πιθανον, alter πιθανον και περιωδευμενον, tertius πιθανον και περιωδευμενον και απερισπαϛον. De altero igitur sic Sextus: Τη πιθανη και περιωδευμενη (φαντασια) ἑπονται εφ᾽ ὡν χρονος διδοται εις το μετα επιϛασεως, και διεξοδου χρησθαι τη κρισει του προσπιπτοντος πραγματος, *Probabilem et* περιωδευμενην *phantasiam sequuntur in iis*, *in quibus datur tempus*, *attente singula persequendo ac tractando*, *res quae ipsis se offerunt examinandi.* Advers. Logic. Segm. 187. Suam vero doctrinam Academici hoc exemplo illustrabant, eodem teste Empirico: Εν οικῳ σκοτεινῳ ποσως κειμενου σχοινιου εσπειραμενου, πιθανη ἁπλως φαντασια γινεται απο τουτου ὡς απο οφεως τῳ αθροως επεισελθοντι. Τῳ μεν τοι περισκοπησαντι ακριβως και διεξοδευσαντι τα περι αυτο, οιον, ὁτι ου κινειται, ὁτι το χρωμα τοιον εϛι, και των αλλων ἑκαϛων, φαινεται σχοινιον κατα την φαντασιαν την πιθανην, και περιωδευμενην, *In domo tenebricosa*, *si quo modo iaceat funis contortus et convolutus*, *probabilis tantum phantasia est ab hoc*, *tamquam a serpente*, *ei qui repente ingressus fuerit. At illi qui intuitus fuerit exacte*, *et percurrerit quae sunt circa ipsum*, *nimirum eum non moveri*, *talem colorem habere*, *et singula quaeque*, *apparet funis per phantasiam* πιθανην και περιωδευμενην. Pyrrhon. Hypotyp. Lib. I Cap. 33 Segm. 227 et seq. Videsis etiam Galenum De Placit. Hipp. et Plat. Lib. IX Cap. 7 pag. 266 T. V; nec non eumdem Empiricum Adv. Logic. Lib. I Segm. 437, ubi ait inter caetera, ex Academicorum sententia phantasiam περιωδευμενην haberi: Δια το παντως ἡμας εν τῳ διοδευειν ἑκαϛον των κατα τροπον αυτης θεωρουμενων, μη εις ὑπονοιαν αναγεσθαι, μηποτε παραλελειπται των οφειλοντων κατα τον τοπον εξεταζεσθαι, *Quum persequentes unumquodque eorum*, *quae in eius modo considerantur*, *in suspicionem non veniamus*, *utrum aliquid sit praetermissum earum*, *quae debent rite examinari.* Quocirca quam Academici graece nominabant φαντασιαν περιωδευμενην, latinis vocabulis, Tullius dicit *Quod visum sit ex circumspectione aliqua et accurata consideratione*, Academ. Quaest. Lib. IV Cap. 11. Quae sane omnia adscribere non piguit, eo quod ad nostrum Auctorem heic illustrandum plurimum faciunt: quandoquidem ut Academicis phantasia dicebatur περιωδευμενη, sic prorsus a Philodemo dicitur περιωδευμενη προφορα και γραφη. Unde etiam e re esse duximus in hisce Nostri verbis interpretandis ea in nostrum usum convertere, quibus illam Academicorum appellationem Tullius latine extulit.

Lin. 14 et seq. Ἑλληνιζειν επιστασθαι. Concordat Sextus Empiricus, a quo docemur, quod Ὁ ἑλληνιζων ἱκανος εϛι προς το σαφως ἁμα και ακριβως παραϛησαι τα νοηθεντα των πραγματων, *Qui probe graece scit*, *idoneus est ad* APERTE *simul et accurate res explicandas*, *quas mente conceperit.* Advers. Grammatic. Cap. X Segm. 176. Caeterum Ἑλληνισμον ab recentioribus tantum Graecis Rhetoribus inculcari ait Tzetza Histor. Chil. XI v. 148. Qua in re eum sua ratio fefellit; nam Aristoteles, certe cum recentioribus non connumerandus, integrum Περι Ἑλληνισμου Caput conscripsit, quod his orditur verbis: Εϛι δε αρχη της λεξεως το ἑλληνιζειν, *Est autem principium elocutionis ut emendate loquamur.* Rhetoric. Lib. III Cap. 5 pag. 803 Paris. 1654 T. III. Stoici etiam Philosophi inter elocutionis αρετας primo loco Ἑλληνισμον recensebant, ut est apud Laërtium Lib. VII Segm. 59. Qua pariter ratione Latini Rhetores praecipiunt illud in primis curandum esse, ut *latine* et *emendate* loquamur. Vide Quintilianum Lib. I Cap. 5 pag. 38, et Lib. VIII Cap. 1 pag. 572; Ciceronem De Orat. Lib. III Cap. 10, etc.

Lin. 16 et seq. Σολοικισμοι ποιοι. Caute ab Auctore additum το ποιοι *quidam*: quosdam enim soloecismos ac barbarismos damnat, non prorsus omnes: quippe vel soloecismos quandoque culpari non debere, si necessitate quadam cohonestentur, in Columna praecedenti docuerat, ut ibi observavimus. Si eum itaque locum huc conferas, iam quid Philodemus de soloecismis

sentiret, plenissime compertum habebis. Nam quum perspicuitatem in dicendo unam, nihil praeterea expetendum esse arbitraretur; sicubi soloecismi vel barbarismi ασαφειαν αποτελουσι, eos quidem damnat: quum autem perspicuitatem non laedunt, fere excusat, ne scilicet nimia eos cavendi sollicitudo επιπονον redderet το γραφειν, quod molles Epicurei ut maximam aerumnam pertimescebant, sicut non uno in loco monuimus. Vide sis Adnot. in Col. VIII lin. 5 et seq., et in Col. XIII lin. 6 et seq.

Lin. 20 et seqq. Παρα το συμφυη τα ῥηματα τοις πραγμασιν νομιζειν. Nimirum qui putat vocabula esse rebus congenita, et naturae vi quadam indita, ea apud omnes, et semper, et in quibuslibet sermonibus eamdem prorsus significationem praeseferre existimabit: et sic illis utetur ut nedum caeterarum rerum, quas perpendere oporteret, sed ne praesentis quidem consuetudinis rationem habeat. Hinc autem fiet ut eius sermo obscurus evadat; quandoquidem vocabula perpetuo immutantur, et ut Venusinus ait:

Multa renascentur quae iam cecidere, cadentque
Quae nunc sunt in honore vocabula, si volet usus,
Quem penes arbitrium est et ius et norma loquendi.

Art. Poët. 70 et seqq. Praeter quam quod non solum vocabula ipsa saepe intercidunt, sed etiam, et multo sane frequentius, vocabulorum significationes temporis decursu ita fluctuant atque variantur, ut quandoque voces addicantur ad res exprimendas iis, quas prius designabant, omnino contrarias. Cuius rei exemplum nobilissimum apud Latinos profert Cicero in voce *hostis*, quae antea *hospitem* significabat, sed tractu temporis *a peregrino recessit, et proprie in eo qui arma contra ferret, remansit.* De Offic. Lib. I Cap. 12. Ad haec itaque Philodemum heic respexisse puto, inque hanc sententiam meum conspirare iussi supplementum; quod quidem non solum ex residuis litteris per se satis commode fluit, sed egregie ab ipso Auctore confirmatur. Nam in primis lineis, quae ex proxime insequenti Columna supersunt, rem attingit cum sententia, quam heic restituendam curavimus, artissime coniunctam, *variam nempe rationem, qua nomina et dictiones rebus imponuntur*, quam fortasse, in iis quae hanc inter et inferiorem Columnam periere, adtendendam esse monuerat, ne sermo obscuritate laboret. Praeterea, in De Musica Col. XV, certans cum Stoico, qui ut illius Sectae Philosophis sollemne erat (Vide Ciceronem De Nat. Deor. Lib. III Cap. 24) ex nominis appellatione argumentum desumebat; cum repellit adfirmans, non expedire Απο των ονοματων εκκρεμασθαι, και τουτων, ἁ τις ερωτικος ισως εθετο, καθαπερ τ'αλλα, κατα τας ιδιας προσθεσεις πειθεσθαι τοιαυτας ειναι δαιμονιας, η παντως προσονομαζομενας, *A nominibus pendere, atque ab hisce, quae, ut alia, amator fortasse aliquis imposuit; atque ita privatas nominum impositiones putare tales divinitus esse, vel ab omnibus receptas.* Lin. 37 et seqq. pag. 67 Hercul. Vol. T. I. Ubi vides Philodemum diserte profiteri, quod συμφυη τα ῥηματα τοις πραγμασι putanda non sint. Caeterum quo nostri supplementi ratio nulla ex parte vacillet, illud heic expendere praestat, utrum revera Epicurus in contrariam sententiam discesserit, ut visum est inter alios Fabricio in Not. ad Empirici Pyrrhon. Hypotyp. Lib. II Cap. 18 Segm. 214, nec non, quod maxime miror, Petro Gassendo, in De Philosoph. Epicuri T. I pag. 361 et seqq. Lugdun. 1675. Et videntur sane etiam veteres nonnulli cum iis Epicurum connumerasse, qui rerum nomina φυσει esse dicerent, ut Proclus qui de ipso ait: Ὠετο φυσει ειναι τα ονοματα, ὡς εργα φυσεως προηγουμενα, ὡς την φωνην, και την ὁρασιν· και ὡς το ὁραν και το ακουειν, ὁυτως και το ονομαζειν, *Existimavit nomina sic esse naturâ, ut sunt opera naturae praemissa, ut scilicet vocalis sonus, aut visionis functio. Quippe cuius sunt conditionis videre et audire, eiusdem est et nominare.* Schol. in Cratyl. Cap. XVII. Itemque Origenes: Λογος βαθυς και απορῥητος ὁ περι φυσεως ονοματων, ποτερον, ὡς οιεται Αριϛοτελης, θεσει εϛι τα ονοματα, η, ὡς νομιζουσιν οἱ απο της Στωας, φυσει, μιμουμενων των πρωτων φωνων τα πραγματα, καθ' ὡν τα ονοματα, καθο και ϛοιχεια τινα ετυμολογιας εισαγουσιν· η, ὡς διδασκει Επικουρος, ἑτερως η ὡς οιονται οἱ απο της Στωας, φυσει εϛι τα ονοματα, απορῥηξαντων των πρωτων ανθρωπων θινας φωνας κατα των πραγματων, *Alta et arcana quaestio est de nominum natura: utrum, sicut placet Aristoteli, ex instituto imposita sint rebus vocabula: an, ut volunt Stoici, ex natura sint, primis vocibus res ipsas imitantibus, unde post nata nomina fuerint: quod ex nominum originationibus eruere sibi visi sunt: an ut docuit Epicurus, a Stoicis dissidens, natura quidem nomina sint, sed ita ut primi homines quasdam voces effuderint diversas pro diversis, in quas incidebant, rebus.* Cont. Celsum, Lib. I n. 24 pag. 341 et seq. Ed. MM. T. I.

Sed hos aliosque, si qui sint, eamdem sententiam Epicuro affingentes, vel dextere esse interpretandos, quasi idcirco dixerint Epicuro placuisse φυσει esse τα ονοματα, quod ille docebat homines ex voce quam a natura habebant, naturaliter ea efformasse; vel illius Philosophi mentem non satis adsequutos fuisse dices, si ipsius Epicuri verba, quae ex eius ad Herodotum Epistola heic exscribam, accurate consideres. Ea autem sic habent: Ὑποληπτεον και την των ανθρωπων φυσιν πολλα και παντοια ὑπο των αυτην περιεϛωτων πραγματων διδαχθηναι τε και αναγκασθηναι· τον δε λογισμον τα ὑπο ταυτης παρεγγυηθεντα, και ὑϛερον επακριβουν και προσεξευρισκειν ἐν μεν τισι θαττον, εν δε τισι βραδυτερον, και εν μεν τισι κατα περιοδους και χρονους μειζους απο των του απειρου, εν δε τισι κατ᾽ελαττους. Ὁθεν και τα ονοματα εξ αρχης μη θεσει γενεσθαι, αλλ᾽αυτας τας φυσεις των ανθρωπων, καθ᾽ἑκαϛα εθνη ιδια πασχουσας παθη και ιδια λαμβανουσας φαντασματα, ιδιως τον αερα εκπεμπειν, ϛελλομενον ὑφ᾽ἑκαϛων των παθων και των φαντασματων, ὡς αν ποτε και ἡ παρα τους τοπους των εθνων διαφορα ειη. Ὑϛερον δε κοινως καθ᾽ἑκαϛα εθνη τα ιδια τεθηναι, προς το τας δηλωσεις ἡττον αμφιβολας γενεσθαι αλληλοις, και συντομωτερως δηλουμενας. Τινα δε και ου συνορωμενα πραγματα εισφεροντας, τους συνειδοτας παρεγγυησαι τινας φθογγους, ὡν τους μεν αναγκασθεντας αναφωνησαι, τους δε τῳ λογισμῳ ἑλομενους κατα την πλειϛην αιτιαν οὑτως ἑρμηνευσαι. *Opinandum est naturam hominum multa et varia ab rebus ipsam circumstantibus edoctam fuisse atque coactam: ratiocinationem autem, quae ab ea quasi per manus tradita fuissent, postea diligentius explicuisse, et adinvenisse in quibusdam celerius, in quibusdam autem tardius, ita ut quaedam inventa sint periodis et temporibus inde ab infinito, alia periodis et temporibus minoribus. Unde et (intelligitur) nomina ab initio non fuisse imposita, sed ipsas hominum naturas per singulas gentes specialibus animi motibus adfectas propriisque visionibus perculsas peculiari quadam ratione aërem emisisse elisum secundum singulos adfectus et visiones, prout varia fuit locorum gentiumque differentia: postea vero apud unamquamque nationem propria nomina communi consensu fuisse imposita, ut significationes evaderent minus ambiguae, et res possent compendiosius explicari. Quasdam insuper res antea non conspectas inferentes eos, qui eas res noverant, insinuasse quasdam voces, quarum alias pronunciasse coactos, alias ratiocinatione acceptas plurima ex causa ita interpretatos esse.* Epist. ad Herodot. apud Laërt. Lib. X Segm. 75 et seq. Quo in loco Epicurus, quum omnia ab hominibus nullo praeceptore, sed natura tantum instimulante et iuvante, adinventa esse profiteatur; principio monet quaedam celerius, quaedam vero tardius et per periodos reperta fuisse, hominum ratiocinatione paulatim expoliente et perficiente ea quae veluti rudia elementa ipsis forent a natura quasi per manus tradita atque commissa, τα ὑπο ταυτης (φυσεως) παρεγγυηθεντα. Haec deinde principia sermonis inventioni admovens, tres in huiusmodi inventione periodos ac veluti intervalla distinguit. Atque in prima periodo id commemorat quod hominibus ad sermonis inventionem natura ipsa suppeditavit, scilicet τον αερα εκπεμπειν ϛελλομενον ὑφ᾽ ἑκαϛων των παθων και των φαντασματων, *aërem ore emittere prout ad ipsum elidendum proprii animi motus peculiaresque visiones instimulabant*: quae verba quid proprie valeant, mox videbimus. In secunda periodo ponit Epicurus nominum impositionem κοινως *communiter* apud singulas nationes factam: in tertia denique alteram nominum impositionem ab iis profectam, quibus, quum novas res proponerent, nova pariter vocabula ad eas denotandas procudere necesse fuit. Quae omnia utrum bene, vel male Philosophus ille, nunc nihil ad nos. Illud potius videndum, anne in ulla supra expositarum periodorum, nominum uspiam meminerit quae *imposita* ab hominibus non sint, et propterea φυσει esse τα ονοματα adfirmaverit. Quod sane in secunda vel tertia periodo illum prodidisse nemo umquam somniavit: quippe in quibus rem esse de vocabulis, quae sunt θεσει, dubitare non licet. Itaque illuc redit quaestionis summa, utrum in priori periodo Epicurus de *nominibus* loquutus sit: illud enim, quidquid tandem sit, quod ibi ponit, φυσει esse certe putat, non θεσει. Iam vero illa in periodo non de *nominibus* res est, sed de *voce*, scilicet non de *dictionibus*, sed de *sono*, quem naturaliter utique homines ex ore emittunt. Quod primum omnium patet ex verbis ab Epicuro adhibitis τον αερα εκπεμπειν, quae nihil aliud significant apud illum quam *sonum* vel *vocem edere*: ipse enim aiebat, teste Plutarcho, Την φωνην ειναι ῥευμα εκπεμπομενον απο των φωνουντων η ηχουντων, η ψοφουντων, *Vocem esse fluxum emissum a rebus vocalibus, quae aut sonent, aut strepant*, De Placit. Philos. Lib. IV Cap. 19 pag. 902 Deinde clarissime elucet eadem res ex Epicuri contextu: nam praemittit Epicurus, *naturam hominum multa ab rebus ipsam circumstantibus edoctam fuisse atque* COACTAM αναγκασθεναι, et ratiocina-

tionem ea quae a natura veluti per manus tradita fuissent και ὑϛερον επακριβουν, και προσεξευρισκειν, *et postea diligentius explicuisse et adinvenisse.* Sed si *nomina* ab natura imposita fuisse mox Epicurus diceret illis verbis τον αερα εκπεμπειν, quae tandem necessitas homines adigere poterat, ut ὑϛερον κοινως τα ιδια nomina imponerent? Et hac in re quid, praeter id quod ipsis natura paraverat, profecissent, adeo ut de nominum impositione dici posset hominum λογισμον τα ὑπο ταυτης παρεγγυηθεντα και ὑϛερον εξακριβουν, και προσεξευρισκειν? Accedit, quod ex nominum impositione ab hominibus facta, duo commoda hominibus ipsis redundasse mox Epicurus adfirmet: nempe τας δηλωσεις ἡττον αμφιβολας γενεσθαι αλληλοις, και συντομωτερως δηλουμενας, *ut significationes evaderent minus ambiguae, et res possent compendiosius explicari.* Atqui hoc Epicurus dicere non poterat, si ulla nomina φυσει fuisse arbitratus esset: nam Philosophus naturae vires ubique praedicans numquam concessisset, homines nominibus ab natura ipsa comparatis non potuisse res nec citra ambiguitatem nec satis compendiose explicare. Quae omnia, ut alia minutiora omittamus, satis ostendunt, Epicurum in priori illa periodo non de *nominibus* sermonem habuisse, sed de *voce*: et non *dictiones* λεξεις, vel *nomina* ονοματα naturae tribuisse, sed *voces* φωνας; ex quibus certe hominum ratiocinationem, necessitate stimulante, rerum nomina efformasse putabat. Quam Epicuri sententiam paucis verbis nitidissime complexus est Lucretius quum ait:

At varios linguae sonitus natura subegit
Mittere; et utilitas expressit nomina rerum.

Lib. V 1027 et seq. Ubi vides varios linguae sonitus, nempe *voces* tribui naturae: nomina autem rerum, hominum industriae; a qua *utilitas*, idest *usus necessitas* ea expressit: quod Epicurus dixerat ὑπο των περιεϛωτων πραγματων διδαχθηναι τε και αναγκασθηναι. Consule quae ad supra citatos Lucretii versus adnotaverant Thoma Creech, et Gilbertus Wakefield. Itaque illa Epicuri verba Ὁθεν και τα ονοματα εξ αρχης μη θεσει γενεσθαι, nihil aliud valent, nisi, *Unde* (intelligitur) *nulla ab initio nomina imposita fuisse:* nimirum quia non nomina ab initio, ex eius sententia, fuerunt, sed tantum *voces*, idest soni. Sonos autem varios, si Epicuro fides, primi homines edebant prout quisque ab rebus, in quas incidebat, afficiebatur. Huiusmodi sonos ad sermonis inventionem natura ipsis suppeditavit. His utentes non sermonem adhuc habebant, sed *vocem*, cuius ope animi sensus promere quidem conabantur: sed ea res infeliciter admodum ipsis cedebat, ut innuit Lucretius illis verbis:

Vocibus et gestu quum BALBE *significarent.*

Lib. V 1021. Balbutiebant enim, non loquebantur;

Donec verba, quibus voces sensusque notarent,
Nominaque invenere,

ut ait Venusinus Sat. III Lib. I v, 103 et seq.: quae non φυσει esse, sed θεσει Epicurus profitetur: et ea imposita esse partim κοινως καθ' ἑκαϛα εθνη, quo significationes evaderent tum minus ambiguae, tum magis compendiosae; partim vero ab iis qui novas res proponentes, novis eas vocabulis designant. Haec autem longius, quam fortasse decuit, prosequuti sumus, ne vel Epicurus contra nostrum supplementum adlegaretur, vel nos temere videremur ab eorum sententia discessisse, qui Epicurum ipsum ad alia omnia trahunt.

Μ
ΕΝ ΝΟΥϹ
ΟΤΙΔΑΙΜΕΝΚΑΤΕΝΑΡ
ΓΕΙΑΝΑΙΔΕΚΑΤΑΔΟ
ΞΑΝΤΙΘΕΝΤΑ ΚΑΙ
ΤΙΝΕϹΜΕΝΠΡΟϹΔΙΔΑϹ
ΚΟΥϹΙΝΕΝΙΑΤΙΝΕϹΔΟ
ΚΑΙΤΙΝΕϹΜΕΝΕΠΟΥ
ΘΕΝΨΕΥΔΟϹΚΑΤΑΦΕ
ΡΟΥϹΙΝΤΙΝΕϹΔΕΚΑ
ΤΑΦΕΡΟΥϹΙΚΑΙΠΑ
ΡΑΤΟ ΙΝΩϹΚΕΙΝ
ΟΛΩ ΑΤΙΝΑϹΑΙΤΙ
ΑϹΑΝΤΙΜΕΤΑΛΗΠΤΕ
ΟΝΛΕΞΕΙϹΑΝΤΙΛΕ
ΞΕΩΝΚΑΙΤΑΚΤΕΟΝ
ΤΩϹΑΛΛΟΥΧΟΥΤΩϹ
Μ Δ ΩϹΜΟΧΘΗ
ΟΝΤΟΛΕΓΕΙΝΕΤΕΡΟΝ
ΕΤΕΡΟΝΚΑΙΠΩϹΟΥ
Μ ΘΗΡΟΝΜ Δ ΤΙ
Τ ΟΜΑϹΙΩ Α
Ε ΙΑ

ΡΜΕ

COL. XVII

Gio. B.ª Malesci dis. — Carlo Malesci inc.

COLUMNA XVII.

ὁτι δ' αἱ μεν κατ' εναργειαν, αἱ δε κατα δοξαν τιθενται· και τινες μεν προσδιδασκουσιν ενια, τινες δ' ου· και τινες μεν επ' ουθεν ψευδος καταφερουσιν, τινες δε καταφερουσι. Και παρα το μη γινωσκειν ὁλως δια τινας αιτιας αντιμεταληπτεον λεξεις αντι λεξεων, και τακτεον ὁυτως, αλλ' ουχ ὁυτως· μηδε πως μοχθηροτερον το λεγειν ἑτερον, η ἑτερον, και πως ου τι μοχθηρον· μηδε τι εν τοις ονομασι . . . . .

quandoquidem aliae (dictiones) secundum evidentiam, aliae secundum opinionem imponuntur: et aliae profecto quaedam plenius ostendunt ac docent, aliae vero nequaquam: rursus quaedam ad nullam fallaciam adigunt, quaedam vero adigunt. Praeterea eo quod ignoretur omnino quibus de causis dictiones cum dictionibus commutandae, aliaeque pro aliis adsumendae sint, atque construendum sic, non autem sic; neque intelligatur quomodo vitiosius sit dicere aliud, quam aliud, tum quomodo quid vitiosum non sit; neque quidnam in vocabulis.....

Lin. 1 et seqq. Αἱ μεν κατ' εναργειαν, αἱ δε κατα δοξαν τιθενται. Supple Λεξεις: tum quia huius periodi contextus omnino id poscit; tum quia infra huiusmodi vox occurrit. Nimirum quum prope finem superioris Columnae inter obscuritatis causas Auctor retulisset, quod credatur vocabula seu dictiones esse rebus ab ipsa natura inditas; hinc arrepta occasione, docuit fortasse, diligenter ei, qui perspicuitatem in dicendo sectetur, adtendendam esse rationem qua vocabula imposita sint: quandoquidem non omnes dictiones eadem ratione imponuntur, sed *aliae secundum evidentiam*, *aliae secundum opinionem:* et prout varie impositae fuerunt, aliae sunt aliis ad aliquid docendum aptiores, tum quaedam magis, quaedam minus fallaces, ut continuo Philodemus subdit. Epicurus profecto, a quo Noster forsan haec hausit, frequenter inculcabat, *Diligenter oportere exprimi quae vis subiecta sit vocibus*, teste Tullio De Finib. Lib. II Cap. 2. Sic nempe Epicurus ipse ad Herodotum scribens: Πρωτον μεν τα ὑποτεταγμενα τοις φθογγοις, ω 'Ηροδοτε, δει ειληφεναι, ὁπως αν τα δοξαζομενα, η ζητουμενα, η απορουμενα εχωμεν εις ὁ αναγοντες επικρινειν, και μη ακριτα παντα ἡμιν εις απειρον αποδεικνυωσιν, η κενους φθογγους εχωμεν· αναγκη γαρ το πρωτον εννοημα καθ' ἑκαςον φθογγον βλεπεσθαι, κ. τ. λ. *Primum quidem, o Herodote, quae subiecta sunt vocibus oportet comprehendere, ut ea quae opinamur, sive quaerimus, sive de quibus ambigimus, ad ea referentes diiudicare possimus: et ne extra iudicium omnia nobis esse in infinitum demonstretur, sive etiam ne inanes voces habeamus: necesse enim est primam notionem per unamquamque dispici vocem*, etc. Apud Laërt. Lib. X Segm. 37 et seq. Caeterum Philodemi loco, quem exponimus, plurimam lucem affundunt haec Empirici verba, quae idcirco libenter adscribimus: Ο῾ περιεσκεμμενος τινες των λεξεων κατα την συνηθειαν κεινται, και τινες δοξαςως, τω ἑκαςῳ προσφορον αποδιδωσι. Βαλανειον μεν γαρ ανδρειον κατα την συνηθειαν ειρηται, απο του ανδρας λουειν· ὁ δε πλουσιος, μακαριος, και ὁ θανατος, κακον, των δοξαςων· το τε γαρ, τον θανατον των κακων ειναι, και τον πλουτον των αγαθων, αδηλον και δοξαςον, *Is qui considerat quaenam dictiones impositae sint ex consuetudine, et quaenam ex opinione, unicuique reddit id quod est ei appositum et congruens. Nam balneum quidem dictum est* ανδρειον, *virile, ex consuetudine, propterea quod viros lavet. Dives autem beatus, et mors malum, ex opinabilibus. Nam et quod mors sit malum, et divitiae bonum, est ex iis quae sunt incerta et opinabilia.* Advers. Rhet. Segm. 53. Denique quod attinet ad κατ' εναργειαν et κατα δοξαν, huc conferenda sunt quae Epicurei docebant de certa sensuum fide, deque opinionum fallacia. Nam Επικουρος, ait Plutarchus, πασαν αισθησιν και πασαν φαντασιαν, αληθη· των δε δοξων τας μεν αληθεις, τας δε ψευδεις, *Omnem sensionem, omnemque phantasiam esse veram; opinionum autem alias quidem veras, alias vero falsas* putabat. De Placit. Philosoph. Lib. IV Cap. 9 pag. 909 Francof. 1599. Qua de re Tertullianus: *Epicurei parem omnibus* (sensibus) *atque perpetuam defendunt veritatem... non enim sensus mentiri, sed opinionem.* De Anima, Cap. XVII pag. 275 Venet. 1744. Vide Lucretium Lib. I v. 700 seq., Lib. IV v. 465 et seqq. et v. 480 et seqq., Laërtium Lib. X Segm. 31 et seq., et Segm. 146 et seq. Denique consule omnino Sextum Empiricum Lib. I Advers. Logic. Segm. 203 et 368, tum Advers. Logic. Lib. II Segm. 9.

Lin. 4 et seq. Προσδιδασκουσιν. Verbum hoc Lexicis insertum a Londinensibus Stephaniani Thesauri editoribus absque ullo probati auctoris testimonio, ex doctorum hominum tamen votis et coniecturis: quandoquidem ad corruptum Luciani locum restituendum viam munit. Nam in Contemplant. Cap. VII, T. I pag. 498 in illis a Charonte prolatis verbis Προδιδασκε με, και αποκρινου ερωτωντι, vocabulum προδιδασκε nullum profecto commodum sensum reddit: adeo ut doctissimus Hemsterhusius profiteatur, *quorsum ibi spectet* προδιδασκειν *se non intellexisse;* et diserte pronuntiet *in* προ *nescio quid haerere vitii.* Itaque unius tantum litterulae additione rem componendam censuit Schaefferus, qui in suis MSS. monuit legendum esse προσδιδασκε. Hanc sane lectionem prae se ferebat Codex Card. Poli. Sed huiusmodi optimam emendationem ex unius Codicis fide in Lucianeum contextum recipere nemo ausus erat, eo quod προσδιδασκω nullius adhuc Graeci Scriptoris testimonio nitebatur. Iam vero Parisienses Stephaniani Lexici editores eiusmodi τω προσδιδασκειν maculam nuper absterserunt, simulque Luciani locum secure emendandi potestatem fecerunt, idoneum eius vocis adsertorem adferentes, Platonem nempe in Charmid. pag. 173, D. Cui nunc conspirantem Philodemi auctoritatem adiungi, non iniucundum horum studiorum amatoribus fore confidimus.

Lin. 6 et seqq. Και τινες μεν επ' ουθεν ψευδος, κ. τ. λ. De dictionibus adhuc loquitur Auctor; quarum alias ait ad nullam fallaciam ducere, quod fortasse de illis intelligit quas κα-

τ'εναργειαν positas esse iam dixerat: alias vero ad errorem ducere adfirmat; quod forsan dictum voluit de illis, quas κατα δοξαν poni monuerat.


Lin. 9 et seqq. Και παρα το μη γινωσκειν, κ.τ.λ. E digressione, qua attigit vocabulorum originem, iam redit ad propositum, et resumit enumerationem causarum, ob quas ασαφεια ανεπιτηδευτως locum habet.

Lin. 14 et seq. Τακτεον ούτως, αλλ' ουχ ούτως. Non absimile illud Aristotelis: Διαφερει γαρ τι προς το δηλωσαι ώδι, η ώδι ειπειν, *Interest enim ad quidpiam declarandum itane, an ita dicas*, Rhetoric. Lib. III Cap. 1 pag. 584 T. II Paris. 1629. Sed Aristoteles ibi loquitur de omnibus elocutionis artificiis, quorum necessitatem inculcat; Noster autem unam spectat verborum collocationem quatenus refertur ad perspicuitatem. Porro per vitiosam collocationem ambiguitatem gigni Quintilianus etiam monet quum alibi, tum Lib. VII Cap. 9 pag. 558; nec non, ut caeteros omittam, Aristoteles, Rhetorica ad Alexandr. Cap. XXVI pag. 865 T. III Paris. 1654. Caeterum de verborum collocatione mira praedicant Rhetores ad elocutionis ornatum ac vim attinentia: de quibus legendus Quintilianus Lib. IX Cap. IV pag. 693 et seqq., Dionysius Longinus De Subl. Sect. XXXVIII pag. 208 et seqq. (qui duos, ut ibi ait, Περι Συνθεσεως Libros conscripserat), Cicero de Oratore Lib. III Cap. 44 et seqq., tum Orat. Cap. XLIV et seq., ibid. Cap. LI et seqq.; prae reliquis autem Dionysius Halicarnasseus Περι Συνθεσεως Ονοματων. Sed haec omnia fere deridebat Epicureus Noster, qui heic illam verborum collocationem curandam esse innuit, quae ad Grammaticam potius quam ad Rhetoricam pertinet, quamque satis probe observabit qui linguam non ignoret. Sane si obscuritatis causas ad trutinam revoces, quas Auctor vel in superiori vel in praesenti Columna recenset; eas eiusmodi esse deprehendes, ad quas removendas non Rhetorum praeceptis, sed naturali solertia, philosophicis doctrinis, et linguae peritia quis tantummodo indigeat. Qua in re Philodemus summa vigilantia suis se principiis consentientem praebet.

Lin. 16 et seq. Μηδε πως μοχθηροτερον. Restituendum duxi μοχθηροτερον tum quia hoc pacto phrasis melius fluere visa est; tum etiam ut litterarum series in hac linea ad iustam mensuram excresceret: nam si legas μοχθηρον, habebis versum XII tantummodo litteras complectentem, cuius rei exemplum in toto hoc volumine nusquam occurrit; quandoquidem singulae lineae litteras XVII ut plurimum, quandoque etiam ad XX, quandoque XVI, vel XV, rarissime admodum XIV continent, quae sunt omnium brevissimae. Ad haec, si heic μοχθηρον praeferas; quod mox sequitur, πως ου τι μοχθηρον, facile redundaret.

Lin. 17 et seq. Λεγειν έτερον, η έτερον. Η secure supplevimus, quamquam nullum in Archetypo post primum έτερον deficientis litterae indicium appareat. Nam sive comparativum μοχθηροτερον nobiscum retineas, sive μοχθηρον legere malis; particulam Η hic sententia non requirit tantum, sed prorsus flagitat, ut vides. Alioquin ea particula amanuensi heic excidere nullo negotio potuit, vel quia aures parum vigilantes dictanti praebuit, vel quia is, qui dictabat, του Η pronuntiationem in Ε insequentis έτερον inclinavit. Caeterum hinc patet, ni fallor, sonum του Ε ab sono του Η apud veteres *quantitate* tantum, nulla praeterea alia ratione diversum fuisse.

Lin. 19 et seq. Μηδε τι εν τοις ονομασι. Vides hic vocabulo ονομασι, subsequente vocali, minime appositum esse Ν παραγωγικον ad vocalium concursum devitandum. Quod utrum ex negligentia, an ex proposito factum sit, non equidem decerno. Supra lin. 7 et seq. καταφερουσιν vice versa cum Ν παραγωγικω elatum cernis, etsi sequatur consonans, iuxta Atticorum consuetudinem. Eiusdem fere generis videri possit, quod supra, linea 15 occurrit, nempe ούτως, sequente consonante, pro ούτω; cuius rei alterum exemplum praebet Col. III huius Voluminis, ubi nonnihil hac de re. Caeterum quid heic ad sententiam absolvendam desideretur, divinare non ausim: quum nullae ex subiecta lacuna litterae emerserint, quae probabili coniecturae ansam praebeant.



Gio. B.a Malesci dis. — Carlo Malesci inc

COLUMNA XVIII.

καθολου τας αλλας διαφορας , ὧν εκθεσιν εν τοις περι τουτων ποιουμεθα λογοις. Προς δε τουτοις , ἃ και παρα τισι των τεχνο- γραφων κατακεχω- ρισται , δια το κατα- πυκνουν τοις ὑπερ- βατοις , ουκ ουσης α- ναγκης , χρησιμευ- ειν ὑπολαμβανοντας· αν δε αναγκαιον ῃ χρησθαι , μη βραχυτα- τον ὡς μαλιστα τον κυκλον ποιειν , και. . . .

alias in genere differentias , quas in de his rebus Commentariis exponimus. Praeter haec autem (quae a quibusdam etiam huius artis Scriptoribus litteris prodita sunt), eo quod hyperbati , nulla intercedente necessitate , frequentiam utilem esse existiment : sicubi autem necessarium sit illud adhibere , traiectionis ambitum non faciant , quam maxime fieri possit, brevissimum, et....

Lin. 1 et seq. Καθολου τάς αλλας διαφοράς. Quarum rerum differentias vel his verbis Auctor praetereat, vel in superioribus persequutus sit, aliis divinandum permitto: quum etsi satis frequentes prima fronte videantur litterae, quae e superposita lacuna emerserunt; ex iis tamen nihil equidem refingere quiverim, quod satis mihi faceret. Caeterum patet Philodemum heic attigisse vocabulorum differentias, habito respectu ad rerum, quas vocabula ipsa significant, diversitatem: nam et in postremis, quae ex praeced. Columna supersunt, verbis, de τοις ονομασι sermonem iniecerat; et sequenti Columna, in qua, ni fallor, pleraque monet ad obscuritatis causas, quas enumeraverat, depellendas apprime facientia, rerum utique diversitatem in scribendo summopere adtendendam esse praecipit illis verbis: Τα δε πραγμαθ' ότι τα μεν αλληλοις ώμοιωται, τα δε διαφερει, και τα μεν μαλλον, τα δ' ηττον, τα δ' ώμοιωται και διαφερει κατ' αλλο και αλλο· κατα συμβεβηκος καλον μεν εςιν, κ. τ. λ. lin. 8 et seqq.

Lin. 3 et seq. Εν τοις περι τουτων ποιουμεθα λογοις. Nempe in Libris Περι Λεξεως, in quibus totam hanc materiam εξεργαςικως se pertractasse inquit supra, Col. XIII lin. 11 et seqq.

Lin. 5. Προς δε τουτοις. Ad obscuritatis causas, quas huc usque recensuit, hoc referri manifestum est; nam ad aliam rursum causam indicandam mox gradum facit illis verbis δια το καταπυκνουν, κ. τ. λ.: ubi supple, ασαφεια γινεται δια το καταπυκνουν, κ. λ.


Lin. 7 et seq. Κατακεχωριςαι. Hoc quidem verbum vertimus *litteris prodita sunt:* quo sensu Καταχωριζω est hactenus Lexicographis ignotum. Sed nostram versionem confirmat primum omnium contextus: deinde vetus Inscriptio continens Decretum Civitatum Hermion. et Azinaeor., quam habes apud Donium, Inscript. Antiq., Class. IV pag. 136 et seq., Florent. 1731, ubi lin. 23 et seq. dicitur, Τους νομογραφους...καταχωρισαι τουτο δογμα, quod lin. 27 est Αναγραψαι δογμα, *Placitum litteris prodere.* Denique hac etiam significatione idem verbum occurrit apud Dionysium Halicarnasseum, quum ait ad Pompeium scribens: Γραφεις, ότι τας συνταξεις τας εμας... διαπορευομενος...τα μεν αλλα θαυμαζεις, ένι δε μερει δυσχεραινεις των εν αυταις κατακεχωρισμενων, τη Πλατωνος κατηγορια, *Scribis, te mea Commentaria...percurrentem..., alia quidem omnia suspicere, una vero parte offendi ab iis rebus, quae in illis proditae sunt, Platonis scilicet reprehensione.* Epist. ad Pompei. Cap. I pag. 201. Nimirum quum καταχωριζειν proprie sit *ordinare, collocare, disponere*; eleganter ad scribendi negotium transfertur; siquidem operae pretium est ea, quae scribuntur, ac litteris produntur, apto ordine componere ac digerere. Hinc pariter manat ea eiusdem verbi significatio, nostrae quam maxime adfinis, qua valet, quidpiam in publica acta referre, ut apud Iosephum Hebraeum: Την τε επιςολην αποδοθεισαν εδεξαμεθα, και κατεχωρισαμεν εις τα δημοσια ήμων γραμματα, *Epistolam traditam accepimus, et in publicas nostras tabulas retulimus*, Antiq. Iud. Lib. XIV Cap. X §. 20 pag. 711 T. I Ed. Haverc.: itemque apud Diodorum Siculum, qui de Aegypto ait: Επι των αρχαιων χρονων εσχε κωμας αξιολογους, και πολεις πλειους των μυριων και οκτακισχιλιων, ώς εν ταις αναγραφαις όραν εςι κατακεχωρισμενον, *Memorabiles quondam vicos habuit, et urbes ultra XVIII M., ut in Commentariis sacris suo notatum loco videre est.* Biblioth. Hist. Lib. I Cap. 31 pag. 36 T. I. Caeterum de verbo καταχωριζειν vide Wesselingii notas in hunc Diodori locum, Casaubonum in Strabon. Lib. I pag. 30 A. T. I Amstel. 1707, et Frider. Guil. Sturzium De Dialect. Macedon. et Alexand. pag. 174 Lipsiae 1808, qui tamen cur καταχωριζειν retulerit inter voces novas et Alexandrinae dialecti peculiares, ego plane non video. Quod superest, hoc Graecae eruditionis cultoribus Philodemus heic adtulit novi, quod verbum illud, absque ulla praepositione vel adiuncto, absolute usurpaverit: qua certe ratione nusquam alibi, quod equidem sciam, hactenus obvium fuit.

Lin. 8 et seqq. Δια το καταπυκνουν, κ. τ. λ. Καταπυκνουν τοις ύπερβατοις heic valet *redundare hyperbatis*, vel in *hyperbatis frequentem esse:* quae neutra του καταπυκνουν significatio in Lexicis adhuc desideratur. Quod ad rem attinet, duobus nominibus Auctor hyperbaton vitio vertit, atque obscuritatis causam esse adfirmat: vel nempe eo quod eius frequentia citra necessitatem utilis existimetur, vel quod sicubi necessarium sit, plus quam decuit protrahatur. Quarum criminationum prior quidem contra Quintilianum facit, qui ait: *Hyperbaton quoque, idest verbi transgressionem, quam frequenter ratio comparationis et decor poscit, non immerito inter virtutes habemus. Fit enim frequentissime aspera et dura et dissoluta et hians oratio, si ad necessitatem ordinis sui verba redigantur, et ut quodque oritur, ita proximis, etiamsi vinciri non potest, alligetur. Differenda igitur quaedam et praesumenda*, etc. Lib. VIII Cap. 6 pag. 629. Sub eadem criminatione esse dicas Dionysium

Longinum, qui non minus impense ὑπερβατον commendat in De Sublim. Sect. XXII pag. 138 et seqq. Ed. Toll. Sed transgressionem longius preductam ipse Quintilianus pariter cum Nostro damnavit, quum inquit: *Plus tamen est obscuritatis in contextu et continuatione sermonis et plures modi. Quare nec sit tam longus, ut eum prosequi non possit intentio: nec traiectione tam tardus, ut in hyperbaton finis eius differatur.* Lib. VIII Cap. 2 pag. 577. Ubi hyperbaton Quintilianus vocat non simplicem verbi transgressionem, quam in supra citato loco commendavit; sed eam, quae praeter aequum et bonum in longum ducatur. Vide quae hac de re habet idem Auctor Lib. IX Cap. 4 pag. 699. Caeterum magis, quam Philodemus ipse, ὑπερβατῳ infensum Aristotelem dices, qui non solum ubi minus necessaria sit vel nimis longa traiectio, eam improbat, sed semper omnino cavendam esse, et obscuritatis causam exsistere pronuntiat illis verbis: Σκοπει την συνθεσιν των ονοματων, ὁπως μητε συγκεχυμενη, μηθ' ὑπερβατη εϛαι· τα γαρ οὑτω λεγομενα, δυσγνωϛατα συμβαινει, *Vide ne confusa sit, neque hyperbati more perturbata nominum compositio: talis enim oratio obscura est et cognitu difficilis.* Rhetoric. ad Alexandr. Cap. XXVI pag. 865 T. III Paris. 1654.

Lin. 15 et seq. Τον κυκλον. Ut hanc vocem restitueremus in causa fuit primum omnium sermonis contextus; deinde masculini generis articulus τον, qui masculinum pariter nomen poscit, cuiusmodi aliud, quod quidem in subiecta materia sollemne sit, praeter illud quod reposuimus, difficillime invenias; ad haec του Λ superior apex adhuc in autographo conspicuus: denique loquendi consuetudo; nihil enim frequentius, quam του κυκλου commemoratio apud scriptores, qui rem, de qua heic agitur, tractant. Quod *periodi* denominatio Graecis Latinisque auctoribus communis iam satis manifestat: quandoquidem περιοδος *ambitum* significat: et ea verborum complexio, quae periodi rationem obtinet, Περιοδος ωνομασθη, απεικασθεισα ταις ὁδοις ταις κυκλοειδεσι και περιωδευμεναις, *Periodus appellata est, quippe quae similis visa est viis orbicularis formae et circumeuntibus*, teste Demetrio Phalereo, De Elocut. num. XI pag. 10 Oxon. 1676. Quocirca, ut observat Quintilianus, *Periodo plura nomina dat Cicero* (idem fere omnia exprimentia): *ambitum, circuitum, comprehensionem, ... circumscriptionem.* Lib. IX Inst. Orat. Cap. IV pag. 721. Ubi citatus Rhetor respexit ea quae legimus in Tullii Orator. Cap. LXI. Hinc vero ait supra laudatus Phalereus: Της Ῥητορικης περιοδου συνεϛραμμενον το ειδος και κυκλικον, και δεομενον ϛρογγυλου ϛοματος, και χειρος συμπεριαγομενης τῳ ῥυθμῳ, *Oratoriae periodi contorta forma et circularis, et quae egeat rotundo ore, et manu, quae una cum numero circumagatur*, num. XX pag. 22. Hinc etiam occurrit apud Dionysium Halicarnasseum, Κυκλικη ευριθμια των περιοδων, *Numerosus ambitus periodorum*, Epist. ad Pompei. Cap. VI pag. 213; itemque, Κατ' επιτηδευμα αἱ κυκλικαι περιοδοι, *De industria in orbem circumductae periodi*, De Vett. Scriptor. Cens. Cap. III pag. 125 et seq.; tum Της αγωγης των περιοδων το κυκλιον, *Rotundus periodorum ductus*, De Isocr. Iud. Cap. XII pag. 157; praeterea, Διανοιαν ολιγοις ονομασιν εξενεχθηναι δυναμενην, μακραν ποιει κυκλογραφων, *Sententiam, quae paucis verbis efferri poterat, in longum producit, circuitu in scribendo usus;* quod de Isocrate Dionysius pronuntiat in De Vi Demosth. Cap. XIX pag. 284: ad haec, *austera compositio* dicitur ab eodem Dionysio Προσθηκαις τισιν ονοματων, ἱνα ὁ κυκλος εκπληρωθῃ, μηδεν ωφελουσαις τον νουν, χρωμενη, *Adhibens, tantummodo ut orbes orationis expleantur, quaedam nominum additamenta ad sententiam illustrandam neutiquam utilia,* De Composit. Verbor. Cap. XXII pag. 40; qui locus apprime ad rem praesentem facit: heic enim ὁ κυκλος absolute ponitur pro *orationis seu sermonis ambitu* eodem pacto ac in loco Philodemi, quem sanandum curamus, κυκλος absolute dicitur ὑπερβατου sive *traiectionis* circuitus. Iam vero si quaevis sermonis continuatio et comprehensio, quae integram sententiam exprimit, περιοδος et κυκλος dicitur, etiamsi verborum series recto ordine procedat; longe profecto aptius κυκλος appellatur verborum collocatio, in qua ὑπερβατον dominatur. Huiusmodi enim tropi ea est indoles ac natura, ut directum sermonis ordinem auferat, ac pro recta verborum serie tortuosam inducat. Quamobrem sic a Tullio definitur: *Transgressio est quae verborum perturbat ordinem, perversione aut traiectione*, Ad Herenn. Lib. IV Cap. 32: a Longino autem, Λεξεων η νοησεων εκ του κατ' ακολουθιαν κεκινημενη ταξις, *Verborum sententiarumque emota ordine naturali dispositio*, De Sublim. Sect. XXII pag. 138 Ed. Toll.: et Quintilianus ὑπερβατον opponit sermoni, *cui rectus ordo* est, Lib. IX Cap. 4 pag. 699; tum illud eo praecipuo nomine commendat, quod *Nec aliud potest sermonem facere numerosum, quam opportuna* ORDINIS MUTATIO, Lib. VIII Cap. 6 pag. 629. Ad hanc porro του κυκλου cum hyperbati indole pe-

culiarem analogiam pertinet, quod Longinus eos, qui ὑπερβατον adhibent, hominibus comparet, qui ab aliqua animi affectione abrepti quum aliunde orationem inchoaverint, ab eiusdem subinde continuatione delabentes, ad alia saepe transiliant, et quibusdam ita perturbate interiectis, ad institutum rursus sermonem revertantur, Αυθις επι τα πρωτα ανακυκλουντες, idest *Ad priora quasi confecto ambitu redeuntes*, De Sublim. Sect. XXII pag. 140 Ed. Toll. Hinc etiam ab eodem auctore Demosthenes dicitur Επεισκυκλειν αλλ' επ'αλλοις, idest *Alia super alia in circuitum inserere*, quum hyperbatis utitur. Sic nempe Longinus: Πολλακις τον νουν, ὃν ὡρμησεν ειπειν, ανακρεμασας, και μεταξυ, ὡς εις αλλοφυλον και απεοικυιαν ταξιν, αλλ' επ' αλλοις δια μεσου, και εξωθεν ποθεν επεισκυκλων, εις φοβον εμβαλων τον ακροατην, ὡς επι παντελει του λογου διαπτωσει, και συναποκινδυνευειν ὑπ' αγωνιας τῳ λεγοντι συναναγκασας, ειτα παραλογως δια μακρου το παλαι ζητουμενον ευκαιρως επι τελει που προσαποδους, αυτῳ τῳ κατα τας ὑπερβασεις παραβολῳ, και ακροσφαλει πολυ μαλλον εκπληττει. *Frequenter accidit, ut dum sententiam, quam inchoaverat, suspendit* (Demosthenes), *et interim ad alieni generis ac omnino diversi sermonis tramitem deflectens, alia aliis intermedia et forinsecus accersita in traiectionis ambitum inducit, ubi iam auditoribus illum incussit metum, ac si prorsus ab instituta sit oratione aberraturus, eaque trepidantes sollicitudine una secum periclitari coëgit, longo tandem post tempore, quod dudum desideratum fuerat, ex inopinato, sed opportune subiiciens, felici quidem illa sed ancipiti et periculosa in trasponendis verbis et sententiis audacia, multo illos, quam alias vehementius commoveat ac percellat.* De Sublimit. Sect. XXII pag. 142 et seq. Ed. Toll.



ΤΗΣΘΑΙ
ΝΕ
ΛΟΓΟΝ
Ο
ΙΗ Α
ΤΑΙΣ ΕΩΚ Ι
ΝΑΙΣΧ ΗΣΘΑΙΜΕΤΑ
ΤΟΥΠΡΕΠΟΝΤ ΣΚΑΙ
ΜΗΤΑΚΥΡΩΣΜΗΤ ΚΑ
ΘΟΛΙΚΩΣΜΗΤΕΚΟΙΝΩΣ
ΑΛΛΑΡΗΤΩΣΕΚΦΕΡΕΙΝ
ΤΑΔΕΠΡΑΓΜΑΤΑΘΟΤ
ΤΑΜΕΝΑΛΛΗΛΟΙΣΩΜΟΙ
ΩΤΑΙΤΑΔΕΔΙΑΦΕΡΕΙ
ΚΑΙΤΑΜΕΝΜΑΛΛΟΝΤΑ
ΔΗΤΤΟΝΤΑΔΩΜΟ Ω
ΤΑΙΚΑΙΔΙΑΦΕΡΕΙΚΑ
ΤΑΛΛΟΚΑΙΑΛΛΟΚ
ΣΥΜΒΕΒΗΚΟΣΚΑΙ
ΜΕΝΕΣΤΙΝΕΝΑΡ Η
ΤΕΛΕΩΣΤΑ ΩΣ
ΛΟΓΙΣΜΟΥΔ
ΔΟΛΩΣΕΚΤ
ΤΑΣ ΟΗΣ
ΜΕΝ ΠΟΤΗΣ
ΗΣ
Α

ρμζ

COL. XIX

Gio. B.a Malesci dis. — Carlo Malesci inc.

COLUMNA XIX.

. . . . . Και δει μεν ταις τεθ' ὡμιληκυιαις φωναις χρησθαι μετα του πρεποντος· και μητ' ακυρως, μητε καθολικως, μητε κοινως, αλλα ῥητως εκφερειν. Τα δε πραγμαθ' ὁτι τα μεν αλληλοις ὡμοιωται, τα δε διαφερει· και τα μεν μαλλον, τα δ' ηττον· τα δ' ὡμοιωται και διαφερει κατ' αλλο και αλλο, κατα συμβεβηκος· και τα μεν εστιν εναργη τελεως, τα δε ὡς εκ του λογισμου δηλουται, ουδ' ὁλως· επειπερ ουν χρη τας διανοησεις ἡμετερας μεν, ὑπο της λεξεως, αλλ' ὑπο της διανοιας τας πρεπουσας του φωνας.

CAP. VIII.

Quo pacto perspicuitatem adsequi possimus.

. . . . ¶ Atque oportet consuetis quidem ac familiaribus vocibus uti convenienter: et neque improprie, neque universaliter, neque parum distincte; sed certa ac plana significatione eas efferre. Quum autem res vel sibi invicem similes exsistant, vel differant; atque quaedam utique magis, quaedam vero minus; quaedam autem et similes sint et differant secundum aliud et aliud, per accidens; et rursum quaedam sint quidem per se ipsa plene evidentia, quaedam autem quasi ex ratiocinatione, et nec plene declarentur; oportet, non nostras cogitationes utique ex phrasis typo informare, sed elicere ex quaque cogitatione aptas dictiones.

Lin. 1 et seqq. Και δει μεν ταις ποθ' ωμιληκυιαις, κ. τ. λ. Verbum aliquod finitum infinito τω χρησθαι praemittendum esse, ne prorsus manca iaceat sententia, nemo non videt. Δει igitur supplevimus, quod verbum totius Columnae contextus poscere visus est, quippe in qua Philodemus compendiaria ratione tradere instituit quid praecipue ad perspicuitatem in dicendo adsequendam faceret. Nimirum quum causas enumerasset, ob quas ασαφεια ανεπιτηδευτως gignitur, ut ipse ait; non incongrue, hanc de obscuritate tractatiunculam concludens, paucis verbis praecipit quid facto opus sit, ne in obscuritatis vitium incidamus. Qua de re nonnihil in superioribus huius Columnae deperditis lineis Auctorem delibasse puto: proinde τω δει particulam copulativam και praeposui. Deinde ωμιληκυιαις restituendum duxi, tum quod apices litterarum in archetypo superstites id suadebant; tum etiam quod ea vox sententiam praebet Epicureo Nostro, eiusque placitis congruentissimam. Nam quum Rhetorum artes nihili faciat, atque exquisitum et calamistratum dicendi genus odio et contemptu prosequatur; quumque Platonem in obscuritatis scopulum impegisse edixerit eo nomine, inter caetera, quod *obsoletas voces* adamarit (Vide sup. Columm. XIV lin. 15 et quae ibi adnotavimus); merito nunc perspicuitatis adipiscendae viam commonstrans eas tantum voces adhibendas esse statuit quae frequenti hominum usu et consuetudine commendantur, atque idcirco omnibus planae et apertae sunt. Caeterum Rhetores hac in re plenissime consentientes habet. Nam Dionysius Halicarnassensis diserte pronuntiat de Platonis elocutione, quod Την σαφηνειαν ασκει, *Perspicuitati studet*, quum Την κοινοτητα διωκει των ονοματων, *Nominibus communibus utitur*; at Μελαινει τε το σαφες και ζοφω ποιει παραπλησιον, *Diluciditatem obscurat et tenebris similem facit*, semper ac Ὑπεριδουσα των κυριων (ονοματων) και εν τη κοινη χρησει κειμενων, τα πεποιημενα ζητει και ξενα και αρχαιοπρεπη, *Verbis propriis et quae sunt in communi usu posita neglectis, novata et peregrina atque ea quae antiquitatem decent inquirit.* Epist. ad Pompei. Cap. II pag. 204. Tum eodem respectu laudat alibi Dionysius elocutionem, quae Διαλεκτον ακριβουσα ... πανυ την κοινην και συνηθεστατην, ... πεφευγεν απηρχαιωμενων και σημειωδων ονοματων την απειροκαλιαν, *Summum studium habens communis et usitatissimi sermonis, ... verborum obsoletorum et obscurorum insolentiam fugit*, De Isocr. Iudic. Cap. II pag. 150. Ac rursum in De Lysia Iudic. Cap. III pag. 131, eadem ratione commendatur ab eodem auctore dicendi virtus, Δια των κυριων τε και κοινων και εν μεσω κειμενων ονοματων εκφερουσα τα νοουμενα, *Quae propriis verbis, et iis communibus et vulgaribus sensus animi effert.* Quintilianus autem, *Utinam*, inquit, *adiici ad consuetudinem posset, ut nominibus uteremur, ... et verba in usu quotidiano posita minus timeremus*, Lib. II Cap. X pag. 156 et seq. Denique ad rem Tullius: *Dicendi autem omnis ratio in medio posita communi quodam in usu, atque in hominum more et sermone versatur; ... vitium vel maximum est a vulgari genere orationis atque a consuetudine communis sensus abhorrere.* De Oratore Lib. I Cap. 3.

Lin. 2 et seq. Φωναις. Hanc voculam φωναις secure persanavi, eamque probe heic revocatam esse quovis pignore contendam: quandoquidem ea omnia, quae continuo sequuntur, non nisi de vocabulis (id enim φωνη hic καταχρηστικως significat) dicta esse possunt.

Lin. 3 et seq. Μετα του πρεποντος. Omnes Graeci Latinique Rhetores του πρεποντος, id est *decori*, in scribendo habendam esse rationem, passim inculcant. Est autem πρεπον Halicarnasseo Dionysio, Το τοις υποκειμενοις ἁρμοζον προσωποις τε και πραγμασιν, *Quod personis rebusque subiectis convenit*, De Compos. Verbor. Cap. XX pag. 36. A Stoicis, vel a Laërtio ex eorum sententia, definitur: Λεξις οικεια τω πραγματι, *Dictio cuique rei proprie accomodata*, Lib. VII Segm. 59. Eodem spectant reliquae ab aliis traditae definitiones. Quo autem pacto το πρεπον εξει λεξις, vide apud Aristotelem Rhetoricor. Lib. III Cap. 7 pag. 805 T. III Paris. 1654, nec non apud Ciceronem Orat. Cap. XXI et seqq., Dionysium Hal. loc. sup. cit., Quintilianum Lib. XI Cap. 1 pag. 786 et seqq. Caeterum, quod ad rem nostram facit, nihil mirum si Philodemus, qui unam in elocutione perspicuitatem, nihil praeterea curet, heic το πρεπον non secus ac Rhetores commendet: siquidem Tullius ad eam in primis dicendi rationem, quam Noster sectandam esse contendebat, *decorum* refert his verbis: *Fucati medicamenta candoris et ruboris omnia repellentur: ... sermo purus erit, et latinus: DILUCIDE, PLANEQUE dicetur: quod deceat* (hoc est το πρεπον) *circumspicietur.* Orat. Cap. XXIV.

Lin. 5 Μητ' ακυρως. Quam opportune Philodemus ad obscuritatem arcendam moneat ne *improprie* verba efferantur, nemo non videt: siquidem, ut ait Quintilianus, *Rectissime tra-*

ditum est, perspicuitatem propriis, ornatum translatis verbis magis egere, Lib. VIII Cap. 3 pag. 582. Quocirca idem Quintilianus, *Nobis*, inquit, *prima sit virtus perspicuitas, propria verba*, ibid. Cap. 2. pag. 578. Aristoteles autem Rhetoricae ad Alexandrum Caput XXVI.^{m}, quod inscribitur Περι του σαφως δηλουν, *De oratione dilucida*, his exorditur verbis : Πρωτον μεν ονομαζε τοις οικειοις ονομασιν, ὁ τι αν λεγῃς, διαφευγων το αμφιβολον, *Primum quidem quodcumque dixeris, propriis suisque nominibus appella, ambigüitatem devitans*, pag. 865 T. III Paris. 1654. Itemque alibi, Των ονοματων, ait, και ῥηματων σαφη (λεξιν) μεν ποιει τα κυρια, *Ex nominibus et verbis perspicuam elocutionem efficiunt propria*, Rhetoricor. Lib. III Cap. 2 pag. 798. Cicerone etiam iudice, id quod orationem reddit apertam et dilucidam, *Comparatur duabus rebus, usitatis verbis et propriis*, ad Herenn. Lib. IV Cap. 12. Quocum facit ad amussim illud Demetrii Phalerei : Ἡ κυρια και συνηθης λεξις σαφης μεν αει, *Propria et usitata dictio perspicua quidem semper erit*, De Elocut., num. LXXVII pag. 53 Oxon. 1676. Denique, ne nimii simus in re plana, Ἡ των κυριων και μεγαλοπρεπων ονοματων εκλογη, *Propriorum et illustrium verborum delectus*, Longino etiam auctore, σαφηνειαν *perspicuitatem* orationi conciliat, ut legimus in De Sublim. Sect. XXX pag. 164 Ed. Toll.

Lin. 5 et seq. Μητε καθολικως, μητε κοινος. Καθολικως vertimus *universaliter*, ne a graece vocis vi discederemus. Hoc autem Philodemi monitum de vocabulis non *universaliter* efferendis eo spectat, ni valde alucinor, ut dictiones adhibeantur non ad ea omnia denotanda, quae in genere significare possent, sed ad ea tantum, quibus peculiariter significandis eas usus addixit. Sunt nimirum quaedam vocabula quae universalem quamdam significationem suapte natura praeseferunt, quam tamen consuetudo ita ad quamdam peculiarem rem indicandam determinavit, ut si latam illam ac universalem significationem adtendas, obscurissimus evadas. Cuius generis est apud Graecos Γραφω, quod καθολικως est *sculpere*; sed si de alia quavis re, praeter quam de exaratis litterarum notis, proferas, nemo tuam sententiam adsequetur. Sic apud Latinos *Aequor* καθολικως quamlibet *planitiem* denotat; sed de tranquilli maris plana superficie vocabulum illud peculiariter usurpari usus voluit. Sic pariter apud Latinos *Seditio* καθολικως esset quaevis *secessio*; sed hac lata et universali significatione huiusmodi vocabulum efferri consuetudo vetuit. Eiusdem farinae est apud Graecos Αναχωρητης, quae vox in genere eum denotat, *qui secedit*; sed usus invaluit, ut non profecto de quovis homine qui ex qualibet parte secedat diceretur. Porro innumera produci possunt exempla huiusmodi vocabulorum, quae aliud καθολικως exprimunt, aliud prorsus peculiari quadam significatione, quam frequentior usus sanxit. In his igitur vocabulis usurpandis, non *universalem* illam significationem, quae dictiones obscuras redderet, sed peculiarem sequendam esse, perspicuitatis utique studiosus Noster decernit. Ad το μητε κοινως quod adtinet, id principio sic sumendum esse cogitabam, quasi Philodemus vetet vocabula efferri communi ac vulgari ratione. Sed re melius perpensa, consilium illud abieci. Nam primum omnium si hanc κοινως loquendi rationem Auctor excluderet; ut ὡμιληκυιαις φωναις utamur iubere, atque ne ακυρως voces proferamus praecipere paulo ante non poterat: quandoquidem ὡμιληκυια vox est profecto συνηθης, inque κοινῃ χρησει κειμενη : tum κυρια λεξις eadem est quae κοινη, atque ideo dicitur κυρια, quia adeo *communis* est, ut dominetur; unde *dominantia nomina* dicuntur ab Venusino, Art. Poët. v. 234, eadem ipsa quae a Graecis κυρια appellantur; et Κυρια τε, και κοινα, και εν μεσῳ κειμενα ονοματα simul coniungit Dionysius Halicarnasseus ad ea vocabula significanda, quibus Lysiam usum fuisse observat, quaeque ipse mox unica voce κοινοτατα appellat, idest *communissima*, De Lys. Iudic. Cap. III pag. 131. Deinde vero Philodemus, si sobrius quidem et mentis compos haec scripsit, dum nos ad elocutionis perspicuitatem manuduceret, a communi et usitata vocabulorum efferendorum ratione (quae praecipuum est dilucidae orationis fundamentum) dehortari nullo modo potuit. Illud igitur μητε κοινως interpretor, neque adeo indistincte, ut dictio evadat pluribus significationibus pariter communis, et utrum ad hanc potius quam ad illam inclinet non sit definitum. Quam sane interpretationem confirmant verba quae sequuntur, αλλα ῥητως : nam ῥητως εκφερειν, quod Auctor τῳ κοινως opponit, est *certa et distincta significatione efferre*.

Lin. 8. Τα δε πραγμαθ' ὁτι, κ. τ. λ. Vides hic primum πραγματα scriptum fuisse; deinde eius vocis postremam syllabam TA expunctam, et continuo in eadem linea addita ea elementa, quibus non iam πραγματα, sed πραγμαθ' ὁτι conflaretur. Huiusmodi profecto emendatio, vel ut rectius loquar immutatio, ab ipso tantum Auctore vel dictante, vel sua manu scribente

proficisci potuisse videtur. Sed hac de re nonnihil in Praefat. §. IV diximus: quem locum vide si lubet.

Lin. 18 et seqq. Δηλουται, κ. τ. λ. Δηλουται, aut aliud simile verbum, cuius tamen prior littera sit Δ, et significatio eodem recidat, heic supplendum esse totus contextus inclamat. Reliquum autem supplementum partim ex residuis litteris refinximus, partim hausimus ex ipsa re, atque ex Auctoris proposito. Nempe ii qui scribentes rerum, de quibus dicendum est, differentiam parum adtendunt, praesertim si pulchre loquendi nimio studio teneantur, quasvis voces ad rem quamlibet, non sine perspicuitatis detrimento temere adcommodant; et ita orationem consarcinant, ut tantum vocabulorum puerilem curam, nullam autem rerum rationem habuisse videantur. Qua de re sic Dionysius Halicarnasseus: Ετι κἀκεινο πλημμελημα εν τη λεξει, το ὑπο φιλοτιμιας πασι χρησθαι τοις ονομασι πανταχου, τον καιρον μη προστιθεντα· οἷον λεγω ἱστορικον που ονομα, διαλεκτικον, ποιητικον, εκ τραγῳδιας η κωμῳδιας φθεγγεσθαι ονομα. Εστι δε τουτο παιδειας μεν ισως ενδειξις, χρησεως δε απειρια. Δει γαρ διακρινειν τινα δικανικα τε των ονοματων, τινα διαλεκτικα, και τινα ἱστορικα, και τινα ποιητικα, ἑκατερα της ποιησεως, και επιλεγεσθαι τα πολιτικα πανταχοθεν· ει δε μη, και γελοιοι και επιφθονοι φανουμεθα, *Illud praeterea in dicendo vitium occurrit, laudis nimia cupiditate voces velle importune usurpare. Exempli causa verbum historicum, dialecticum, vel poëticum in tragoedia vel comoedia proferre. Est ea fortasse eruditionis alicuius ostentatio, sed usus imperitia. Convenit enim discernere inter iudiciales et dialecticas voces; et quae historica, quae poëtica, vel his propria, demum quae politica sint vocabula recensere, nisi omnium risui et invidiae exponi velimus.* Art. Rhetor. Cap. X §. 11 pag. 112. Huc autem ea etiam pertinent quae habet Quintilianus de iis loquens, qui vitiosa curiositate verba aucupantur, res autem negligunt: *Quaerunt aliquid,* inquit, *quod sit magis antiquum, remotum, inopinatum: nec intelligunt iacere sensus in oratione, in qua verba laudantur. Sit cura elocutionis quam maxima, dum sciamus tamen nihil verborum causa esse faciendum, quum verba ipsa rerum gratia sint reperta: quorum ea sunt maxime probabilia, quae sensum animi nostri optime promunt.* Lib. VIII Prooem. pag. 572. Quo in genere non mediocriter peccavit Isocrates, cuius elocutionem reprehendit supra citatus Dionysius eo quod apud eum Δουλευει ἡ διανοια πολλακις τῳ ῥυθμῳ της λεξεως, και του κομψου λειπεται το αληθινον, κρατιστον τε επιτηδευμα εν διαλεκτῳ πολιτικῃ και εναγωνιῳ, το ὁμοιοτατον τῳ κατα φυσιν. Βουλεται δε ἡ φυσις τοις νοημασιν ἑπεσθαι την λεξιν, οὐ τῃ λεξει τα νοηματα, *Servit saepe sententia dictionis numero, et elegantiae studio vera et apta dicendi ratio deseritur, nec non quod maxime curandum est in oratione civili et forensi, nempe proxime naturam sequi. Sic autem natura fert, ut dictio sententias sequatur, non ut sententiae dictionem.* De Isocr. Iud. Cap. XII pag. 157. Vehementius vero quam Isocrates plerique lascivientes, iuvenes praesertim, eo quandoque deveniunt, ut nihil omnino scribant, quin opportune vel importune voculas quasdam ingerant, hinc inde magna cura conquisitas, quae sibi prae caeteris splendidae et venustae videntur, et ad quas invitam trahunt sententiam non sine του πρεποντος et perspicuitatis dispendio. Quos non immerito nec invenuste carpit Lucianus his verbis: Και μην κἀκεινο ου μικρον, μαλλον δε το μεγιστον ἁμαρτανεις, ὁτι ου προτερον τας διανοιας των λεξεων προπαρασκευασμενος, επειτα κατακοσμεις τοις ῥημασι και τοις ονομασιν, αλλ᾽ ην που ῥημα εκφυλον ἑυρῃς, η αυτον πλασαμενος οιηθῃς ειναι καλον, τουτῳ ζητεις διανοιαν εφαρμοσαι, *Profecto illud quoque non parvum, sed potius maximum peccas, quod non prius quam verba sententias comparatas, verbis deinde exornas nominibusque; sed si qua verbum extra suam tribum quasi oberrans inveneris, aut ipse confictum a te pulchrum putaveris, huic studes aptare sententiam.* Lexiphan. Cap. XXIV pag. 348, T. II. Ad hos igitur sugillandos, nisi mea me fallit opinio, Epicureus noster pleno utique de pectore sententiam fudit, quam sarciendam curavimus. In eamdem autem sententiam Tullius conspiravit, apud quem ait Antonius: *Verba semper satis ornata mihi quidem videri solent, si eiusmodi sunt, ut ea res ipsa peperisse videatur.* De Orator. Lib. II Cap. 34.

INDEX I.

Capitum, in quae partiri Philodemi textus commode potuit.

CAP. I.

Absurde Stoicos in bonorum censum Rhetoricam adsciscere. 1

CAP. II.

Quodnam dicendi genus sequuti sint sapientes. 7

CAP. III.

Ut pulchre dicamus, nullo artificio opus esse. 31

CAP. IV.

Mirae Rhetorum discordiae, quae artis absurditatem prodit, proferuntur exempla. 49

CAP. V.

Sophisticae institutionis pernicies. 59

CAP. VI.

Unam in eloquio perspicuitatem quaerere Philosophos decet, praeterea nihil; obscuritatis duplex causa et genus: de ea, quae ex nimia diligentia oritur. 65

CAP. VII.

De obscuritate, quae ex negligentia gignitur. 81

CAP. VIII.

Quo pacto perspicuitatem adsequi possimus. 96

INDEX II.

Vocum Graecarum animadversione digniorum, quae in Philodemi textu occurrunt, vel in Adnotationibus adferuntur atque inlustrantur.

Littera C. *indicat Columnam*, A. *Adnotationes*, l. *lineam*, p. *paginam.*

A

Αναλογον in Rhetoricis quid C. IX l. 9 p. 43, ibique A. p. 45.
Αντιγραφειν A. in C. XIV l. 6 et seq. p. 73.
Αντιγραφη C. XIV l. 6 et seq. p. 69.
Αποπτος C. IV l. 7 p. 19.
'Αρμοσωμεθα C. VIII l. 4 seq. p. 37.

Δ

Δεινοτης pro *eloquentia* A. in C. XI l. 2 p. 54.
Διειλειν C. X l. 17 p. 49.
Δυναμις absolute pro *eloquentia* C. II l. 4 p. 7.
Δυσχρηστια *detrimentum* C. VII l. 6 p. 31.

E

Εκ περιττου C. III l. 14 p. 13.
Εκπονεω de adolescentibus excolendis C. VIII l. 8 seq. p. 37.
Επιτηδευματικως C. XIII l. 17 seq., et 20 p. 65.
Εργασια A. in C. XI l. 3 p. 55.
Ευαρεστια quid C. VIII l. 20 p. 37, A. in C. VIII l. 9 et seq. p. 41.
Εφαρμοζειν C. III l. 3 et seq. p. 13.

H

Ηδε pro ετι δε, C. II l. 2 p. 7.

Θ

Θεματιζειν C. VIII l. 15 et seq. p. 37.
Θεματικον C. VII l. 17 p. 31.

I

Ιδιωμα quid apud Rhetores A. in C. VI l. 13 p. 30.

K

Κακοπαθειν absolute C. XIV l. 5 pag. 69. Vide A. p. 72.
Καταπυκνουν neutra significatione C. XVIII l. 8 seq. p. 91.
Κατασκευη et κατασκευαζω sollemnes Rhetorum voces A. in C. VI l. 5 p. 29.

K

Καταχωριζειν, *litteris prodere*, C. XVIII l. 7 et seq. p. 91.

Λ

Λεξις et Φωνη in quo differant A. in C. V l. 15 p. 26.
Λιθοι θαυμαζομενοι C. VII l. 3 et seq. p. 31.
Λιτος quid Epicuro A. in C. II l. 5 p. 10.
Λογος κατα θεμα quid Philodemo A. in C. VII l. 11 p. 33 seq.

M

Μεταξυ (τα) τη φυσει αγαθων και κακων, C. I l. 5 et seq. p. 1, A. in C. I l. 4 et seqq p. 3.
Μεταξυ absque casu C. III l. 11 p. 13.
Μιμουμενος passiva significatione C. VI l. 2 p. 27.

O

'Ορμη C. XII l. 8 p. 59. Vide A. in C. XII l. 7 et seq p. 62 et seq.
'Ουτως sequente consonanti C. III l. 19 p. 13. Vide A. p. 17.

Π

Παραδιδωμι C. XII l. 13 et seq. p. 59.
Παραλαμβανειν εις, C. VI l. 19 p. 27.
Περιΐστασθαι *cavendi* significatione C. XIV l. 6 p. 69. Vide A. p. 73.
Περικλινομαι C. XV l. 4 p. 77.
Περιωδευμενη προφορα quid A. in C. XVI l. 11 p. 82 et seq.
Ποιητικα αγαθων η κακων quid C. I l. 7 et seq. p. 1, A. in C. I l. 7 et seq. p. 4.
Πολλω γενει C. II l. 14 p. 7.
Προσδιδασκειν C. XVII l. 4 seq. p. 87.

Σ

Σολοικισμοι και βαρβαρισμοι C. XVI l. 16 et seq. p. 81, C. XV l. 3 p. 77, A. in C. XV l. 3 p. 78.
Συνεγγιζειν C. XV l. 22 et seq. p. 77.
Συνεχιζεσθαι C. VI l. 1 et seq. p. 27.

INDEX III.

Auctorum qui in hoc volumine citantur, laudantur, corriguntur, notantur.

Littera A. *indicat Adnotationes*, C. *Columnam*, P. *Praefationem*, p. *paginam.*

A

Alciphron A. in C. XI l. 20 p. 57.
Anaxippus A. in C. IV l. 5 p. 20.
Antipater Sidonius A. in C. XI l. 20 p. 57.
Antonius (M.) A. in C. XI l. 21 p. 57.
Aristoteles P. p. VI, A. in C. V l. 7 p. 24, A. in C. VI l. 1 p. 28, A. in C. VII l. 12 p. 35, A. in C. IX l. 8 p. 45 bis, A. in C. XI l. 2 p. 55, l. 3 p. 55 bis, A. in C. XIV l. 3 p. 71, A. in C. XVI l. 14 p. 83, A. in C. XVII l. 14 p. 89 bis, A. in C. XVIII l. 8 p. 93, A. in C. XIX l. 3 p. 96, l. 5 p. 97 bis.
Arnobius A. in C. III l. 5 p. 15.
Athenaeus P. p. V bis, P. p. VI, A. in C. IV l. 5 p. 20, A. in C. XII l. 14 p. 64, A. in C. XIV l. 3 p. 71.

B

Budaeus A. in C. VII l. 6 p. 32, A. in C. VIII l. 4 p. 38, l. 19 p. 41.

C

Casaubonus A. in C. XIV l. 6 p. 73, A. in C. XVIII l. 7 p. 92.
Cebes A. in C. XV l. 21 p. 80.
Chrysostomus (S. Ioannes) A. in C. II l. 4 p. 8, A. in C. III l. 1 p. 14, l. 14 p. 16.
Cicero P. p. IV bis, P. p. V ter, P. p. VII, A. in C. I l. 2 p. 2, l. 4 p. 3 bis, l. 7 p. 4, A. in C. II l. 1 p. 8 quinquies, lin. 5 p. 9 et 10 quinquies, l. 15 p. 11 quater, A. in C. III l. 1 p. 14, l. 18 p. 17, A. in C. IV l. 5 p. 20, l. 12, p. 22 bis, A. in C. V l. 7 p. 24 bis, A. in C. VI l. 5 et 7 p. 29 bis, A. in C. VII l. 1 p. 32, l. 6 p. 32, l. 11 p. 34 quater, l. 12 p. 35 et seq. quater, l. 18 p. 36 bis, l. 20 p. 36, A. in C. VIII l. 1 p. 38, l. 7 p. 39 bis, l. 11 p. 40, l. 19 p. 41 bis, A. in C. IX l. 11 p. 45, l. 15 p. 46 bis, l. 19 p. 47 bis, A. in C. XI l. 2 p. 55 ter, A. in C. XII l. 3 p. 61, l. 7 p. 62 bis, l. 10 p. 63 bis, l. 25 p. 64 bis, A. in C. XIII l. 5 p. 66 bis, A. in C. XIV l. 1 p. 70 quater, l. 2 p. 71 quinquies, l. 4 p. 71 bis, l. 7 p. 73, l. 10 p. 74, l. 13 p. 74, A. in C. XV l. 1 p. 78, A. in C. XVI l. 11 p. 83, l. 14 p. 83, l. 20 p. 84 bis, A. in C. XVII l. 1 p. 88, l. 14 p. 89 ter, A. in C. XVIII l. 15 p. 93 bis, A. in C. XIX l. 1 p. 96, l. 3 p. 96 bis, l. 5 p. 97, l. 18 p. 98.
Clemens Alexandrinus A. in C. I l. 2 p. 2, A. in C. III l. 18 p. 16, A. in C. XIII l. 5 p. 66.
Costadau A. in C. VII l. 12 p. 35.
Creech (Thomas) A. in C. XVI l. 20 p. 86.
Cynulcus A. in C. XII l. 14 p. 64.
Cyrillus Alexandrinus (S.) A. in C. IV l. 6 p. 21 quater.

D

Davisius A. in C. XIV l. 1 p. 70.
Dausquius A. in C. VII l. 12 p. 35.
Demetrius Phalereus, vel quivis auctor Libelli Περὶ Ἑρμηνείας, A. in C. VIII l. 1 p. 38, A. in C. IX l. 15 p. 46, A. in C. XVI l. 1 p. 82, A. in C. XVIII l. 15 p. 93 bis, A. in C. XIX l. 5 p. 97.
Demosthenes A. in C. III l. 11 p. 15, A. in C. VI l. 19 p. 30, A. in C. XI l. 2 p. 55, A. in C. XIV l. 6 p. 73.
Diodorus Siculus A. in C. III l. 11 p. 15, A. in C. VI l. 13 p. 30 bis, A. in C. VI l. 19 p. 30, A. in C. VIII l. 8 p. 40, A. in C. XIV l. 5 p. 72, A. in C. XVI l. 1 p. 82, A. in C. XVIII l. 7 p. 92.
Diomedes A. in C. VII l. 12 p. 35.
Dionysius Halicarnassensis A. in C. II l. 1 p. 8 ter, l. 4 p. 8, l. 5 p. 9 quater, A. in C. III l. 18 p. 16, A. in C. V l. 7 p. 24 ter, l. 10 p. 25, l. 12 p. 25, A. in C. VI l. 1 et 3 p. 28 ter, l. 5 et 7 p. 29 decies, l. 13 p. 30 ter, A. in C. VII l. 11 p. 33 et seq. bis, l. 20 p. 36 ter, A. in C. VIII l. 5 p. 39 novies, A. in C. IX l. 1 p. 44, l. 6 p. 45 quater, l. 11 p. 45 et seq. bis, l. 15 p. 46 bis, l. 19 p. 46 et seq. quinquies, A. in C. X l. 1 p. 50,

D

A. in C. XI l. 2 p. 54 et seq. quinquies, l. 21 p. 57, A. in C. XII l. 3 p. 61 bis, l. 7 p. 62, l. 10 p. 63, A. in C. XIII l. 6 p. 67, l. 11 p. 67, A. in C. XIV l. 3 p. 71, l. 6 p. 73, l. 7 p. 73 et seq. quinquies, l. 10 p. 74 quater, l. 15 p. 75 quater, l. 18 p. 75, A. in C. XVI l. 1 p. 82, A. in C. XVII l. 14 p. 89, A. in C. XVIII l. 7 p. 92, l. 15 p. 93 quinquies, A. in C. XIX l. 1 p. 96 ter, l. 3 p. 96 bis, l. 5 p. 97, l. 18 p. 98 bis.
Donatus A. in C. VII l. 12 p. 35 et seq.
Donius A. in C. XVIII l. 7 p. 92.

E

Editores Rom. Opp. S. Isidori A. in C. X l. 1 p. 50.
Epicurus A. in C. I l. 2 p. 2, A. in C. II l. 5 p. 10, A. in C. III l. 1 p. 14, l. 15 p. 16 bis, A. in C. V l. 15 p. 25 bis, A. in C. VII l. 8 p. 32 et seq. ter, A. in C. XIII l. 1 p. 66, A. in C. XVI l. 20 p. 85 bis, A. in C. XVII l. 1 p. 88.
Etymologicon Magnum A. in C. XI l. 10 p. 56.
Eusebius A. in C. III l. 19 p. 17.
Eustathius A. in C. V l. 12 p. 25, A. in C. XI l. 3 p. 55, l. 10 p. 56 bis.

F

Fabricius P. p. V, P. p. VI bis, A. in C. XV l. 1 p. 78, A. in C. XVI l. 20 p. 84.

G

Galenus P. p. VII, A. in C. II l. 2 p. 8, A. in C. XIV l. 6 p. 73, A. in C. XVI l. 11 p. 83 bis.
Gassendus P. p. V, A. in C. XIII l. 5 p. 67, A. in C. XVI l. 20 p. 84.
Gatakerus P. p. VI, A. in C. XIV l. 6 p. 73.
Gellius A. in C. I l. 4 p. 3 bis, A. in C. V l. 7 p. 24, A. in C. VIII l. 7 p. 39 et seq. bis, A. in C. IX l. 15 p. 46, A. in C. XI l. 21 p. 57, A. in C. XIV l. 5 p. 72, A. in C. XV l. 3 p. 78 bis, l. 3 p. 79.
Gronovius A. in C. VII l. 11 p. 33.

H

Harlesius P. p. VI.
Harpocration A. in C. XI l. 2 p. 55.
Hemsterhusius A. in C. XVII l. 4 p. 88.
Hephestio A. in C. X l. 1 p. 50.
Hermogenes A. in C. II l. 5 p. 9 bis, A. in C. III l. 1 p. 14, A. in C. IV l. 14 p. 22, A. in C. VI l. 3 p. 28, l. 5 et 7 p. 29 bis, A. in C. IX l. 15 p. 46 bis, A. in C. XI l. 2 p. 55, A. in C. XIII l. 5 p. 66.
Heraclitus A. in C. XII l. 14 p. 64.
Herodianus A. in C. XIV l. 5 p. 72.
Herodotus A. in C. X l. 4 p. 50.
Hesiodus A. in C. III l. 13 p. 15.
Hesychius A. in C. IV l. 6 p. 21, A. in C. X l. 4 p. 50, A. in C. XI l. 2 p. 54, l. 10 p. 56, A. in C. XII l. 10 p. 63.
Heumannus P. p. V.
Hieronymus (S.) A. in C. VII l. 11 p. 34 et seq.
Homerus A. in C. II l. 12 p. 10 bis, A. in C. III l. 13 p. 15, A. in C. X l. 4 p. 50, A. in C. XII l. 25 p. 64.
Homil. Pseudo-Clementis A. in C. VIII l. 19 p. 41.
Horatius P. p. II, A. in C. X l. 1 p. 50, A. in C. XV l. 15 p. 79 bis, A. in C. XVI l. 6 p. 82 ter, l. 20 p. 84, l. 20 p. 86.

I

Iacobs P. p. III, A. in C. XI l. 16 p. 56.
Ioannes Clericus A. in C. VII l. 12 p. 35.
Iosephus A. in C. XIV l. 5 p. 72, A. in C. XVIII l. 7 p. 92.
Irenaeus (S.) A. in C. III l. 19 p. 17.
Isidorus (S.) A. in C. VII l. 12 p. 36, A. in C. X l. 1 p. 50 bis.
Iuvenalis A. in C. XII l. 20 p. 64.

L

Laërtius P. p. V septies, P. p. VII bis, A. in C. I l. 2 p. 2 et seq. bis, l. 4 p. 3 quater, l. 7 p. 4, A. in C. II l. 1 p. 8, l. 5 p. 10, A. in C. III l. 1 p. 14, l. 15 p. 16 bis, A. in C. IV l. 5 p. 20, l. 9 p. 21 bis, l. 12 p. 22, A. in C. V l. 15 p. 25 et seq. bis, A. in C. VI l. 5 p. 29, l. 19 p. 30, A. in C. VII l. 8 p. 32 et seq. ter, A. in C. X l. 1 p. 50, A. in C. XI l. 10 p. 56, A. in C. XIII l. 5 p. 67, l. 11 p. 67 bis, A. in C. XIV l. 1 p. 70, l. 3 p. 71 ter, l. 4 p. 71 et seq. quinquies, l. 5 p. 72 ter, l. 6 p. 73, l. 7 p. 74, l. 10 p. 74, l. 13 p. 74, A. in C. XV l. 1 p. 78 sexies, l. 3 p. 78, l. 15 p. 79, A. in C. XVI l. 1 p. 82 bis, l. 14 p. 83, l. 20 p. 85, A. in C. XVII l. 1 p. 88 ter, A. in C. XIX l. 3 p. 96.
Lipsius A. in C. VII l. 12 p. 35, A. in C. XV l. 15 p. 79.
Londinenses Editores Thesauri H. Stephani A. in C XV l. 3 p. 78, A. in C. XVII l. 4 p. 88.
Longinus A. in C. III l. 14 p. 16, l. 19 p. 17, A. in C. VI l. 5 p. 29 bis, A. in C. VII l. 11 p. 34, A. in C. VIII l. 1 p. 38 bis, l. 7 p. 39.

L

A. in C. IX l. 6 p. 45 bis, A. in C. XII l. 10 p. 63, A. in C. XIII l. 5 p. 66, A. in C. XIV l. 6 p. 73, l. 7 p. 73, et seq. bis, l. 10 p. 74 bis, A. in C. XVII l. 14 p. 89, A. in C. XVIII l. 8 p. 93, l. 15 p. 93 et seq. ter, A. in C. XIX l. 5 p. 97.
Lucas Evangelista (S.) A. in C. XI l. 3 p. 55, l. 20 p. 57.
Lucianus A. in C. I l. 4 p. 4 bis, A. in C. III l. 11 p. 15 bis, l. 13 p. 15 et seq. bis, A. in C. IV l. 5 p. 20 bis, A. in C. VI l. 18 p. 30, A. in C. VII l. 11 p. 34, A. in C. X l. 4 p. 50, A. in C. XI l. 3 p. 55, l. 8 p. 56, l. 20 p. 57, l. 21 p. 57, A. in C. XII l. 3 p. 61 bis, l. 7 p. 62 bis, A. in C. XIV l. 2 p. 70 et seq. sexies, l. 4 p. 72, l. 6 p. 73, A. in C. XV l. 3 p. 78, l. 15 p. 79, A. in C. XVII l. 4 p. 88, A. in C. XIX l. 18 p. 98.
Lucretius A. in C. VII l. 8 p. 32 pluries, A. in C. XVI l. 20 p. 86 bis, A. in C. XVII l. 1 p. 88.

M

Macrobius A. in C. XIV l. 1 p. 70, l. 13 p. 74.
Marcus Evangelista (S.) A. in C. XI l. 20 p. 57.
Martialis A. in C. IX l. 12 p. 46.
Martorellius P. p. III.
Matthaeus (S.) A. in C. VI l. 19 p. 30 bis, A. in C. XI l. 20 p. 57 bis.
Maximus Tyrius A. in C. XIV l. 1 p. 70, l. 10 p. 74.
Meibomius P. p. VII, A. in C. XVI l. 1 p. 82.
Menagius A. in C. XV l. 3 p. 78.
Montfauconius A. in C. VII l. 12 p. 35.

N

Novi Tractatus Diplomatici Auctores A. in C. VII l. 12 p. 35 et seq. bis.

O

Olympiodorus A. in C. XIV l. 7 p. 73.
Origenes A. in C. XVI l. 20 p. 84.

P

Parisienses Stephaniani Thes. Editores, A. in C. XVII l. 4 p. 88.
Paulus Apostolus (S.) A. in C. III l. 14 p. 16.
Persius A. in C. III l. 18 p. 16, A. in C. VIII l. 8 p. 40.
Petronius A. in C. VIII l. 7 p. 39, A. in C. IX l. 1 p. 44 bis.
Philo Iudaeus A. in C. VIII l. 8 p. 40, A. in C. XII l. 7 p. 62.

P

Philodemus P. p. III, P. p. IV quater, P. p. VII, A. in C. I l. 1 p. 2 bis, l. 4 p. 4, A. in C. III l. 1 p. 14, l. 5 p. 15, l. 19 p. 17 bis, A. in C. IV l. 5 p. 20 bis, l. 9 p. 21 bis, l. 12 p. 22 bis, A. in C. V l. 12 p. 25, A. in C. VI l. 5 p. 29, A. in C. VI l. 20 p. 30, A. in C. VII l. 8 p. 33, l. 11 p. 33 bis, A. in C. VIII l. 21 p. 41, A. in C. IX l. 1 et 11 p. 44 bis, A. in C. X l. 1 p. 50, l. 5 p. 50, A. in C. XII l. 11 p. 63, l. 14 p. 64, A. in C. XIII l. 1 p. 66 bis, l. 5 p. 66 bis, l. 16 p. 67, A. in C. XIV l. 1 p. 70, l. 6 p. 73, A. in C. XVI l. 20 p. 84, A. in C. XVIII l. 1 p. 92, A. in C. XIX l. 2 p. 96.
Philostratus A. in C. II l. 5 p. 9, A. in C. VI l. 7 p. 29, A. in C. XI l. 21 p. 57 et seq., A. in C. XII l. 7 p. 62 bis.
Plato A. in C. I l. 4 p. 3 bis, A. in C. II l. 5 p. 9 bis, A. in C. III l. 1 p. 14, l. 14 p. 16, l. 18 p. 17, A. in C. IV l. 5 p. 20 bis, A. in C. V l. 12 p. 25, A. in C. VI l. 1 p. 28, A. in C. X l. 17 p. 51, A. in C. XI l. 3 p. 55 bis, A. in C. XII l. 25 p. 64, A. in C. XIV l. 2 p. 71, l. 5 p. 72, l. 7 p. 73 et seq. quater, A. in C. XVII l. 4 p. 88.
Plinius Iunior A. in C. XI l. 2 p. 55 bis, A. in C. XIV l. 7 p. 73.
Plutarchus A. in C. I l. 4 p. 3 et seq. ter, A. in C. III l. 1 p. 14, l. 11 p. 15, A. in C. IV l. 5 p. 20, A. in C. V l. 15 p. 25 et seq. A. in C. VI l. 7 p. 29, A. in C. VII l. 8 p. 33 ter, in C. X l. 17 p. 51, A. in C. XI l. 2 p. 54, A. in C. XIV l. 1 p. 70, l. 2 p. 71 bis, l. 6 p. 73, A. in C. XV l. 1 p. 78, l. 15 p. 79, A. in C. XVI l. 1 p. 82, l. 20 p. 85, A. in C. XVII l. 1 p. 88.
Politus A. in C. XI l. 3 p. 55.
Pollux A. in C. XI l. 2 p. 55.
Polybius A. in C. VI l. 1 p. 28, l. 13 p. 30, A. in C. VII l. 6 p. 32 ter, A. in C. XIV l. 6 p. 73.
Porphyrius P. p. V.
Posidonius Apamensis A. in C. XIII l. 11 p. 67.
Proclus A. in C. III l. 19 p. 17, A. in C. XVI l. 20 p. 84.

Q

Quintilianus P. p. IV, P. p. V, P. p. VI quinquies, P. p. VII bis, A. in C. I l. 1 p. 2, A. in C. II l. 1 p. 8 ter, A. in C. II l. 5 p. 10, l. 15 p. 11 bis, A. in C. III l. 1 p. 14, A. in C. IV l. 9 p. 21, l. 12 p. 22 quater, A. in C. V l. 7 p. 24, l. 12, p. 25 ter, l. 15 p. 26, A. in C. VI l. 1 p. 28 quater, l. 3 p. 28, l. 7 p. 29 ter, A. in C. VII l. 11 p. 34 et seq. quinquies, l. 17

Q

p. 36, l. 18 p. 36 bis, A. in C. VIII l. 1 p. 38, l. 11 p. 40, l. 19 p. 41 ter, A. in C. IX l. 1 p. 44, l. 11 p. 46, l. 15 p. 46, l. 19 p. 47 bis, A. in C. XI l. 1 p. 54 quater, l. 2 p. 55, l. 10 p. 56, l. 21 p. 57 ter, A. in C. XII l. 1 p. 60 quater, l. 3 p. 61, l. 7 p. 62 et seq. quinquies, l. 10 p. 63, l. 11 p. 63, A. in C. XIV l. 1 p. 70 bis, l. 2 p. 71, l. 4 p. 41 et seq. bis, l. 5 p. 72 ter, l. 7 p. 73, l. 10 p. 74 quater, l. 15 p. 75 bis, l. 18 p. 75 bis, A. in C. XVI l. 14 p. 83 bis, A. in C. XVII l. 14 p. 89 bis, A in C. XVIII l. 8 p. 92 et seq. ter, l. 15 p. 93 ter, A. in C. XIX l. 1 p. 96, l. 3 p. 96, l. 5 p. 97 bis, l. 18 p. 98.

R

Rosinius (Carolus) P. p. II, P. p. III, P. p. V, A. in C. X l. 5 p. 50, A. in C. XI l. 16 p. 56, l. 20 p. 57.
Ruhnkenius A. in C. XI l. 21 p. 57.

S

Salmasius A. in C. VII l. 12 p. 35.
Schaefferus A. in C. XVII l. 4 p. 88.
Scholiastes Hermogenis A. in C. VII l. 8 p. 33, A. in C. XIII l. 1 p. 66.
Scholiastes Aristophanis A. in C. XIV l. 6 p. 73.
Scholiastes Vetus Homeri A. in C. XV l. 3 p. 78.
Scholiastes Sophoclis A. in C. IV l. 6 p. 21.
Schottus A. in C. VII l. 11 p. 33.
Scotti (Angelus Ant.) P. p. III, A. in C. X l. 13 p. 51.
Scioppius A. in C. I l. 2 p. 2.
Seneca (Lucius) P. p. VI pluries, P. p. VII, A. in C. I l. 7 p. 4, A. in C. III l. 5 p. 15, l. 15 p. 16 bis, l. 18 p. 16 et seq. quater, A. in C. VII l. 12 p. 35.
Seneca (Marcus) A. in C. VII l. 11 p. 34, A. in C. VIII l. 11 p. 40.
Sextus Empiricus P. p. IV ter, P. p. V, P. p. VI bis, P. p. VII, A. ad C. I l. 2 p. 2 ter l. 4 p. 3 ter, A. in C. III l. 11 p. 15, l. 14 p. 16, A. in C. VII l. 8 p. 33, A. in C. VIII l. 8 p. 40 bis, l. 15 p. 41, A. in C. IX l. 1 p. 44 bis, l. 8 p. 45, A. in C. XIV l. 1 p. 70 bis, l. 6 p. 73 bis, A. in C. XVI l. 1 p. 82, A. in C. XVI l. 6 p. 82, l. 11 p. 83 ter, l. 14 p. 83, A. in C. XVII l. 1 p. 88 ter.
Simplicius P. p. V.
Sophocles A. in C. IV l. 6 p. 21.
Spartianus A. in C. V l. 12 p. 25.
Stephanus (Henricus) A. in C. VIII l. 19 p. 41, A. in C. X l. 21 p. 51, A. in C. XVI l. 11 p. 83.
Stobaeus P. p. VII, A. in C. I l. 2 p. 2 bis, l. 4 p. 3 ter, l. 7 p. 4 ter, ibid. p. 5 bis, A. in C. XV l. 15 p. 79 bis.
Strabo P. p. VI.
Sturzius (Frider. Guil.) A. in C. XVIII l. 7 p. 92.
Suidas P. p. V bis, A. in C. I l. 2 p. 2, A. in C. III l. 14 p. 16, A. in C. IV l. 6 p. 21, A. in C. XIV l. 7 p. 73.
Sulpitius Verulanus A. in C. VII l. 11 p. 34.
Svetonius vel quivis Auctor Libelli De Claris Rhetoribus, A. in C. VI l. 5 p. 29, A. in C. VII l. 11 p. 33, A. in C. VIII l. 4 p. 38, l. 7 p. 40, A. in C. IX l. 1 p. 44.
Synesius A. in C. III l. 11 p. 15, A. in C. X l. 4 p. 50, A. in C. XI l. 3 p. 55, A. in C. XII l. 10 p. 63, A. in C. XIII l. 5 p. 67.

T

Tertullianus A. in C. XVII l. 1 p. 88.
Themistius P. p. V, A. in C. XIV l. 3 p. 71, l. 10 p. 74.
Theocritus A. in C. VIII l. 8 p. 40.
Theophrastus A. in C. III l. 18 p. 16, l. 19 p. 17, A. in C. VIII l. 7 p. 39, A. in C. XIII l. 11 p. 67.
Thomas Magister A. in C. IV l. 6 p. 21.
Thucydides A. in C. IV l. 8 p. 21, A. in C. X l. 4 p. 50.
Timaeus A. in C X l. 17 p. 51.
Tollius A. in C. IX l. 6 p. 45.
Toupius A. in C. IX l. 6 p. 45.
Trotz A. in C. VII l. 12 p. 35.
Turnebus P. p. VI.
Tzetza A. in C. VIII l. 1 p. 38 bis, A. in C. XVI l. 14 p. 83.

V

Valerius Maximus A. in C. XI l. 2 p. 55.
Verburgius A. in C. VII l. 11 p. 34.
Victorius (Petrus) A. in C. VIII l. 1 p. 38.
Villoison A. in C. X l. 1 p. 50 ter.
Vossius P. p. V.

Z

Zeno Citieus A. in C. XIII l. 11 p. 67.

W

Wakefield A. in C. XV l. 3 p. 78, A. in C. XVI l. 20 p. 86.
Walkenarius A. in C. X l. 10 p. 51.
Wesselingius A. in C. XVIII l. 7 p. 92.
Winkelmannus P. p. III bis.

INDEX IV.

Rerum notabilium, quae vel in Textu, vel in Praefatione et Adnotationibus occurrunt.

Littera C. *indicat Columnam*, A. *Adnotationes*, P. *Praefationem*, l. *lineam*, p. *paginam*.

A

Academici Philosophi Rhetoricae infensi, P. p. V.

Artem elocutionis non continet, quosvis scriptores iuxta Sophistarum praecepta suscipere imitandos, C. XII l. 8 et seqq. p. 59. Artis subsidio minime opus est, ut pulchre dicamus, P. p. II, C. VII l. 8 et seqq. p. 31, A. in C. VII l. 8 et seqq. p. 32 et seq.

Artis Rethoricae praecepta negligere debent quicumque orationes non umbratiles, sed veras habent, C. IX l. 5 et seqq. p. 43, A. in C. IX l. 1 et seqq. p. 44. Artis Rhetoricae absurditatem ostendit Rhetorum discordia C. X l. 15 et seqq. p. 49, C. VIII l. 18 et seqq. p. 37, C. XI l. 1 et seqq. p. 53.

B

Barbarismus et soloecismus quid proprie sit, non convenit apud veteres, C. XI l. 6 et seqq. p. 53. Barbarismus et soloecismus unum idemque sunt Philodemo, et aliis antiquis, A. in C. XI l. 10 et seq. p. 56. Quando ea vitia damnet, quando excuset Philodemus, A. in C. XVI l. 16 et seq. p. 83 et seq.

Bonum quid, apud Stoicos A. in C. I l. 2 p. 2.

Bonorum quot, et quasnam species Stoici ponerent, A. in C. I l. 7 et seq. p. 4 et seq.

C

Chrysippus plures Rhetorici argumenti Libros conscripsit A. in C. XV l. 1 et seq. p. 78. Ipse videtur Stoicus scriptor esse, quem Philodemus adlegat Col. XV, ibid.

Clitarchus insigne frigidi sermonis exemplum Col. VIII l. 1 et seq.

Cynici Philosophi Rhetoricam, caeterasque liberales artes contemnebant, P. p. V.

D

Decorum, το πρεπον, in dicendo quid apud veteres, A. in C. XIX l. 3 p. 96.

Democriti placitum de Poësi Epicurus ad Oratoriam extendit, P. p. II.

Demosthenis et Isocratis eloquentia in quo potissimum differat; A. in C. VI l. 7 p. 29.

Dialecticae inventor Zeno Eleatensis, A. in C. XIV l. 3 p. 71. Eam tamen Plato ita expolivit, ut illius auctor a veteribus praedicetur, ibid.

Dialectici ab initio dicebantur εριϛικοι, *litigiosi*, ob interrogationes et responsiones A. in C. XIV l. 4 p. 71.

Diples *circumpunctae*, περιεϛιγμενης, quaenam fuerit apud antiquos forma genuina, A. in C. X l. 1 p. 50.

E

Emendationes quaenam in antiquis Codicibus MS. auctoris manum redolere videantur, P. p. III.

Epicurei τους πολυμαθεις odio prosequuti sunt: hinc, inter caetera, in Platonem male affecti, A. in C. XIV l. 1 p. 70. Acerrimum odium in Stoicos fovebant, P. p. V. Epicureorum in Rhetoricam odium quibus cancellis includatur, A. in C. IX l. 11 et seqq. p. 46. Unde ortum dici debeat, P. p. II, A. in C. VII l. 8 et seqq. p. 32 et seq.

Epicuri Liber Περι Ῥητορικης, *De Rhetorica*, A. in C. VII l. 8 p. 33, A. in C. XIII l. 1 p. 66. Epicurus cur se αυτοδιδακτον, *a se-ipso edoctum*, iactaverit, A. in C. VII l. 8 et seqq. p. 33. Quid senserit de nominum impositione, A. in C. XVI l. 20 p. 84 et seqq.

I

Idiomatis in quo quis loquitur ignoratio, prae-

I

cipua obscuritatis causa, C. XVI l. 14 et seqq. p. 81.
Imitationem in dicendo improbat Philodemus C. VI l. 2 et seqq. Quanti faciant, et quantopere eam Rhetores inculcent, A. in C. VI l. 3 et seqq. p. 28. Imitationis pericula et mala A. in C. XII l. 3 et seqq. p. 60 et seqq.
Interpunctionis usus non ad singula verba secernenda, sed ad distinguendas sermonis periodos vel ipsarum membra, longe antiquior quam plerisque eruditis visum est, A. in C. VII l. 12 p. 35.
Interpungendi ratio, et punctorum figura quaenam apud veteres A. in C. VII l. 12 p. 35 et seqq. Interpungendi cura quibusnam fuerit demandata ibid. p. 36.
Interrogationes Socratis, nec non Dialecticorum, in proverbium abiere A. in C. XIV l. 4 p. 71.
Isocrates creditur minus eximiae concinnitati futurum fuisse addictum, si accessisset ad forum, A. in C. IX l. 19 p. 47.

M

Mala, vel bona *pertinentia*, *efficientia*, et *neutra*, vel *utraque*, quae apud Stoicos, A. in C. I l. 7 et seq. p. 4 et seq.

N

Naturae vires omnibus rebus interserunt Epicurus, eiusque adseclae, A. in C. VII l. 8 p. 32. Naturae tribuunt rerum omnium inventionem Epicurei, ibid. Naturae viribus nihil non posse egregie fieri iactant: inde eorum in artes, et proinde in Rhetoricam odium, C. VII l. 8 et seqq., et A. in hunc locum p. 32 seq.
Nomina rerum utrum φυσει esse dicerent, an ex instituto imposita existimaverint Epicurus eiusque adseclae, A. in C. XVI l. 20 p. 84 et seqq.

O

Obscuritatis in sermone duplex genus: alia ex accurata diligentia, alia ex negligentia proficiscitur, C. XIII l. 16 et seqq. p. 65. Obscuritati, quae ex nimia diligentia oritur, quas causas adsignet Philodemus, C. XIII, l. 20 et seqq. p. 63, et C. XIV per tot. p. 69. Obscuritatis causae, quae ex negligentia gignitur, recensentur C. XVI l. 6 et seqq. p. 81.
Omnibus de rebus velle loqui, idem profecto est ac mediocriter in ipsis versari, C. XII l. 15 et seqq. p. 59.

O

Onomatopoeiam Graecis inter maximas habitam virtutes, Latinis vix aut ne vix quidem permissam, A. in C. V l. 12 p. 25. In paucis admodum dictionibus, vel apud Graecos, eam admittit Philodemus C. V l. 18 et seq.

P

Paginarum numeratio in Libris non omnino antiquis incomperta, P. p. I. et seq.
Philodemus quidnam in multis huius voluminis deperditis prioribus pagellis pertractaverit, inquiritur P. p. IV et seq. Quam facile contra Stoicos calamum stringeret, P. p. V. Herculani quandoque commoratus, P. p. III. Opus Περι Λεξεως, *De Elocutione*, quod scripserat, in plures Libros distributum, commemorat C. XIII l. 1 et seq. p. 65.
Philosophi olim vivendi praeceptores atque dicendi, A. in C. II l. 5 p. 9.
Philosophia olim dicebatur sapientia, A. in C. IV l. 12 p. 22.
Philosophorum eloquentia quam abhorreat a Rhetorum artificiis, A. in C. II l. 5 p. 9 et 10, A. in C. II l. 1 p. 14 et seq. Rerum tantummodo, vel potissimum, utilitate, non ornata dictione oblectare studet, C. III l. 2 et seqq. p. 13, A. in C. III l. 1 et seqq. p. 14, l. 18 et seqq. p. 16 et seq. Philosophorum sectae quaenam eloquentiae laude caeteris praestiterint, A. in C. II l. 15 p. 10 et seq. Philosophum non decet, praeter multam perspicuitatem, quidpiam laboriose exquisiti in sermone diligere, C. XIII l. 5 et seqq. p. 65. Philosophos studiosius quam Rhetores operam Rhetoricae dedisse proditum est, P. p. V.
Platonis stylus insigne obscuritatis exemplum ex nimia in scribendo diligentia profectae, C. XIV l. 1 et seqq. p. 69. Unde fit ut eamdem rem adfirmantes pariter et negantes Platone auctore glorientur, A. in C. XIV l. 5 p. 72. Quare dictus *fabulosus*, A. in C. XIV l. 13 p. 74. Platonis obscuritas vel ex rebus vel ex ancipiti vocabulorum usu, A. in C. XIV l. 1 et seq. p. 70. Platonis obscuritas ex Socratica in disserendo ειρωνεια, A. in C. XIV l. 2 p. 71. Et ex Socraticis dialogis, A. in C. XIV l. 3 p. 71. Et ex captiosis interrogationibus, responsionibusque, A. in C. XIV l. 4 p. 71 et seq. Et ex ubertatis et copiae adfectatione, A. in C. XIV l. 7 p. 73 et seq. Et ex ostentatione poëticae et figuratae elocutionis, C. XIV l. 10 et seq. pag. 69, A. in hunc locum p. 74. Et ex fabulosis narrationibus, A. in C. XIV l. 13 p. 74. Et ex usu vocum ob-

P

soletarum, A. in C. XIV l. 15 p. 75. Et ex nimio concinnitatis studio, A. in C. XIV l. 11 p. 75.
Pronuntiatio του E et του H tantum quantitate diversa fuisse videtur, A. in C. XVII l. 17 et seq. p. 89. Pronuntiatio litterae K sequente Δ, A. in C. X l. 13 p. 51.
Pulchrae orationis genus quodnam sit, ne ipsi quidem Rhetores umquam constituerunt, C. VIII l. 13 et seq. p. 37.
Punctis utrum veteres usi sint ad periodorum et commatum distinctionem, A. in C. VII l. 12 p. 35 et seq.

R

Rationalis Philosophiae partem Rhetoricam esse dicebant Stoici, P. p VII.
Rhetores ne in definienda quidem pulchrae orationis natura esse concordes. C. VIII l. 17 et seqq. p. 37. Rhetores et Sophistas pulchram elocutionem ne a longe quidem salutasse, C. IV l. 4 et seqq. p. 19.
Rhetoricam perniciosam esse *suapte natura*, cur Philodemus dixerit, A. ad C. I lin. 1 p. 2. Rhetoricam caeterasque artes cur Epicurei contempserint, C. VII l. 8 seqq.
Rusticitas eloquii idem ac barbarismus et soloecismus, A. in C. XI l. 21 p. 57. Urbanitati opponitur, ibid. Quomodo ex nimia quandoque urbanitate gignitur, ibid.

S

Socratis in disputando ειρωνεια, *dissimulatio*, in proverbium abiit apud veteres, A. in C. XIV l. 2 p. 71. Eius *interrogationes*, A. in C. XIV l. 4 p. 71.
Sophistarum ac Philosophorum discrimen, A. in C. IV l. 5 p. 20. Sophistas ac Rhetores coniungebant veteres, A. in C. IV l. 5 p. 20.
Stoici Rhetoricarum rerum studiosissimi, P. p. V. Soli ex omnibus quonam sensu Rhetoricam vocaverint επιςημην *scientiam*, eloquentiam autem *virtutem et sapientiam*, P. p. VII. Res omnes in bona, mala, et media distribuebant, A. in C. I l. 4 p. 3. Bonorum alia τελικα, alia ποιητικα, alia utrumque esse dicebant, A. in C. I l. 7 p. 4. Eamdem malorum distinctionem faciebant, ibid. p. 5. Sapientem nihil non esse aut posse dictitabant, A. in C. XV l. 15 p. 79. Nec eum tamen bonum oratorem esse posse dicebant, nisi Rhetorum praecepta didicisset, P. p. VII.
Stoicorum, qui de Rhetoricis rebus scripserunt, indiculus, P. p. V.

V

Voces ut rerum formas semper imitentur, fieri non potest, C. V l. 12 seqq.
Viri, qui apud omnes et semper florere possint, non per pueriles lusus instituendi, C. VIII l. 7 et seqq.
Urbanitas in eloquio triplex apud veteres: elocutionis, dicacitatis, pronunciationis, A. in C. XI l. 21 et seq. p. 57. Rusticitati opponitur, ibid. Urbanitatis nimiae affectatio rusticitatem prodit, ibid.

ERRATA CORRIGE.

Pag. 8	*lin.* 46	σγοδρα		σφοδρα
9	35	γελιοι		γελοιοι
ibid.	38	Theoetet.		Theaetet.
14	27	μη Δια		μα Δια
21	14	αυδεν		ουδεν
50	2	lin. 10		lin. 11
60	5	dissentionem		dissensionem
ibid.	33	Proem.		Prooem.
69	11	Βουλησιν		βουλησιν
71	10	ειρονειαν		ειρωνειαν

ERUDITO LECTORI.

I. Papyrorum Herculanensium Volumen, quod nostris explanationibus de more instructum heic edendum curamus, hoc Titulo cohonestatum deprehendimus: Φιλοδημου Περι Ῥητορικης Δ̄, των εις δυο το δευτερον. Quae sane postrema verba, scilicet των εις δυο το δευτερον, etsi plerisque litteris temporis edacitate deperditis manca nunc et decurtata in archetypo adpareant; facili tamen et propemodum necessario supplemento in integrum restituimus, opportune praelucentibus iis, quae leguntur in aliis Papyrorum Titulis, ut illud: Φιλοδημου Περι Ποιηματον του Ē, των εις δυο το B̄; tum praecipue illud: Φιλοδημου Περι Ῥητορικης Δ̄, των εις δυο το προτερον. Eadem autem hoc modo sarta et redintegrata Tituli verba declarant, in hac Papyro nactos nos esse *Alteram Partem Libri IV De Rhetorica* a Philodemo conscripti: et proinde hanc Papyrum, cuius nunc tractationem adgredimur, illamque, quam in hoc eodem Tomo praecedere iussimus, ad unum eumdemque IV Librum Philodemiani Operis *De Rhetorica* pertinere; quamvis non uno volumine papyraceo comprehendantur, sed unaquaeque suum habeat; nec uno eodemque charactere scriptae olim fuerint, sed illa prior pulchriori et grandiori, haec altera litteris paulo minutioribus minusque elegantibus, ut cuique utrarumque archetypa inspicienti primo statim obtutu patebit. Verum eiusdem unius Libri partes diutius disiectas iacere passi non sumus, illasque in eumdem Tomum congestas iunctim edendas curavimus, ut ad pristinam integritatem hac saltem una ratione, quando multis aliis nominibus non possumus, eas revocemus.

II. In Papyro autem evolvenda, ex qua Altera haec Pars, quam nunc damus, exscripta est, dum tres supra XX σελιδες evolutae essent, et XXIV.[a] Columna iam iam ad auras luminis post tot saecula emergens se conspiciendam praeberet; continuo et inopinato ingruentibus armorum tumultibus (annus quippe currebat MDCCXCIX) intermittere opus necesse fuit, ipsamque XXIV.[am] Columnam mediam abscindere. Quum vero eius Papyri evolutio postmodum resumpta fuit, nulla priorum XXIV σελιδων, quae principio explicatae fuerant, ratio habita est; quippe quae adeo lacerae ac pessumdatae apparebant, ut eas quandoque interpretandi atque edendi nulla spes affulgeret: proinde illis reiectis neglectisque, reliqua Papyrus, quae convoluta remanserat, explicari coepit ea ratione, ut ima XXIV.[ae] Columnae pars numeraretur I.[a], tum sequens Columna XXV.[a] diceretur II.[a], et sic deinceps ad extremam usque, quae XLV.[a] numerata fuit. Atque hae sunt huius Papyri XLV Columnae, quas exscribere Anglis concessum tunc fuit (quod quum praepropere nimis fieret, quamplurimi errores απογραφοις irrepserunt), quasque primum omnium in publicum

emisit Oxoniensis Academia, deinde a se curatas iterum edidit Leonardus Spengelius gymnasii Monacensis Antecessor, ac denique a se illustratas dedit E. Grosius in Parisiensi Academia Inspector. Interea dum hic eamdem Papyrum more nostro aere incidi curaremus, e re esse visum est, ut inferior illa Columnae XXIV.ae pars, quae in repetita Libri evolutione Columna I.a dicta fuerat, iterum cum superiori eius parte, a qua divulsa remanserat, conglutinata coalesceret, et una simul cum XXIV solidis desperatae illustrationis Columnis reiiceretur. Hinc non iam XLV Columnae, sed XLIV consueta interpretatione illustrandae, et sic demum edendae, tabulis aereis incisae sunt, ita tamen ut I.a earum numeraretur quae ex archetypo XXV.a emerserat. Sed quum postmodum, Columnis XLIV iam aere incisis, ad Voluminis interpretationem tandem manum admoveremus, reiectas priores XXIV σελίδας ex integro inspicere ac perlustrare diligentius fortasse, quam antea, libuit: quo facto mentem nostram novum consilium subiit; visae enim sunt non adeo contemnendae ut nihil omnino utilitatis ex illis extundere liceret, sin minus a nobis, saltem ab aliorum industria: quapropter non minus, quam reliquae, cum eruditis communicandae. Itaque eas quoque aere incidendas iussimus, illustrandasque suscepimus. Hinc vero factum est ut una eademque Papyrus duplicem Columnarum seriem nunc exhibeat, scilicet alteram XXIV, alteram XLIV Columnas continentem. Haec tamen divisio neque ab Auctore, neque ab antiqua Libri scriptura, sed tantummodo ab evolutionis et incisionis vicissitudinibus profecta est. Quod ut plene intelligeretur, ac ratum fixumque animo esset quorumvis has paginas legentium, totam hanc rei gestae narrationem heic interseruimus. Interea unamquamque seriem nunc Sectionis denominatione indicabimus, I.am scilicet Sectionem appellantes seriem priorum XXIV Columnarum, Sectionem II.am vero seriem Columnarum XLIV; sed omnes etiam atque etiam admonemus, utramque seriem vel Sectionem ad unum idemque Volumen pertinere, quod minime ab Auctore suo in partes fuerat distributum, quodque continenti tractatione, quamvis lacero textu, exhibet Partem Alteram Libri IV, quem De Rhetorica Philodemus reliquit.

III. Cuius quidem II.ae Partis illius Philodemici Libri non solum emendatiorem, sed etiam pleniorem textum nos nunc damus, quam caeteri qui eam hactenus ediderunt. Emendatiorem quidem, eo quod uniuscuiusque Columnae απογραφα, antequam aereis tabulis inciderentur, cum archetypis diligentissime conferre, et ad eorum fidem castigare datum fuit; quo factum est ut, quoad id perfici potuit, omnes ab illis errores expungerentur, qui exscriptionem Anglicanam festinantissime absolutam, adeoque Oxoniensem editionem ex ea profectam, nec non alias exinde natas commaculant, quosque merito Spengeliusque, Grosiusque deplorarunt. Pleniorem vero, quoniam iure postliminii XXIV columnis primitus evolutis concesso, non iam XLV tantum postremas Papyri σελίδας huc usque editas, sed LXVIII exhibemus. Atque utinam vel eas etiam Columnas adiicere concessum nobis fuisset, quae ipsas utique priores illas XXIV praecedebant, quaeque prorsus interierunt! vel saltem earum numerum divinare aliquo pacto potuissemus. Certe haud ita paucas fuisse oportet, si hanc secundam Partem IV Libri Philodemus ita prolixam fudit sicut priorem fecerat, quam CXLVII paginas olim implevisse certo novimus (1).

IV. Caeterum, ut de materia, quae in Papyro disseritur, aliquid tandem delibemus, utrum Auctor in Altera hac Parte, sicut in Priori, cum Stoico Philosopho,

(1) Vide Praefat. Priori Parti praefix. §. II p. II.

an cum cuiusvis aliarum sectarum adsecla certet, malumus Lectori potius iudicandum permittere, quam nostro definire iudicio. Idem certe in utrisque Partibus argumentum tractat, atque ad eamdem conclusionem pergere nititur, quae quanta quanta est Stoicorum opiniones oppugnat; in eo namque Philodemus heic totus est, ut ostendat, nullam earum rerum, quas Rhetores ac Sophistae tam facile tamque adseveranter praestituros se esse profitebantur, ab illis posse expectari; sed spe frustratos iri quicumque se illis instituendos traderent: quandoquidem eloquentiam ab eorum praeceptis, inque eorum exercitationibus quaerere idem esset ac aquam e pumice petere; nec Rhetoricae adminiculis, sed una natura auspice ac magistra quemque eloquentiam adipisci posse: proinde Rhetoricam neque necessariam, neque utilem esse, ut Stoici potissimum dictitabant, qui eam Philosophiae rationalis partem esse statuebant. Hoc autem quum Epicureus noster in Priori Parte generalibus ut ita dicam probationibus, atque ex tota Rhetoricae indole ac natura universim inspecta satis sibi confecisse visus est; in hac altera Parte, ad peculiaria et minutiora singillatim descendens, specificis argumentationibus persequitur, atque ad singulas quasque notabiliores Rhetoricorum praeceptorum partes expendendas se adcingit.

V. Nempe in prioribus, quae supersunt σελισι, quasque I.ª Sectio nostrae recensionis complectitur, a Col. I ad IX incipit Philodemus Sophistarum vel praestantissimos obiurgare, propter eorum vitiosam pronuntiationem, quamvis de ea minime contendere profiteatur. Loquitur deinde de insipienti cura et sollertia, quam illi adhibebant in tropis effingendis, quibus in laudando et vituperando quotidie abutebantur; atque de verborum inepta dispositione, quae ad captandam benevolentiam minime valet. Praeterea Rhetorum iactantiam reiicit, qui se politicis viris praestantiores esse putabant, eo quod politicos sermones elegantius praesertim ob metaphoras concinnare praesumebant. Imo statuit illum laude dignum esse, qui perspicuo dicendi genere, talem struat politicam orationem, quae nonnisi maximam respiciat utilitatem.

A Col. X vero ad XXIV plura deinceps sequuntur de metaphoris, et allegoriis, de locis, unde sumantur, de diversis earum speciebus, nec non de praeceptis et Rhetorum exemplis. Quanto enim metaphorae essent sermonibus adiumento, facilius erit coniicere ex earum frequenti usu, quum Rhetores, et in exhortationibus, et ornandi gratia, et pro verborum inopia eas adhibere solerent (1).

Postquam vero nonnullas obiectiones ad opportunum metaphorae usum pertinentes, tam in soluta oratione, quam in poësi A. solvendas susceperit, denuo ad metaphorae usum in reprehensionibus gradum facit; ubi loquitur de turpiloquio et de maledicto. Declarat quoque metaphoras obscuritatem parere, quum auditores diversum sentire videantur de eo quod translate intelligi debet. Item ostendit eas magis delectare cum novas rerum notitias praebeant; neque Sophistas, qui, ut Philosophorum nomine donentur, duriores metaphoras affectant, deridere desistit, cum eos obscurarum dictionum venatores appellet, quos etiam physici aspernantur.

VI. Deinde in iis Columnis, quas in secunda nostra Sectione et enumeratione nunc invenies, a Col. I ad X Sophistarum praecepta in primis A. enixe improbat, quum in erudiendis discipulis ad adcuratam et politam orationem conficiendam minime valeant; ita ut si caveant abnormia, et quemdam

(1) Vide Cic. de Oratore Lib. III, cap. 34. Rhetor. ad Herenn. Lib. IV, cap. 34. Adde Quintil. Inst. Orat. Lib. VIII, cap. 6.

ordinem in dicendo servent, id solum naturae tribuendum; quod variis probat argumentis ab experientia desumptis. Quin etiam de inutilitate tum Rhetoricae sermonem iniicit, eo quod ante ipsam inventam plurimi iam extabant oratores; tum etiam rhetoricarum exercitationum, quarum studiosi haud carebant vitiis loquutionis, eorumque iactantiam, suimet probationibus refellit.

Col. XI ad XIX praeterea loquitur de recta pronuntiatione, quam Sophistae vindicare nullo pacto sibi queunt, nam illam a natura potius, quam ab arte repetimus; et revera naturali opus est dispositione, ut quis excitet auditorum affectus, etiam diversa, pro re nata, vocis modulatione. Qua in re sententiam Demosthenis explicat, pronuntiationis vitia Sophistis obiectat, ipsamque pronuntiationem variam esse debere, prout variae sunt res, ad quas refertur, concludit. Atque hic non abs re erit adducere Quintiliani locum de vocis modulatione: *Atqui* (ille ait) *in orando quoque intentio vocis, remissio, flexus pertinet ad movendos audientium affectus: aliaque modulatione concitationem iudicum, alia misericordiam petimus; quum etiam organis, quibus sermo exprimi non potest, affici animos in diversum habitum sentiamus. Corporis quoque decens et aptus motus qui dicitur ευρυθμια est necessarius nec aliunde peti potest; in quo pars actionis non minima consistit* (1).

Col. XX et XXI ad caeteros Sophistarum errores accedit Rhetoricae laus ex praeceptis ad quamdam παιδαγωγιαν pertinentibus: quamobrem Philodemus perpendens quam inepte id proponeretur, et quem in contemptum ea aetate παιδαγωγια venisset, Rhetoricam hoc nomine non esse magnificandam acrius obnititur.

Col. XXII ad XXIX prolixa oritur disputatio de inventione, quam Sophistae soli Rhetoricae convenire putant, adeo ut caeteris disciplinis argumenta ex inventione desumpta suppetere iure debeant. Id negat Noster, atque demonstrat, qualibet disciplina excultos, ad proprios esse aptos invenire sermones; imo ipsos Sophistas, propter vitia, fallacias et nugas, quibus abundant, ne in sophisticis quidem, et politicis rebus, ut se iactant, inventionem perficere posse adseverat. Quod si inventio ampliori sensu sit accipienda, eam procul dubio, iure suo vindicabunt Philosophi.

Col. XXX ad XXXXIV ad quaestiones sub triplici genere contentas, id est demonstrativo, deliberativo et iudiciali gradum facit Philodemus, et prae omnibus ad genus demonstrativum animum adiicit, quoniam Sophistae facultatem laudandi et vituperandi sibi tamquam propriam adrogabant, caeteraque ad aliud tempus amandat. Atque huic insistens argumento, modo amentiam, modo audaciam eorum reprehendit, qui ad libitum laudanda vituperabant, et vituperanda facilius laudabant. Et subdit, quamvis Deos aut heroas commendent; quum illi hominum laudibus non indigeant, eo magis ea, quae ex ore Sophistarum procedunt, despicatui habent. Si vero bruta laudibus efferant, aut vituperent, id inutile esse opinatur Auctor, nam illa neque sentire, nec in aliquo mutari suapte natura possunt. Et quod maius est, non virtutes aut vitia Sophistis laudandi aut vituperandi incitamentum praebent, sed vel lucrum, vel timor, vel ostentatio. Quod praecipue observat etiam Tullius de Sophistis, quum ait: *Sic enim appellabantur ii, qui ostentationis, aut quaestus causa philosophabantur* (2). Et alio loco idem auctor plura subiicit de Sophistarum audacia (3).


(1) Inst. Orat. Lib. I. cap.° 10.
(2) Academic. Lib. II. cap. 23.
(3) Vide adnot. ad Col. XXIII, p. 11.

Nec immerito Philodemus ut eorum ignorantiam magis magisque patefaceret, testatur eos hoc genere demonstrativo abuti, quod nosse non curant unamquamque rem per se neque laudari, neque vituperari posse, nisi ad principium boni aut mali referatur.

VII. Denique in Col. XXXXII quum in adposito epilogo Philodemus colligit quae iam antea dixerat, legimus nomen cuiusdam Caii, cui ipse hunc librum de Rhetorica nuncupare debuit, ut clare patet ex verbis eiusdem auctoris, quae concinne et perbelle huiusmodi admittunt interpretationem. Verba haec sunt: Αποτεθεωρημενων τοιγαρουν, ω Γαιε παι, απαντων...... *Perspectis itaque, o Cai puer, iis omnibus...*

Quisnam vero fuerit iste Gaius, vel Caius, satis non liquet. Non temere autem arguere licet ipsum fuisse adolescentem philosophum, ex Epicureorum secta, Philodemi discipulum, cuius nomen, quod in fine operis legitur, invenissemus quoque in principio, si priores Columnae non fuissent deperditae.

Ex his autem omnibus, quisque per se vel nobis tacentibus facile videt quam rite speremus, multum novitatis, utilitatis, voluptatisque huius Papyri explanationem procul dubio eruditis esse allaturam.



Carlo Oratj dis. *Vin.zo Corazza inc.*

ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ

ΠΕΡΙ ῬΗΤΟΡΙΚΗΣ


Δ̄

ΤΩΝ ΕΙΣ ΔΥΟ ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

PHILODEMI

DE RHETORICA

LIBRI IV PARS ALTERA.


ΦΟΡ ΚΑΙΚΑΚΟΡΥ ΚΑ
ΜΕΤΡΑ ΙΝΑΣΔΕΤΑΥΘΥΠ
ΤΟΝΤΑ ΕΚΓΛΟΙ ΟΝΟ
ΜΑΤΩΝ ΗΝΚΑΤΑΣΚ Η ΕΙ
ΔΟ ΕΚΤ ΝΤΑ Γ ΝΟ
ΠΩΣ ΤΟΤ ΛΕ ΙΝ
ΑΠΑΝ ΑΥΤΑ ΛΗ ΑΦΕ
ΡΩΜΕΘΑ ΛΕΓ ΜΕΝΔΕ
ΤΙ ΜΗΝΡΗΤΟΡΙΚΩΝ
ΣΤΩΝΟΙΜΕΓΙΣΤΟΙΤΟΙΣΟ
Ο ΙΣΤΕΛΕΥΤΟΙΣΚΑΙΟ Ο
ΤΟΙΣΚΑΙΟΜΟΙΟΣ
ΑΤ ΕΣΤΑΤΑΦΑΙΝ Ν
ΓΑ ΜΕΝΟΙ ΚΑΙΟΤ Λ
ΔΕΟΝΟΜΑΤΩΝ Ν
ΑΙΠΟΛΛΗΝΕΜΜΕ
ΤΟΗΚΟΤΕ ΟΙΔΕ
ΤΟΣΚΑΙΜΑΛΙΣΤΑ
ΩΝ ΝΓΡΑΦΕΙΝ
ΙΝΕΚΑΤΕ
Λ ΕΦΕ
Τ ΤΑΦΥ
ΟΝ ΑΥΤΟΜΟ
ΛΕΥΣ
ΑΙ ΠΕ

COL. I

Gio: Bª Casanova dis.

Carlo Malesci inc.

COLUMNA I.

. . . . τινας μεν ακουομεν εχοντας προφορας και κακορυθμον, και αμετρα· τινας δε ταυθ' ὑπαπτοντας εκ γλοιωδους ονοματων, την κατασκευης ειδος εκποιωνται. Πλην ὁπως αυτοι ποτε λεγουσιν, ἁπαντα ταυτα μη διαφερωμεθα. Λεγομεν δε, ὁτι των μην Ῥητορικων Σοφιστων οἱ μεγιστοι τοις ὁμοιαις τελευτοις, και ὁμοιοις πτωτοις, και ὁμοιοις κωλοις αποτελεστατα Φαινονται εκλαλουμενοι, και ουδε λογων, ουδε ονοματων ενδεικνυνται πολλην εμμελειαν πεποιηκοτες· οἱ δε οιονται τοτε και μαλιστα ὑπο παντων Συγγραφεων επηνηθησεσθαι· ἱν' ἑκατερον εχωσι, μισθον τε Φερομενον, και το καταφυλαττον επαινον, δι' αυτο μονον, ουδε τι αγορευσαντες κατα συμμετριαν περι

CAP. I.

Vitiosa Sophistarum pronunciatio.

. . . . ¶ audimus nonnullos quidem *Sophistarum* pronunciationis vitiosam modulationem, et immoderatam vehementiam habentes; nonnullos autem haec ipsa *vitia* conglutinationi verborum adiungentes, quum artificiosae orationis specimen effingunt. Verumtamen utcumque ipsi loquantur, de his omnibus minime contendamus.

CAP. II.

Sophistarum praestantissimi reprehenduntur.

¶ Dicimus autem, utique Rhetoricorum Sophistarum praestantissimos similiter desinentibus, et similiter cadentibus, et similiter incipientibus absolutissime eloquentes videri: tametsi neque sermonis, neque verborum multam habentes curam se prodant: ipsi vero arbitrantur tunc etiam maxime ab omnibus Scriptoribus mox laudandos esse; ut utrumque per hoc ipsum solum adsequantur, *nempe* et quod merces sibi persolvatur, et quod laudem suam tueantur; dum neque in concionando servant concinnam distinctionem

ADNOTATIONES.


Lin. 1. et seqq. τινας μεν κ λ.). Quae supplevimus, subsequenti orationis contextui innituntur. Nam de *pronunciationis* vitiis mox etiam agentem Philodemum, eiusque κακορυθμον και αμετρα Sophistis improbrantem legemus. Κακορυθμος autem, contra quam docent Lexicographi, uno ρ scribendum probat απογραφον nostrum, et *immodulatus* recte vertitur, dum ad vocem, aut ad similia pertinet. Ioseph Flav. *Genes.* pag. 5. Galen. *De Puls.* Vol. II. pag. 258. Αμετρον vero pro Αμετρια dici probant Grammatici, et Lexicographi ex Luciano; atque interdum significat *nimiam vehementiam.* Alexandr. Trallen. *Probl.* I. p. 5. Utroque autem vitio Sophistarum pronunciationem laborasse compertum est. Ad primum enim quod adtinet, pauci habebant ῥυθμον της γλωττης, quem in Phavorino laudavit Philostratus. *Vit. Sophist. Phavor.* Etenim solebant συγκρουειν τας εκφωνησεις αυτων δια τον Αθηναιων ψελλισμον, *sonum collidere Atticae pronunciationis affectatione.* Tatian. *Advers. Gentes* p. 173. *Col.* 1686. Eadem de ipsis notant Plutarch. *De Audit.* et Themistius Orat. III. Κακορυθμος itaque apud Philodemum est huiusmodi vitium, quo *tinnulos* quosdam edebant, ut Fabii verbo utar, *Institut. Orat.* Lib. II. cap. 3.; atque modulatione scenica utebantur, quae in Oratore male sonat: *quid enim minus oratori convenit, quam modulatio scenica?* Id. *ibid.* Lib. XI. cap. 3. Ad alterum quod spectat, *nimia* in dicendo *vehementia* notata est in Sophistis per verba λαρυγγιζειν et λαρυγγιαν ab Aristophane *Equit.* v. 357. et a S. Gregor. Nazianz. Orat. III. Quare Demosthenes invidiam concilians aemulo, qui, Sophistarum more, voce plena et maxime resonanti gestiebat, ait: επαρας την φωνην, και γεγηθως, και λαρυγγιζων. *Pro Coron.* 474. *Francof.* 1504.

Lin. 5. et seq. εκ γλοιωδους κ. λ). Ita supplendum censuimus, quia Rhetores ob *verbositatem rhetoricam*, qua in *pronunciatione* concitata *conglutinabant verba*, ut longissimam protenderent orationem, merito reprehensi sunt. Plat. T. I. in *Protag.* p. 312. et seqq. *ed. Steph.* Quare Iustinus Martyr, quum Christi breves et compendiosos laudaret sermones, veluti rationem reddens subiicit; ου γαρ Σοφιστης υπηρχεν, *neque enim Sophista fuit. Apolog.* II. Igitur non abs re Philodemus in eos haud distincte *pronunciantes* invehitur, uti ex praesentibus laciniis expiscati sumus.

Lin. 7. et seq. όπως αυτοι ποτε). Si quis supplendo legere malit όπως οἱ δηποτε, vel όπως αν δηποτε, vel quidpiam simile, contentiosum funem cum eo minime trahemus.

Lin. 11. et seqq. Ῥητορικων Σοφιστων οἱ μεγιστοι κ. λ.). *Rhetorici Sophistae* adpellati sunt a veteribus ii, qui *dicendi magistri erant, et eloquentes.* Themist. Orat. I. *Rhetoricos doctores* eos nuncupat Cicero *De Orat.* Lib. I. n. 87. Gorgiam porro indicare videtur Noster; is enim figurarum adeo *avidus* fuit, ut *his festivitatibus insolentius abuteretur.* Cic. *Orat.* n. 176. Vide Suidam v. Γοργιας. Isocratem pariter heic carpi censemus, qui σχηματα θεατρικα, *figuras ad pompam eloquentiae opportunas* plus nimio adamavit. Dionys. Halic. *Iudic. Isocrat.* T. II. p. 159. v. 35. *Oxon.* 1704. Is nimirum reprehensus fuit δια το προσκορες των παρισωσεων, *propter membrorum aequalium ad fastidium usque copiam.* Phot. v. Ισοκρατης. Hisce magistris edocti Sophistae pulchram et illustrem orationem se effecturos sperabant, si membra periodi paria paribus adiuncta, et similiter cadentia, aut incipientia intemperantius usurparent. Vide Philostr. in *Vit. Soph.* n. 13. Quare ait S. Greg. Nazianz. παρισα και ισοκωλα Σοφισταις αποορριψομεθα. Epist. 209. Tria autem σχηματα heic memorat Philodemus, quibus illi praecipue delectabantur, quaeque praesertim in Isocrate notat Diodorus Siculus *Bibl.* Lib. XII. cap. 1. videlicet ea sunt ὁμοιοτελευτον, ὁμοιοπτωτον, ισοκωλον· quae Fabius in uno Ciceronis loco coniuncta observat, dum *de similium quadruplici ratione* agit. *Inst. Orat.* Lib. IX. cap. 3. Quae quidem a Graecis quomodo definiantur, invenimus apud Alexandrum περι Σχημ. pag. 475. et seqq. et apud Tiberium περι Σχημ. pag. 561. et seq. et apud Anonymum περι Σχημ. pag. 639. et seqq. *Rhetor. Graec.* Tom. VIII. *edit. Waltz.* Animadvertendum denique est, N. A., ut huiusmodi figuras in contemptionem adducat, earum nomina in duo verba dividere: scribit nimirum ὁμοιοις τελευτοις, ὁμοιοις πτωτοις, ὁμοιοις κωλοις. Hoc autem postremum respondet, si minus ισοκωλοις, certe παρομοιοις κωλοις, *similiter incipientibus membris*, de quibus fuse agit Demetrius *De Eloquut.* p. 15. et 104. *Rhet. Graec.* T. IX. Atque haec ad supplementi confirmationem satis esse videntur: caetera enim prono alveo fluunt.

Lin. 27. κατα συμμετριαν περι μελων). Haec supplevimus memores illius Hermogenis sententiae: καθολου το καλλος εστι συμμετρια μελων και μερων μετ' ευχροιας, δι' ὡν λογος τις γινεται, ειτε ιδεων ὁλων μιγνυμενων εις ταυτον, ειτε και των συμπληρουντων ἑκαστην ιδεαν· ταυτα γαρ οἱον μελη, και μερη εστιν αυτου· *pulchritudo est, ut universe dicam, concinnitas distinctionum, ac partium cum coloris praestantia: per quae oratio fit quaedam, sive omnibus formis in unum commixtis, sive etiam formas singulas implentibus; haec enim sunt tamquam partes quaedam ac distinctiones ipsius orationis. De Formis* Part. I. *Rhetor. Graec.* Tom. III. pag. 278. *ed. Waltz.* Est autem μελος ποιον διαστημα εν διαφοροις συλλαβαις βαρυτονουμενον, η οξυτονουμενον: *distinctio est intervallum quoddam in diversis syllabis ex accentu gravi vel acuto procedens.* Michaël Psell. *De Comp. Part. Orat. Ibid.* Tom. V. p. 599. Haec autem ad rem nostram facere Psellus ipse probare videtur, si totum eius caput perlegatur, ubi illud probat: ἡ ακοη πρωτον μεν ἡδεται τοις καλοις μελεσιν, επειτα ῥυθμοις, τριτον ταις μεταβολαις, εν δε τουτοις πασι τῳ πρεποντι· *aures delectantur primum quidem pulchris distinctionibus, deinde rhythmis, tertio accentuum permutationibus; ita tamen ut in his omnibus decorum servetur. Ibid.*



Gio: B.a Casanova dis: *Carlo Malesci inc.*

COLUMNA II.

μελων, ουδ' ευσχημονησαντες. Συμπτωσις δε φωνηεντων εστι μεν ου ψυχρος, ηδ' ουκ ακαιρος, ουδ' ὁν ὁυτοι γε διειληφασιν, κοσμος, αλλα προς την της ακοης ἡδονην και αηδες τι αναφερουσα· ὡς και την των κακορυθμων ονοματων ευθεσιαν κλινει. Αυτοι δε και πονουσι το τειχωμα των τα πλειστα συνφωνουντων· ἱνα και πολιορκειν τις αν ειπειεν· και εις μη επαινουντας αυτο ῥηματα ευτελως μαλακωτερα προς την ακοην ποιουσιν· ὡστ' επι της ακοης ῥηματα φερεσθαι τερψιν ονειδιζομενης. Οὑτω πως εγινετο τη Ποιητικη συνκρατεισθαι της επιτυχιας δυναμενης, πως δε ουτε των ιδιων; και πολυ εισιν ἡττον παιδος ἑρμηνεια

partium, neque decore se gerunt. Concursus autem vocalium est quidem ornatus minime frigidus, neque inopportunus, nec talis, qualem isti iudicarunt: sed auribus iucundum efficit etiam aliquid, quod insuave est; sicuti et verborum male sonantium rectam statuit collocationem. Ipsi autem exstruunt machinam litterarum, ut plurimum, consonantium, ut et quispiam dixerit eos urbem obsidere; atque ad illos, a quibus minime laudantur, verba facili negotio auribus molliora faciunt: ita ut auribus offensis verba adferant oblectamentum. Sic aliquando contigit, ut *eorum* poëtica dicendi ratio prosperum successum, quem obtinere potest, obtineat: aliquando vero neque proprium finem adsequatur: atque multo inferiores sunt puero in eloquutione

ADNOTATIONES.

Lin. 1. et seq. *ουδ᾽ ευσχημονησαντες.*). Id referimus ad Sophistarum orationem, quae *decora* Philodemo minime videbatur. Certe quidem invenimus in Cicerone illud; *decorus est sermo. De Senect.* n. 28. Atque illud : *loqui ad rerum dignitatem apte , et quasi decore. De Orat.* L. I. n. 144. Adde etiam : *in oratione nihil est difficilius , quam quod deceat : πρεπον adpellant Graeci , nos dicamus sane decorum : huius ignoratione non modo in vita , sed saepissime et in poëmatis , et in oratione peccatur. Orat.* n. 70.

Lin. 5. *κοσμος*). Ex ingenio vocem hanc posuimus : sed fortasse eam minime improbabit, qui perlegerit Artis Rhetoricae Scriptores. Hi enim quemlibet *dictionis ornatum κοσμον* dixerunt, uti Aristoteles *Rhet.* L. III. c. 7, et Poët. c. 36. Isocrates pariter, *πολλοι δεδονται κοσμοι*, *multi conceduntur ornatus*, hoc sensu dixit p. 192. *Concursus* autem , seu *casus vocalium* esse potest ornatus dictionis, quum *nemo tam rusticus sit, qui vocales nolit coniungere* , Auct. *Rhet. ad Her.* Lib. IV. n. 19 ; quumque id caveatur, *ne asper verborum concursus sit, neve hiulcus.* Cic. *De Orat.* Lib. III. n. 169. Quod si huiusmodi monitum oratorem fugiat, *habebitur tamquam hiatus, concursu vocalium molle quiddam.* Id. *Orat.* n. 77. Hoc autem *frigidam* reddit orationem. Vide Demetr. *περι ψυχρου του αντικειμενου τῳ μεγαλοπρεπει. De Eloquut.* cap. 114. Tum enim oratio videtur *ψυχρευεσθαι.* Hermog. *De Formis dicendi.* P. I. c. 5. atque huiusmodi oratio *ψυχρολογιας* vitio laborat. Ioseph Racendyt. *Synops. Rhet.* Cap. VIII. Quae quum ita sint, satis plana est N. A. sententia.


Lin. 10. *ευθεσιαν κλινει*). Quod recta collocatio verbum asperum emolliat, atque auribus suave efficiat ; nihil est quod probemus ; de hoc enim fuse egerunt Halicarnassensis in Tractatu *De Verborum Collocatione* , Longinus , sive alius in Tract. *De Sublimi* cap. 38. et seq. ubi modo *συνθεσις* , modo *επισυνθεσις* adhibetur, ad verborum collocationem et compositionem indicandam. Inde nos hausimus *ευθεσιαν* spatio et residuis elementis aptatam. De hac re lege, quae habet Cicero in *Orat.* L. III. c. XLIV ; sic enim ratio constabit , cur *κλινει* heic legendum duxerimus.

Lin. 11. et seqq. *πονουσι το τειχωμα κ. λ.*). Ad explanandam hanc pagellae partem , qua in *απογραφῳ* spectabilem , qua per nos restitutam , satis est in lectoris memoriam revocare Sophistarum orationes ita fuisse concinnatas, ut quemlibet auditorem percellerent simul, et oblectarent. Utrumque eos interdum fuisse adsequutos probat Philostratus , dum de quodam Sophista Romae disserente adfirmat, omnes eum arrectis auribus audiisse, *ὥσπερ ευστομουσαν αηδονα, την ευγλωττιαν εκπληττομενους*, *non secus ac suavissimam lusciniam , inusitata facundia obstupefactos. Vit. Soph. Hadrian.* Quare eorum auditores *ὑπερεκπεπληγμενους, incredibiliter obstupefactos* adpellat Lucian. *De Dom.* §. 3. Rem poëtica venustate Claudianus ita expressit......*iam dulce loquendi*

Pondus , et attonitas sermo qui duceret aures.

De Consul. Manl. Theod. XVIII. 20. Hae igitur erant eorum *τειχωματα, machinae*, seu *tormenta bellica,* in quibus erant *λογων αμαχοι Σοφισται* , *verborum contentionibus invicti Sophistae. S. Ioann. Chrysost. Contra Gent.* T. I. pag. 732. *Paris.* 1621. Interdum quidem *ὁρμην* , *και ακμας* , *impetum, et vigorem* in oratione habebant, *Philostr. Vit. Gorg.* et *Polem.* Interdum vero per blanditias audientium animos sibi devinciendos curabant , atque ita feliciter *αγωνιζεσθαι* nitebantur. Aristid. *Orat. ult.* Tom. V. Quod autem *τειχωμα*, *machinam bellicam* , vocet N. artificium dicendi, mirum videri non potest iis, qui meminerint a Socrate Rhetoricam vocari *μηχανην*, Plat. *Gorg.* T. I. p. 459, et a Gorgia dici : *εν τοις οπλοις μαχεσθαι .... προς τους πολεμιους* , et alia huiusmodi pag. 456. *edit. Steph.* Huc itaque Philodemum respexisse putavimus , quum huius pagellae interpretationem eruditorum iudicio subiecimus.

Lin. 20. et seqq. *πως εγινετο τῃ Ποιητικῃ κ. λ.*). Quae, partim legendo , partim supplendo , heic lectori exhibemus , ad eam pertinent Sophistarum institutionem , qui Hippiae Elei exemplum sequuti . eloquentiam suam poëticis flosculis ornarunt. Audiatur de eo Philostratus : *ἡρμηνευεν* , *εις ολιγα καταφευγων των εκ Ποιητικης ονοματων*; *eloquutus est, ut parum abesset a poëtica dicendi ratione. Vit. Soph.* L. I. pag. 499. *ed. Morel.* Mox hanc sententiam uberius esponet Philodemus.



Gio. B.ª Casanova dis. ed inc.

COLUMNA III.

των δυσκρουοντων, εν τῃ προφορᾳ κατασκευαζοντων οχλησιν δι' ακοης, ου συμφεροντων. Ει δ' ουν εχει τι περιττον ἡ των ειρημενων ἁπαντων φυλακη· και παρ' αλλων, ου μονον των Ῥητορων και παρην παθη, και μετανοια· ὁτι και ἡ κατασκευη λογου ταυτ' αγει. Αλλ' οἱγε ταυτην κατασκευην ου ποιουσιν, ὁτι μητε ποι κρουματα λαμβανει φιλιας εκ της πανδημου, μητε παρ' ἡμων ἡ στασις εις το φιλοκατασκευην καταστησαι αινειται δι' ἑαυτης· επειδη εχει τροπον, σχημα, πλασμα· τροπον μεν, οἱον Μετωνυμιαν, Αλληγοριαν, η παν το τοιουτο· σχημα δε το περιοδοις, και κωλοις, και κομμασιν, και ταις τοιουτων

verborum inaniter et subdole pulsantium, in pronunciatione perturbationem per aures efficientium, minime utilium. Si igitur habet aliquid eximium ea omnia, quae memorata sunt, servari; non modo a Rhetoribus, sed etiam ab aliis tum excitari poterant affectus, tum mutari auditorum sententia; siquidem orationis structura utrumque secum fert. At hi *Rhetores* huiusmodi structuram non conficiunt; quia neque *eorum* verba inaniter et subdole pulsantia benevolentiam a populo alicubi captant, neque a nobis *eorum* stabilitas in exhibendo affectato dicendi artificio per se ipsa laudatur; quum nihil habeat, nisi tropum, schema, plasma: tropum quidem e. g. Metonymiam, Allegoriam, aut caetera huiusmodi: schema vero illud, quod ab periodis, et membris, et incisis, atque horum

ADNOTATIONES.

Lin. 1. δυσκρουοντων). Vocem hanc Lexicographis ignotam ideo supplevimus, quia nulla opportunior occurrit, et quia nuper συνκρουοντων legendum duximus, et mox κρουματα restituemus. Haec autem Aristophanis sententiae innituntur, qui de Sophistis sic habet :

Γνωμην, και διαλεξιν, και νουν ἡμιν παρεχουσιν,
Και τερατειαν, και περιλεξιν, και κρουσιν, και καταληψιν.
Sententiam, et artem disserendi, et mentem nobis praebent,
Et fictiones rerum incredibilium, et inutilem disputationem, et fallaciam, et perceptionem.


Nub. v. 316. et seq. Scholiastes autem animadvertit his verbis Aristophanem ostendere ἐξ ὁσων συνεστηκε Ῥητορικη, *e quot et quibus rebus Sophistarum confletur Rhetorica.* Vocem κρουσιν vero significare ait ἀπατην, δοκιμασιαν, παραλογισμον, *fraudem, tentamen, captionem,* quae fucato orationis nitore et fallaci ratiocinatione, seu veteratorio artificio inaniter pulsat audientium tum aures, tum mentem : ideo παρακρουσεις, *captiones Sophistarum* dicit Aristoteles *De Reprehens. Soph.* L. I. c. 17. Igitur Philodemus, qui caeteras Sophistarum technas acerrime persequutus est, hanc omnino praeterire non potuit.

Lin. 4. et seqq. Ει δ᾽ ουν εχει κ. λ.). Sophistae litterarum syllabarumque distinctiones, et rhythmorum naturam plus nimio investigabant ; atque huiusmodi investigatione in dicendo abutebantur. Caeteros hac in re superavit Hippias, qui multum immoratus est περι τε γραμματων δυναμεως, και συλλαβων, και ῥυθμων, και ἁρμονιων : *de litterarum, et syllabarum, et rhythmorum, et bene sonantium potestate.* Plato *Hipp. mai.* T. VI. p. 195. et *Hipp. min.* T. III. p. 12. *Lond.* 1826. Quare de rhythmo plura scripserunt Rhetores, uti Ioseph Racendyt. *Synops. Rhet.* Cap. 12. *Rhet. Graec.* T. III. p. 545. *edit. Valz.* Anonym. *De Part. Orat.* Cap. I. *Ibid.* p. 589. Ioannes Sicel. *in Hermog. Ibid.* T. VI. p. 82, p. 130. Quae quidem Philodemus, Rhetorica lenocinia adspernatus, explodere conatur: adeoque κακορυθμον saepe memorare videtur.

Lin. 8. et seq. παρην παθη). Aemulabantur Sophistae Oratorem illum, qui ταις δεινωσεσι, και σφοδροις παθεσι, *validis incitamentis, et affectibus vehementibus* auditores commovebat, Longinus *De Subl.* Sect. XII. Quomodo autem affectus commovendi sint, idem fuse docet, Lib. *De Invent.* cap. ult. *Rhet. Graec.* T. IX. p. 594. et seqq. *Edit. Walz.* Vide etiam Quinctilianum *Instit. Orat.* Lib. VI. cap. 2. Caeterum heic Philodemum eos Rhetores carpsisse censeo, qui Thrasymachum Chalcedonium imitati in id potissimum Artis suae magisterio incumbebant, ut iudices sive ad iram, sive ad misericordiam, sive ad laetitiam, sive ad alios quoscumque affectus incitarent. Vide Platonem *Phaedr.* T. I. p. 162. *Londini* 1826. Arist. *Rhet.* L. III. c. 1.

Lin. 13. et seq. κρουματα). Supplevimus hanc vocem a littera initiali, et a postremis ducti; quia modo δυσκρουοντων, et συνκρουοντων legimus. Profecto vox κρουμα a *pulsatione* musici instrumenti facile transferri potuit ad significandas *voces similes sono fidium, et nervorum,* seu *voces nihil significantes, et aures solummodo pulsantes.* Ita per Philodemi locum firmari poterit de huiusmodi significatione coniectura Ernesti, et Schweighaüseri, qui hoc sensu interpretati sunt illud Polybii: επι δε των αγνοουμενων εις τελος ὁμοιαν εχει την δυναμιν ἡ των ονοματων ·εξηγησις ταις αδιανοητοις, και κρουσματικαις λεξεσιν. *Ubi vero nulla penitus locorum notitia praecedit, nuda nomina apposita, eamdem vim habere cum vocibus nihil significantibus, et sonis percussione organorum editis.* L. III. §. 36. Quod autem huiusmodi vocibus redundarent orationes Sophistarum, ac proinde a N. A. non immerito taxentur, probat Themistius, qui eos βατταριζειν, ac βαττολογειν, *nugari, blaterare* adfirmat, Orat. I. Interdum etiam απαγχειν τους ακουοντας, *strangulare auditores*, et κατακλυειν τοις λογοισι, *verborum affluentia obruere* dicebantur. Vide Philostrat. *Vit. Apoll. Tyan.* L. VIII. c. 1. Quidni nostrum κρουματα de ipsis dici potuit? Idque eo magis probabile est, quod et ipsa vox indicare etiam potest κρουσιν, *fallaciam* Sophistis tributam, uti paullo ante ostendimus. Atque haec legentibus nobis, et interpretantibus facem praetulerunt.

Lin. 19 et seqq. επειδη εχει κ. λ.). Sensus huius loci, a quo ducti verbis etiam praecedentibus medicam admovimus manum, hic esse videtur. Rhetores suo eloquutionis studio finem orationis, qui est auditores commovere et persuadere, minime adsequi Philodemus adfirmat; quandoquidem neque populi benevolentiam sibi conciliant, neque sapientium laudem obtinent. Id autem fieri arbitratur, quia propter plurima ornamenta oratio eorum nimis phalerata fastidium, et contemptum meretur. Redundat nimirum haec tum tropis, tum schematis, tum plasmatis. Troporum autem duo memorat N., Metonymiam scilicet (quam litteris initialibus et spatio suadentibus legendam duximus), et Allegoriam : caeteros Rhetoricis enumerandos relinquit. Vide Quinctil. *Instit.* Lib. VIII. cap. 6.



COL. IV

Gio. B. Casanova dis ed inc

COLUMNA IV.

σ λοκαις και ποιοτητα διαλαμβανον· πλασμα δε το μωροσοφιαν συνεπεχον, ότι τα ῥηματα τι πολυ γλαφυρον εστι. Συνηθες δε πλασμα λεγειν τι μη ὑπαρχον, ποτε δε αδιανοητον τι αλλο· ῥητοροπρεπες δ' αν που μηδεν αυτων διανοειται. Ιστεον μεν τοι γε, ότι Σοφιστου Φραδη, ά κομματα εσται κωλον, ὡς μετα προτασεως αποδιδοται, και τι κοσμει στεριωσασθαι το ψευδες, αντι της εν ταις κατασκευαις αρετης· και τουτων πολλοι εις κατασκευασμον, ὑπερβιβασαντες πανδημου λεξεως ποιοτητα των αρετων, εβιβασαν ἁυτους παρα Ποιηταις, ὡς Ο'μηρῳ, και παρ' Ευριπιδῃ, και Ποιηταις αλλοις, και μη παρα τοις πεζως διαλεγομενοις·

implicamentis etiam *suam* qualitatem desumit: plasma vero est illud, quod stultam eorum sapientiam contegit, siquidem *ad hoc oblinendum* verba aliquid nimis aptum sunt. Solet autem plasma dicere quidpiam, quod non exsistit, aliquando vero quidpiam, quod nec mente concipi potest: Rhetorem porro nihil horum unquam decere intelligitur. ¶ Sciendum profecto est Sophistae sollertiam *esse in hoc:* quaenam incisa membrum periodi confectura sint, quomodo cum protasi apodosis ponatur, et quid ornet falsitatis confirmationem, pro eo ut in orationis structura virtutem quaerat. Atque horum *hominum* multi ad orationem elucubrandam, extollentes se supra vulgarem dictionem, quae virtutibus plena est, admoverunt se Poëtis, uti Homero, atque Euripidi, aliisque Poëtis, non vero iis, qui prorsa oratione disserunt:

CAP. III. In quo sollertia Sophistarum eluceat.

Lin. 1. πλοκαις). Prima tantum littera in απογραφῳ deest, quam facili negotio supplevimus. Est enim πλοκη ea figura, qua *verba frequentius iterantur, et quasi implicantur*, ut probe adnotat Turnebus in Quinctil. *Instit.* Lib. IX. c. 3. ubi de ea disseritur. Porro Alexander Num. de ea agens, inquit: πλοκη εστιν, ὁταν εν τῳ πρωτῳ και δευτερῳ κωλῳ της περιοδου τοις αυτοις ονομασι χρησωμεθα, τα εν αρχῃ ευτελη τεθεντα επι ταυτης αποληπωμεν, ὡς Ισοκρατης, κ. λ. *Ploce est, quando in primo et secundo periodi membro iisdem verbis utemur, ea, quae in principio facilia erant posita, in altero membro postponimus, ut Isocrates etc. Rhetor. Graec.* Tom. VIII. pag. 480. In quo loco animadvertimus cum periodis, earumque membris coniunctam esse πλοκην, et huius exemplum ab Isocrate Sophistarum antesignano sumi. Id satis illustrat hunc Philodemi locum, in quo de periodorum affectatione adversus Sophistas agit. Similia quoque περι πλοκης habet Phoebabon Sophista in Tract. *De Figuris. Rhetor. Graec.* T. VIII. pag. 116. Porro Theophrastus in huiusmodi oratoribus notat πλοκας και παλιλογιας, *implicamenta et repetitiones*: De his Cicero inquit: *intervalla longa, brevia, quibus implicata et permixta oratio est. Orat.* n. 187. Quare Hippias aiebat Socratem σοφιστικως disputantem πλεκειν λογους, *captiunculas implicare.* Plat. *Hipp.* T. I. pag. 369. *ed. Steph.*


Lin. 2. πλασμα). Saepe haec vox, quam capite minutam, uti et mox, instauravimus, occurrit apud Graecos Rhetores, uti πλασμα λογου, Demetr. *De Eloquut.* §. 298. et το κατα την ὑποκρισιν πλασμα, apud Longinum *De Invent. Rhetor. Graec.* Tom. IX. pag. 568. *et alibi.* Pariter quantam vim habeat τεχνικον πλασμα, docet Syrianus *ibid.* p. 789. Sed quidnam πλασματος nomine intelligat Auctor Noster, explanatum invenimus apud Gregorium Corinthium: πλασμα εστιν, ὁταν το μηπω γεγονος πλαττων τις εις αποδειξιν του γεγονοτος παραλαμβανῃ· *fictio vero est, quum quis fingens id, quod nunquam adcidit, inde adsumit rei verae demonstrationem. De Meth.* Vide *Rhet. Graec.* T. VII. P. II. pag. 1149. Caeterum πλασματικος λογος vertitur *Declamatio*, Phot. *Bibl.* Cod. XC. Auctor πλασματων Aeschines in Rhodiaco otio fuisse dicitur ab eodem Photio. *Ibid.* Deinde eo abusi sunt Sophistae. *Id.* v. Λιβανιος, et Ιμερος. Etenim *fictis controversiis*, vel, ut alii vocant, *falsis*, quas otiosi simul et ingeniosi Sophistae excogitabant, erudiebant adolescentulos, ut tradit S. Gregor. Nazianz. Epist. LVII. *Falsas rerum imagines, et inania simulacra* eas nuncupat Quinctilianus *Instit. Orat.* Lib. X. cap. 15. Quin immo has *Declamationes* ipsi πλασματι της φωνης, *molli voce atque effeminata* condiebant. Id. *ibid.* Lib. I. c. 8. Hoc sensu autem Plutarchus affirmat, oratorem audientes saepe percellere, *De Audit.* Tom. II. p. 41. *Francof.* 1599. Ad utrumque sensum respicit fortasse Philodemus, quum dicit Sophistas *plasmate fatuam sapientiam* (quippe quae non vera, sed ficta proponit) *contegere;* quia eius verbosa eloquentia molli voce condita, ad stultitiam abscondendam, atque ad illudendos auditores admodum *apta* sunt: nisi forte γλαφυρον interpretari malis *elegans*, uti alii intellexerunt.

Lin. 8. ῥητοροπρεπες). Nova quidem est vox, sed ex αναλογιας fulcimentum mutuatur; patet enim non esse absimiles alias, quae a verbo πρεπειν, et ab aliquo praefixo nomine fictae sunt: e. g. αυλοπρεπης, γυναικοπρεπης, θεοπρεπης κ. λ. *Rhetorem* profecto non decet *dicere de his, quae non sunt*, et multo magis *de his, quae nec mente concipi possunt.*

Lin. 10. et seqq. Ιστεον μεν τοι γε κ. λ.). Hinc periodum incepisse autumamus, in qua Philodemus futilem ostendit Sophistarum sapientiam: utpote quae ad *incisa membris* periodorum belle inserenda, atque ad harum protasin, et apodosin rite statuendas, nec non ad ferruminanda sophismatis mendacia intendebat. Porro quid sit in periodis προτασις, et αποδοσις, luculenter exposuit Donatus in Terentii *Andr.* I. 5. 42. De variis autem Sophistarum fraudibus multa postea N. A. adiiciet P. II. Col. XXXXII.

Lin. 11. φραδη). Ab Hesychio hoc nomen veteres Lexicographi didicerant: recentiores autem apud Poëtas tantummodo se invenisse testantur, atque *prudentiam*, seu *consilium* vertunt. Fortasse etiam *loquacitatem* significat. Primum igitur in soluta oratione exemplum nostro Volumini adceptum referimus.

Lin. 16. et seqq. και τουτων πολλοι κ. λ.). Ut nostrae lectionis ratio reddatur, duo statuenda sunt: alterum, quod Sophistae orationes suas poëticis verbis et affectato stylo exornarint: alterum, quod id merito reprehendat Philodemus. Ad primum quod adtinet, Plato in definitione Sophistae ponit της ποιησεως αφωρισμενον εν λογοις το θαυματοποιον μοριον: *poëseos particula certa et definita, quae in orationibus praestigiis illudat. Sophist.* T. II. p. 265. et seqq. *ed. Steph.* De Gorgia vero scribit Aristoteles: ποιητικη πρωτη εγενετο λεξις, *poëtica prima extitit eloquutio. Rhetor.* L. III. c. 1. Ab eo fortasse, aut ab Hippia, quem nuper diximus easdem orationis delicias adamasse, edocti Sophistae *orationes eas scribendas susceperunt, quas nemo est, quin carminibus, quae musica oratione ac numeris constant, quam forensi dictioni similiores esse fateatur; nam et sermonis genus habent magis poëticum.* Isocr. Orat. *De Permut.* p. 758. *Bas.* 1587. Ab Homero autem, atque a tragicis Poëtis eos hausisse eloquutionis splendorem et sublimitatem, uti Philodemus heic indicat, ita etiam testantur Hermogenes, *De Formis* L. II. c. 10. Maximus Tyrius, Dissert. XVI. et XXXI. atque Philostratus, *Vit. Hadrian.* Ad secundum quod spectat, certum est huiusmodi studium poëticis ab hortulis strophiola texendi, sapientium Praeceptorum reprehensiones meruisse. Citare satis esto e Graecis Aristotelem *Rhetor.* L. III. cap. 1. et Dionys. Halicarnassensem *Epist. ad Pomp.* E Latinis autem ad nostram sententiam confirmandam unum adlegemus: *id quoque vitandum (in quo magna pars errat), ne in oratione poëtas nobis imitandos putemus.* Quinctil. *Institut. Orat.* Lib. X. cap. 2.



Gio: B. Caſanova dis: *Carlo Maleſci inc.*

COLUMNA V.

και καλον εξ αναγκης προ παντων ὑπολαμβανουσι το την πανδημον λεξιν εκβεβηκος, και τα πλασματα, και τα σχηματα συν τροποις αντιδιωκουσι, μαλλον δε λεξεις τας μηδενι αστων οικειας· μηδ' επεγνωκοτες τας καλας, χρωνται κεναις, τας δε ακριτως συλλεγουσιν εν περιοδοις, και κωλοις και κομμασιν, αптοντες δια των καθ' ἑκαστα μερη ὁμοιων. Οὑτως ουν μηδ' αυτη περιοδος δεινοτητα εσχε παρ' ακουουσιν· ὡσαυτως δε μηδ' εις το καθηκον οἱ τροποι παραθεμενοι προσευρεθησαν. Ὡ'στε και νυν σχηματων οιδαμεν χρωμενους, και νυν προς ἁπαντα κακην διδοντας λεξεσιν αναφοραν τοιαυτα πλασματα ποιειν,

etiam pulchrum necessario prae omnibus existimant illud, quod a vulgari dictione recedit; et cum tropis plasmata et schemata persequuntur, seu potius dictiones, quae nemini civium familiares sunt: quumque haud norint pulchras *dictiones*, inanibus utuntur: eas vero nullo cum iudicio colligunt in periodis, et membris, et incisis, coniungentes secundum ipsarum in singulis partibus similitudinem. Sic igitur neque ipsa periodus vim habet apud auditores, et pariter neque tropi adposite ad rem inventi sunt. Quapropter animadvertimus, *Sophistas* modo schematis utentes, modo ad omnia improbam tribuentes dictionibus relationem talia plasmata conficere,


ADNOTATIONES.

Lin. 6. αντιδιωκουσι). Hoc potius, quam αντιδιοριζειν, reponendum censuimus; quia αντιδιοριζειν *contra definire* significat, et nullum subinde opportunum praebebat sensum : at vero αντιδιωκειν Glossariis quidem est *obtrectare* , sed nobis aliam exhibet interpretationem. Quum enim διωκειν, ut notissimum est, dicatur is, qui aliquid *sectatur, persequitur, adpetit;* addita praepositione αντι habemus τα σχηματα αντιδιωκειν, *schemata sectari prae* vulgari dictione, quam modo legimus. Similem Φρασιν habes apud Senecam: *Hermagoras* , inquit , *solebat interdum diu schemata prosequi , interdum breviter et fortius adtingere. Controv.* XI.

Lin. 7. et seqq. μαλλον δε λεξεις κ. λ.). Antequam quispiam Aristarchus nimiam in restituendo hoc loco nostram audaciam damnet , et verba, caeteroquin N. A. usitatiora , per nos reposita explodat ; rationem patienter , velimus , excipiat, qua fuimus permoti. Nimirum in dictione Sophistas triplici ex capite peccasse compertum est : scilicet quod a communi loquendi ratione recedentes aucupandis verbis inusitatis incumberent ; quod voces *inopes rerum nugasque canoras* captarent ; et quod similiter incipientibus, cadentibus, desinentibus in periodorum structura abuterentur. Etenim primum quidem Sophistae ρηματισκια παμπαλαια τε , και αινιγματωδη ὑπο χρονου, *voculas quasdam obsoletas, et diuturnitate temporis obscuras colligentes aures nostras diverberant,* ait Themistius Orat. I. Απορρητα, και ξενα ρηματα, και σπανιακις ὑπο των παλαι εὑρημενα : *obsoleta, et peregrina raroque ab antiquis usitata colligebant verba:* Lucian. *Rhetor. Praecept.* §. 17. Secundo eorum quispiam περικτυπων , και τῳ στομφῳ των λεξιδιων καλλωπιζομενος , *vocularum gravi sono perstrepens , et fucum faciens* non immerito dictus est. S. Gregor. Nyssen. Orat. XII. *Contra Eun.* Quapropter οιδουσαν , *verbis insolentius tumentem* eorum artem adpellat Suidas v. Σοφιστης. Tertio in periodis per membrorum similitudines auditorem compellebant επισημαινεσθαι , και θορυβειν, *plausu et clamore dicentem prosequi.* Isocr. *Panath.* Nimirum *paria paribus adiuncta , et similiter definita, itemque contrariis relata contraria* , Gorgia duce , amabant. Cic. *Orat.* n. 175. At vero haec omnia vitiosam reddere orationem , nihil est quod probemus , ut Philodemi sententiam tueamur ; quum Artis Rhetoricae Scriptores uno ore id doceant, et gravibus argumentis confirment. Vide Tullium *De Orat.* L. III. n. 153.

Lin. 15. et seqq. Οὑτως ουν κ. λ.). Heic pariter hariolando sermonem prosequuti sumus. Sed a vero non aberrasse arbitramur, tum quia ea verba selegimus, quae Philodemus frequentius usurpat ; tum quia ab eo non alia sententia heic proponitur , quam quae et ab aliis traditur , et argumento congruit: videlicet per nimiam figurarum copiam periodi vim enervari , ac tropos suo loco non consistentes orationis dignitati officere. Profecto haec intempestiva scitamenta , ubi modum excedunt , μειρακιωδη , *puerilia* sunt. Lucil. *Satyr.* Lib. V. *Anag.* 298. in Censorin. *Lugd. Bat.* 1767. Ea idcirco *rancida , insipida , inertia, puerilia* haud temere adpellat A. Gellius , *Noct. Act.* Lib. XVIII. c. 8. Hanc ornamentorum profusionem ambitionis plenissimam, et Sophistarum declamationibus maculas inurentem damnant Tullius *Orat.* n.65. Dionys. Halic. *Epist. ad Pomp.* et *Iudic. Isocrat.* Frigidam subinde fieri eorum orationem, quia *tropis , et metaphoris , et allegoriis , et hypallagis , et abusionibus , et traiectionibus , et conduplicatis , et repetitionibus , et apostrophis , et comparibus redundabat* , invenimus apud Suidam. V. Γοργιας. Nihil igitur absurdum legisse in A. N. censemus.

Lin. 24. et seq. αναφοραν τοιαυτα πλασματα ποιειν). Ex pauculis elementis , quae supersunt , haec refingenda coniecimus. De plasmatis enim heic agi sequens probat pagella , de quibus et paullo ante dictum est. Quemadmodum nempe post tropos , et schemata αμεσως ibi posuit Philodemus plasmata; sic etiam a tropis , et schematis ad ipsa plasmata eum transire putavimus. Heic autem denotat *dictionum relationem* , quam dicit *improbam* (utpote subdolam et ad falsa exponenda idoneam) *ad omnia* designanda. Neque enim αναφοραν nos intelleximus schema illud , quo sermoni gratiam comparari docet Demetrius *De Eloquut.* §. CXLI. et CCLXVIII. sed potius eam *relationem ,* quam huic nomini ab insita verbo αναφερειν significatione tribuit Budaeus *h. v.* , aut certe illam , quae ab Hermogene laudatur περι Μεθ. Δειν. 28. quum scilicet Orator alienam auctoritatem , vel opinionem , vel famam *refert.* Vide Gregorium in H. L. cap. 28.



COL. VI.

Gio: B. Casanova dis: *Carlo Malesci inc:*

COLUMNA VI.

και δια των πολλων απο δολου δοκιμαζειν, ὼν το κριτηριον αστατωτατον, και κενοτατον εστιν· ὼστ᾽ ουδε στοχασμῳ θηρατον. Αλλ᾽ εικοτως δι᾽ ἑκατερων οἱ αυτοι πανταπασι και περιττως τα μεν επαινουσιν, τα δε ψεγουσι των λογικων τε, και των αλογων, και τα αυτα δη πολλακις πως μεν επαινουσι, πως δε ψεγουσι καν ταις δειξεσιν (αἱπερ αυτων εισιν, και ου των γινωσκοντων τι ὑπογραφουσι), καν τῳ λεγειν, η γραφειν τα ενδεχομενα κατασκευην Πολιτικης ὀυτως εργαζομενην, ὼστε και κατα καιρον συναξεσθαι την φραδην, ειπειν, οιμον κατα παντα τοις τροποις, και σχημασι μακραν, και στενην, και επι φωνων ὁμοει-

et multis *argumentis ea* dolose probare, quorum *plasmatum* iudicium inconstantissimum, et vanissimum est: ita ut neque per coniecturam illud venari possimus.

CAP. IV. Ad quid abutantur tropis, et schematis.

¶ At vero probabile est, eos per utraque semper et exaggerate quaedam laudare, et quaedam vituperare tum eorum quae ratione utuntur, tum eorum quae ratione carent, atque eadem persaepe modo quidem laudare, modo autem vituperare non solum in ostentationibus declamatoriis (quae ipsorum, non autem virorum, qui quid scribant, sciunt, propriae sunt), ea, etiam in dicendo, et scribendo sed quae pertinent ad Politicas orationes eo modo elaboratas, ut etiam opportune eorum sollertiam intendant ad *sternendam,* ut ita dicam, semitam tropis et schematis per omnia adhibitis, longam, atque arctam, et in vocum delectu uniformem;

Lin. 4. et seq. ὡστ᾽ ουδε στοχασμῳ θηρατον). Postremum hoc vocabulum, pro quo θηρευτον frequentius adhibuerunt veteres, metaphorico sensu usurpatur a Dionysio, ubi scribit: επιστημῃ θηρατος εστιν ὁ καιρος, *opportunitas autem scientia percipi potest. De Compos. Verb.* §. 12. Neque vero ignoramus quaestiones adeo implexas atque subtiles a Sophistis agitari, ut audientes molestia prope enectos vexarent. De hoc ita Seneca: *quid te torques et maceras in ea quaestione, quam subtilius est contempsisse, quam solvere? Ep.* XLIX., et alibi: *Disceptatiunculis inanibus subtilitatem vanissimam agitant. Ep.* CXVII. Quin etiam idem de huiusmodi quisquiliis agens *Graecorum*, inquit, *iste morbus fuit. De Brevit. Vit.* c. 13. *et seqq.* Itaque falsus non fuit Philodemus, ubi hanc adversus Sophistas accusationem protulit, quod *plasmata* ederent, de quibus iudicium certum dari non posset, quaeque tam vane, quam difficillime cogitatione conciperentur. Themistius, Plutarchus, aliique eorum ελεγχον posterorum memoriae prodiderunt.


Lin. 6. et seq. δι᾽ ἑκατερων). Hoc referas ad tropos et schemata nuper memorata, quibus abutebantur Sophistae, ut ad laudandum et vituperandum aptiores essent, servarentque suum κομπωδη των εγκωμιων τροπον, *morem laudandi inflatum et redundantem.* S. Greg. Nyss. Orat. *De S. Basilio.*

Lin. 9. et seqq. των λογικων κ. λ.). Non ex ingenio haec pene deperdita restituimus; sed verbis et sententiis Philodemi, quae in Columnis XXXIII. et seqq. Part. II. legemus, omnino inhaesimus. Ibi luculenter videbimus, in quo Sophistae eam gloriam collocaverint, quam τα πομπικα Ῥητορων Longinus sive alius *De Sublim.* Sect. VIII. atque *eloquentiae ostentationem* nominat Macrobius, *Saturnal.* Praefat.

Lin. 13. et seq. δειξεσιν, αἱπερ αυτων εισιν). Ita legimus, quia δειξεις de Sophistis saepe dicuntur, ut mox probabimus. Λεγειν εν ταις δειξεσιν, atque των δειξεων ὡραν reperimus apud Athenaeum, *Dipn.* Lib. XIV. pag. 620. et Lib. VI. pag. 270. *Vanam ostentationem, et frivolam iactationem* adpellat Seneca Epist. LIX. et *Controvers.* L. V. Praefat.

Lin. 18. et seq. κατασκευην Πολιτικης). Ita N. nuncupat Orationes Sophistarum, quae de rebus politicis agebant, et sive exercendis adolescentibus, sive populo ad publicum aliquod negotium inducendo inserviebant. Eo enim sensu κατασκευη intelligenda heic est, quo artificiosa orationis instructio significatur, quam etiam Tullius *apparationem* et *artificiosam diligentiam* nuncupavit, *De. Inv.* L. I. n. 8. Exempla prostant apud Dionys. *Iudic. Isaei* c. 10. et *Iudic. Lysiae* c. 24. Quod autem huiusmodi κατασκευη praecipue λογοις πολιτικοις tribuatur, docet Hermogenes *De Formis* Lib. I. pag. 396. et seqq. T. III. *Rhet. Graec. ed. Walz.*, ubi de Thucydide agit. Satis hoc ad supplementi confirmationem.

Lin. 22. et seqq. φραδην, ειπειν, οιμον κ. λ.). Duo in hisce verbis notanda occurrunt, quorum minus frequentia prorsae orationis scriptores exempla reliquerunt. Alterum est, quod ante infinitum ειπειν desit particula ὡς, sive per ελλειψιν, sive ob amanuensis incuriam. Alterum, quod vocabulum οιμον, poëtis familiare, heic adhibeatur ad metaphorae elegantiam. Verumtamen Plato etiam eadem voce, eodemque modo usus est. *De Rep.* L. IV. p. 488. et *Phaedr.* p. 338. *Lupd.* 1590. Comparat itaque Philodemus Sophistarum orationem, tropis et schematis aequaliter constanterque comptam, *semitae longae atque arctae*, quia admirabilem varietatem, quam Tullius commendat, *De Orator.* L. II. n. 214. non praesefert, sed nusquam mutata, *uniformis*, immo et *dura* auditoribus omnino miseranda videtur. Confer Plutarch. *De Aud. Poët.* Tom. II. p. 11. et seqq. *Fran.* 1599. *Arrian.* L. 3. c. 23. Maxim. Tyr. Dissert. XXII. et XV. Quod si pro στενην legere velis κενην και επι φωνων ὁμοειδη, *inutilem, atque in verbis uniformem*, referens haec praecedenti κατασκευῃ, non intercedimus; Sophistarum enim orationem Libanius ῥηματων συλλογην κενην, *verborum inutilem contextum* adpellavit. Decl. XXIX.



Gio: B: Casanova dis. *Giu: Casanova inc.*

COLUMNA VII.

δη · και μη τουτο δη μονον, αλλα σκληραν, ποσῳ εγραφον· ὡς και τοις ακροαταις κατα το κιλλου αυτον λογον κενοτατον αφ᾽ ἑτερων γε πραγματων μεταφεροντας εν Ολυμπιᾳ· ἁτινα η μητε ωρηται τοις ακουσιν, η μητ᾽ ατρεκως και αστειως ηγορευται· αλλ᾽ ὡς περι αδηλων λελεγμενα την απατην εκποιει ρᾳστως. Και γαρ ὁταν προς αυτοις δολιοι επιλεγωσιν αδηλα, ιδε τουτοις ου ῥᾳδιον εστι κατανοειν, δια τι επι των πραγματων πολλακις τας Μεταφορας εθηκαν. Οἱ δε λεγοντες τα πλανητα προς μη καταδηλουν τι, και προς το τους ακουοντας εφ᾽ ἑτεραν επινοιαν απαγεσθαι, πολλακις δε και την εναντιωτατην, πλειστας εν τοις πραγμασιν ὁμοιοτητας ἁμα, και διαφορας,

neque id tantum, sed duram, in quantum scripserunt: uti etiam auditoribus asini more ipsum vanissimum sermonem in Olympicis certaminibus ab aliis rebus transferentes *audivimus*, quae aut audientibus curae nunquam fuerunt, aut perspicue atque eleganter neutiquam enunciatae sunt; sed uti de obscuris rebus dictae facillime fraudem faciunt. Etenim quando *audientibus* dolosi *verba* adiiciunt obscura; ecce ipsis haud facile est intelligere, qua de causa in rebus frequenter Metaphoras adhibeant. Isti vero vagantia verba adhibentes, ut nihil definiant, atque audientes in alium, frequenter autem in valde oppositum, conceptum abducant; plurimas simul in rebus similitudines, et differentias,

Lin. 2. et seqq. αλλα σκληραν, ποσω κ. λ.). *Duram* adpellat Sophistarum Φραδην, nec immerito; nam per *duras* Metaphoras, de quibus mox agetur, *dura* edebatur oratio. Sic Halicarnassensis adpellat σκληραν Φρασιν εν ταις Μεταφοραις, *loquutionem, quae duris laborat Metaphoris. Epist. ad Pomp.* p. 760. Inde oritur illud σκληραγωγειν την λεξιν, *dura dictione uti.* Id. *Iud. Thucid.* c. 50. p. 888. Quaenam sint σκληραι λεξεις, definit Ioannes Sicel. *Schol. in Hermog. Form.* L. I. *Rhetor. Graec.* T. VI. p. 227. *Duritatem orationis* merito reprehendit Cicero, *Orat.* n. 55. Apud hunc etiam invenies, quisnam sit *oratione durus, incultus, horridus;* et quodnam sit *verbum durum, insolens, humile. De Clar. Orat.* n. 117. et 273.

Lin. 4. et seqq. κατα το κιλλου κ. λ.). Ut litterarum vestigia, et sensus postulant, Sophistarum oratio heic comparari videtur *asini* ruditui: tum quia αυτον λογον, seu *eamdem cantilenam* repetebant; tum quia elata voce Olympiam, videlicet locum Olympicis certaminibus destinatum, personabant; tum quia insulsa, *inepta prorsus, et asinina* effutirent, ut ait Apuleius VI. *Met.* Hoc sensu inquit Lucilius: *rudet e rostris, apud Varr. De Ling. Lat.* L. V. *ad fin.* Ita et Cicero: *est quasi rudentis explicatio. De Div.* L. I. n. 127. Porro quod non ονος, sed κιλλος, tametsi Atticis insolens verbum sit, heic inveniatur, vehementiori σκωμματι tribuendum videtur.


Lin. 7. εν Ολυμπια). Non abs re memorat Philodemus *Olympiam*, seu locum Elidis, in quo tum corporis, tum mentis vires exercebantur: in eo enim Sophistarum επιδειξεις haberi in comperto est. Vide Aristotelem *Rhetor.* L. III. c. 4., et saepe Philostratum in *Vitis Sophist. Musonii, Polemonis*, aliorumque. Ibi nimirum solebant illi διακομπαζεσθαι λογοις, *gloriosis sermonibus celebrari.* Suid. v. Ιωβ. Inde Ολυμπικοι λογοι, παναθηναϊκοι, et πανηγυρικοι passim indicantur ab Hermogene, et aliis Rhetoricae Artis Scriptoribus.

Lin. 11. et seqq. περι αδηλων λελεγμενα κ. λ.). Id dixisse N. A. per conjecturas adsequimur, quod ratio ipsa suadet: nimirum per obscuram loquutionem facili negotio decipi auditores. Hanc enim ob caussam multi την Ῥητορικην υποπτευουσιν, ως πανουργον, *Rhetoricam suspectam habent, ut callidam.* Philostr. *Vita Sophist. Antiphont.* Atqui *translata verba, quasi stellae, illustrant orationem;* si recte sint posita, Cic. *Orator.* n. 92. Sin autem fraudulenter; *oratio, quae lumen rebus adhibere debet, ea obscuritatem et tenebras affert.* Id. *De Orat.* L III. n. 47. Nimirum *obscurum .... ab immutatione verborum* oritur, Id. *Partit.* 19; atque *ambiguitate nominis* auditor facile *errat.* Id. *De Invent.* L. I. n. 74. Fusius id demonstratur *Top.* n. 96, atque *Ad Herenn.* L. IV. n. 67.

Lin. 15. ιδε τουτοις κ. λ.). De auditoribus loquitur, quibus *non statim occurrit animo, quae sit causa ambigui.* Cic. *De Orat.* L. II. n. 102. Non enim fallaciam oratoris primo obtutu omnes deprehendunt, praecipue *quando aliud in sententia videtur esse, aliud in verbis;* id enim *genus est quoddam ambigui, quod ex praeterito verbo fieri solet: in quo, quod est ambiguorum proprium, res duas significari videmus.* Id. *Orat.* n. 121. Hac de re plura docet Hermogenes Περι Στασ. L. I. c. 12. Adde Theonem Προγυμν. c. 4.

Lin. 19. τα πλανητα). Quemadmodum τα πλανητα αστρα apud Platonem legimus, ita τα πλανητα verba etiam vocari possunt, quae *vagantur* nullo bene definito sensu; uti et Isocrates πλανασθαι dicit Oratorem *evagantem. Panath.* Vide Cic. *De Orat.* L. I. n. 209.

Lin. 20. et seqq. προς το τους ακουοντας κ. λ.). Quantum ex his pene detritis laciniis elicere quivimus, N. A. animadvertit per translatas et ambiguas loquutiones auditorum animos ad alios conceptus, quam qui ad rem pertinent, immo ad contrarios, abduci; quod quomodo fiat, explicant Syrianus, et Sopater, *Schol. in Hermogenis* Στασεις. *Rhet. Graec.* T. IV. p. 271. et seqq.


ΗΤ ΔΗΛ ΝΑ ΕΠΙ
ΛΟΓ ΤΟΥ ΟΙΣ
ΘΑΙΚΑΤΑ ΝΟΙ ΝΟΥΔΕΤΗ
ΥΠΑΡΞΙ ΦΙΛΑ ΕΥΘ
Α ΤΟΛΛ ΕΔΟΣΘ ΔΟΥ
ΤΑΠ ΛΕ ΤΩ ΠΕ
ΚΩΙ ΤΑΚΕ ΘΑΙΤ ΤΑΝ
ΕΠΙΔ Σ ΤΟΙΣΜΗΤΟΛΕΙ
ΤΙΚΟ Κ ΕΝΤΟΙ
ΥΤΟ ΟΚ ΝΜ Α
ΓΩ ΥΤΩ Ε
ΑΛΛ ΜΟΝΩ
ΤΟΟ ΕΧ ΑΠΟΧΗΝΟΥ
ΟΡΩΝ ΟΙΟΤΗΤΑΚΑΙ
ΤΗΝΑ ΑΛ Ο Τ
ΣΑΙΣΑ ΤΑΙ ΜΕΤΑ
ΦΟΡΑ ΑΝΑ ΤΟΝ
ΚΑΙΤΙ Τ ΟΡΙΩ
ΔΗΚΑ Α Φ
Τ Ν ΤΟ Δ
ΔΙΟΤΗ ΠΡΟΣΗ
ΚΕΙΚΑ ΗΣΘΑΙ
ΓΥΜΝΩ ΦΕΡΕΙΝΑ
ΥΠΕΡ ΔΙΑΛΕΓΟΜΕ

COL. VIII

Gio. B. Casanova dis. *Raf. Biondi inc.*

COLUMNA VIII.

η τας αδηλους φωνας επι λογῳ ζητουσιν ηθροισθαι· κατα δ' εννοιαν ουδε τῃ ὑπαρξει, ουδε φιλιας ευηθειᾳ πολλην. Δεδοσθω δ' ου τα πολεϊτικα τῳ πολειτικῳ κατακειςεσθαι το παν, επιδεδοσθαι δε τοις μη πολειτικοις δι' ακραν εν τοις λογοις αυτοις ευδοκιμησιν· μεταγωγη δη αυτων δη εστιν δι' αλλα, ουχι δε μονως δια το ὁτι ου συνεχων αποχην, ουδ' ορων την ὁμοιοτητα, και την διαφοραν, κακοποιουσαις δειται ταις Μεταφοραις· ουδ' αναπτοντες και τινες τα Αλληγοριων ψευδη, κατα τουτο και αφελον την σοφιαν. Ει γαρ τις τουτο εδω, διο τῃ Πολειτικη προσηκει καθησθαι ταπεινην, και γυμνωσιν φερειν, ἁτε ουχ ὑπερεχει διαλεγομενη ανευ τῶν τροπων· ει

aut obscura vocabula in oratione coacervari student ; non autem eo sensu, qui rerum naturae, aut familiari consuetudini multum congruit. ¶ Detur vero politicas disciplinas omnino haud esse *viro* politico reponendas, esse vero credendas *viris*, qui politici non sunt, quia summam per ipsas suas orationes celebritatem sibi compararunt: huiusmodi quidem translatio propter alia fieri potest, neutiquam vero tantum propterea quod *is* neque *rerum* distantiam, neque definitionum similitudinem ac differentiam comprehendens, maleficis careat Metaphoris: neque etiam quidam conficientes Allegoriarum falsitates, propter hoc *sibi* quoque sapientiam adrogaverint. Si quis enim id concederet: hac de caussa Politicae conveniret humili loco sedere, et nuditatem ferre, eo quod minime excellat disserens sine tropis: si


CAP. V.
De his immerito se iactant.

Lin. 1. et seqq. τας αδηλους φωνας κ. λ.). Vocabula in sermone obscura augent eam, quam vocat Sopater την περι της υπαρξεως αδηλιαν, *de rei natura obscuritatem. In Hermog. Art. Rhet.* Vide *Rhet. Graec.* T. V. p. 85. Sophistae autem, qui laqueis captionibusque in dicendo utebantur, in hoc vanissima quadam ingenii ostentatione elaborabant, ut καλυπτειν ασαφεια, *verborum involucris* suas technas *contegerent.* Eunap. *De Vit. Phil. Aedes.* p. 36. *Ant.* 1568. Solebant nimirum ποιειν κενα, και αλογα ονοματα, *nova, et monstrosa verba fingere.* Lucian. *Rhet. Praecept.* 21. *Amst.* 1743. Idcirco λογων ευρετας, *verborum opifices* eos adpellat Isocrates, *Evag.* p. 448. et seq. *Paris.* 1621. Huc itaque in praesenti loco respicit Philodemus.

Lin. 3. et seqq. κατα δ' εννοιαν κ. λ.). Ut ex horum versuum ambagibus expediremur, coniecimus esse ibi notatum Sophistarum sermonem, quod verbis translatis atque obscuris scateret, sensum autem eo modo involveret, qui neque rei, de qua agebatur, neque usitatae loquendi rationi responderet. Etenim υπαρξις, quum *substantiam* significet, recte ad alicuius *rei naturam* refertur. Vide Budaeum, qui etiam quomodo υπαρξις ab ουσια differat, suo more diligenter exponit, p. 137. Quoniam vero in *familiari sermone* ad deligenda verba adhiberi non solet ea diligentia, qua Philosophi rerum naturam indicare conantur; recte Philodemus τη υπαρξει opponit την φιλιας συνηθειαν, quae commode hoc sensu explicari potest.

Lin. 5. et seqq. Δεδοσθω δ' ου κ. λ.). Non unum, ut vides, fuit in hisce lineis verbum sive complendum, sive supplendum, ut Philodemi mentem adsequeremur. Haec utique ad illam Rhetorum ambitionem referenda est, qua se politicis viris praestantiores idcirco iactabant, quod politicos sermones elegantius concinnarent. Enimvero Pollux sic habet: Ρ'ητορικος ο αυτος, και Πολιτικος..... Ρ'ητορευειν, ητοι Πολιτικον ειναι, *Rhetoricus idem, ac Politicus.... Rhetoricam exercere, seu Politicum esse. Lex.* Lib. IV. cap. 1. Eodem sensu Fabius scribit: *quum vir ille civilis* (Πολιτικος).... *non alius sit profecto, quam orator. Instit. Orat.* Praefat. In hanc sententiam nunquam abiisse Philodemum probant tum ea, quae legimus *Hercul. Vol.* T. IV. p. 37. et seqq. *Phil. de Rhet.* tum ea, quae mox legemus: tamen id tantisper adversario suo concedit, ut novum argumentum conficiat ad contemnendam eius de tropis, ac praesertim de Metaphoris iactantiam. Si enim, inquit, qui politici non sunt, politicas disceptationes prae politico viro sibi adrogare debent; id utique non est ob eam solummodo rationem, quia hic rerum similitudinem et diversitatem ac distantiam ignorans, Metaphoris et Allegoriis effingendis impar sit; sed aliam profecto ob causam. Neque vero fallitur, dum ita censet; quum multa, eaque multo graviora ad politicum virum constituendum comparari debeant. Vide Aristot. *De Rep.* L. III. c. 4. et *Mor.* L. I. c. 13. et Plat. *Pol.* p. 293. *Paris.* 1578. Quaenam porro ad politicam orationem conponendam requirantur, vide apud Hermogenem *De Formis* P. II. c. 11.

Lin. 22. καθησθαι ταπεινην). Verbum καθησθαι opportune positum est: nam proprie significat *deorsum sedere*, atque interdum *desidere* seu *otiosum sedere, et rebus gerendis manum non admovere*, quo sensu Tullius inquit: *sedenti, dormienti in maximo Reip. metu.* Ac Thucydides, μη καθησθαι pro αργος ειναι. Lib. IV. 124., et *Schol. Dem.* pag 43. 1. Exempla etiam habes apud Herodotum I. 45. et Lib. III. 134. Quare ταπεινην adiecimus, cui (si minus id placeat) aliud adiectivum, quod eodem recidat, adpingi poterit. Nos illud selegimus, quia apud Xenophontem invenimus: πανυ ταπεινοι...... ξυνεκαθηντο, *humillimo loco sedebant. Hist. Graec.* T. IV. p. 14. *edit. Bipont.* Iure hanc iniuriam Politicae illatam repellere satagit Philodemus; siquidem ipsa est *disciplinarum omnium sublimissima*, ut docet Aristoteles, *Ethic.* L. I. c. 1., et Iamblichus *Epist. ad Aphol. De Prudentia.* Ad eam enim requiritur *ingenium sollers, memor, et laboriosum, atque scientiis omnibus adprime imbutum*, ut aiebat Archytas apud Stobaeum Serm. XXVIII. *De Prudentia* pag. 85. *Francofurti* 1599.



COL. IX

Gio. B. Casanova dis. *Giu. Casanova inc.*

COLUMNA IX.

ποτε ου και ατυχιαν ὑπομενει φανερως, διοτι μη διαλεγεται βελτιον αυτων· και ὁ Ῥητωρ, καθο Ῥητωρ, επι γε των Φιλοσοφων την ευδαιμονιαν ἑξει, και ποτε πολυπραγμοσυνην. Εν δε τοις πολειτικοις επαινετος εστιν, ὁστις παρεχει τον πολυχρηστον λογον, και την λεξιν σαφουσαν· αλλ' ου, κατ' αηδονα, την ειδησιν του καλου. Διασαφει γαρ την πλανην, ὁ τα και των αινετων, και των αναξιωτατων επι αυτην δοξαν, η επι παραϊδεστεραν, και ευτελεστεραν χρησιν τα ἑκατερα επαγων. Ὡστε καν αποδεδωται, ὁτι ταυτα τις ποιη, και μη δολιως (ὁ και τῳ περιττῳ τας της ψυχης εννοιας νεφει) τουτο πρωτον ην

nisi etiam aliquando infortunium subeat coram omnibus, quia melius, quam illi, non disserit: ac Rhetor, uti Rhetor, beatitudinem quidem prae Philosophis adsequetur, simulque multis negotiis aliquando incumbet. In rebus autem politicis ille laudandus venit, qui orationem valde utilem, ac perspicuum dicendi genus, non autem qui, lusciniae more, pulchri peritiam exhibet. Ostendit enim se velle decipere is, qui laudandas aeque ac indignissimas res ad eamdem gloriam, aut ad obscuriorem, vilioremque conditionem utrasque adducit. Quare si detur id ab aliquo fieri, et quidem sine dolo (quod prae exaggeratione conceptus animi obnubilat); hoc primo esset

ADNOTATIONES.

Lin. 1. et seq. ατυχιαν ὑπομενει φανερως). Quemadmodum κινδυνους, δεινοτερας συμφορας, τα δυσχερη παντα ὑπομενειν scripserunt Isocrates *Archid.* p. 29. et 35. et Plutarchus *De Divitiar. Amore* p. 520. *Paris.* 1624.; ita Noster ατυχιαν ὑπομενει adhibuit. Adiecit autem το φανερως, quia in publicis concionibus eloquentiam suam venditabant Sophistae, uti mox explicabit.

Lin, 8. et seqq. Εν δε τοις πολειτικοις κ. λ.). Delio, ut aiunt, urinatore, quae sequuntur, egent; ut solidis argumentis suppleri, atque explicari possint. Caeterum scripturae vestigia et contextus eo nos ducunt, ut τοις πολειτικοις subaudiamus πραγμασιν· quemadmodum Platoni, Aristoteli, aliisque priscis Scriptoribus admodum sollemne est. Porro *in rebus politicis* ille laudem meretur, qui publicae consulit utilitati, non autem qui per flosculos et veneres dictionis populum delectare, aut fortasse decipere studet. Etenim της Πολιτικης finis est το συμφερον, ut docet Xenophon, *Memor.* L. I. §. 7. et seq.; atque Aristoteles, *De Rep.* L. V. c. 8. et seqq. Haec itaque nobis lucem quamdam adtulerunt, ut inter harum linearum tenebras iter pateret.


Lin. 12. et seq. σαφουσαν, αλλ' ου κατ' αηδονα). Nullam aliam lectionem admittere videbantur superstites litterae. Profecto λεξις σαφης, και πολιτικη, οἱα επισημοτατα δηλοι το ὑποκειμενον habetur apud Lucianum T. II. p. 56. *Amst.* 1743. Neque vero inusitatum est *lusciniis* Sophistas comparari, quum apud alios Scriptores haec ipsa comparatio occurrat: Αηδονα Σοφιστων scripsit Dio Chrysostomus, Orat. XLVII. p. 527. *Paris.* 1604. Philostratus autem ait: ηκροωντο, ὡς ευστομουσης αηδονος, *Vit. Sophistar.* II. 10. §. 2. Gorgiam quoque αηδονα imitatum fuisse nuper legimus.

Lin. 14. et seqq. Διασαφει γαρ κ. λ.). Hinc periodum exordiendam esse monet marginalis nota. Eius sententia esse videtur consona praecedentibus, ubi Sophistis exprobratur studium tum laudandi etiam ea, quae vituperanda forent, tum decipiendi immerita hac laudatione audientium animos.

Lin. 18. παραϊδεστεραν). Novum verbum Lexicis addere cogit hic locus, quod tamen αναλογιαν sibi faventem habet. Namque αϊδης pro αειδης legitur apud Hesiodum, *Scut. Herc.* v. 477., apud Diod. *Zon.* Epist. VII., atque apud alios. Praeterea αϊδες idem esse atque ακαταληπτον docet Suidas, ex quo est αϊδως pro ακαταληπτως. Quis igitur prohibere potuit Philodemo, quin adiecta praepositione παραϊδης diceret, praesertim quum de Sophistarum dictione ageret, quam modo *obscuritatis* nota inusserat?

Lin. 22. et seq. μη δολιως). Quum nuper απο δολου, et frequenter απατην, et πλανην de Sophistis dicat Philodemus, δολιως heic refingendum putavimus. Quod huius adverbii exempla non desint, recentiores Lexicographi satis superque probarunt. Sensus est: etsi concedatur posse ab aliquo quamvis rem, sive laudanda per se sit, sive vituperanda, per eloquentiam ad eamdem gloriam evehi, vel ad obscuriorem et viliorem, quam par est, conditionem deprimi; id quidem mentem audientium ob nimiam exaggerationem obnubilaret, atque tragici figmenti speciem exhiberet.

Lin. 24. εννοιας). Quod hoc verbum refinxerimus, ne mireris, lector; nam qui de Sophistis agunt, eo saepissime utuntur, uti Philostratus *Vit. Soph. Polemonis et Nicetis, atque Herodis Attici.* Quin etiam εννοιαι πανηγυρικαι et σοφιστικαι passim memorantur, *Vit. Herodis Att. et Dionys. Miles.*


ΙϹΤΑΝΤΑ
ΕΝ ΑΓ ΝΔΑ
ΚΟΝΤΕϹΑ ϹΕΙΠΕΡΑΡΑ
ΤΑϹΕΠΙ Ι ΜΝΑϹΑ
ΓΝΟΟΥϹΙΝΔ Κ ΤΑΓΕΤΟ
ΚΟΙΝ ΑΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ
ΕΧΟΥϹΙ ΤΕΠΑΙΔΕ Ω
ΝΟΙΠΛΗΝΙϹΩϹ ΝΕ
ΕΝΙΟΙΤΩΝΤΕΚΝΟΓΡΑ ΟΥ
ΤΩΝΤΕΘΕΜΑ ϹΙΝ
ΠΟΙΕΙΦΑΝΕΡΟ
Τ ΠΕΡΑ
ΙΝΤΩΝΑΠΟΔ
ΜΦΙϹΥΒΗΤ ΟΔΙ Υ
ΙΤΑΠΟΙ
ΟΙϹΕΧΟΝΤ ΥΤ
ΤΩΝ ΡΩΝ Τ Υ
ϹΙΝ ΟΥΜΗΝΟΥ
ΠΡΟϹΥΠ ΧΗΟ
ΓΡΑΦΟ ΤΩΝΑ
ΩΝΑ ΙΔΑ ΚΑΘΑ
ΠΕΡΟΤΑΝΠΑ ΔΩϹΙΝ
ΠΟΥϹΕΞΩΝ ΜΕΘΑ
ΤΑϹΜΕΤΑΦΟΡΑϹ ΑΙ ΙΟΝ
ΗΤΑϹΑΥΤΩΝΡΑ
ΩΝ Φ ΙϹΚΑΙ

COL. X

Gio: B: Casanova dis: — *Carlo Malesci inc:*

COLUMNA X.

ἱσταν τα προσποιουμενα εν τραγῳδιᾳ. Φασιν δ' ἀκοντες, ἀτε, ουκ ειπερ αρα τας επιδειξεις μονας, αγνοουσιν· διοτι κατα γε το κοινον ἀπαντων λογων εχουσιν ου πεπαιδευμενοι, πλην ἰσως, ὡν εωλων ενιοι των τεχνογραφουντων τεθεματικασιν. Το δε ποιει φανερον το απαιδευτον, ὁπερ αν τοις πολλοις ην των αποδηλωτεων, η αμφισβητικον. Το δε συρον τα ποιουντα, η εν τουτοις εχοντ' απορον, τουτο δια των ὁρων ἑξει την λυσιν. Ου μην ουν ελθων τις προς ὑποδειγμα τεχνογραφουντων αλλο, η τι κενων ανεδιδαχθη. καθαπερ ὁταν παραδιδωσιν τοπους, εξ ὡν ληψομεθα τας Μεταφορας, και οἱον δη τας αυτων ῥαψομεθα φωνας, φυσις και αρχη, και

aliquid, quod exhiberet tragoediae figmenta. Fatentur autem inviti se praeter solas declamationes nihil scire; quoniam iis commune est, ut omnium sermonum ignari sint, illis fortasse exceptis, quos pridianos et veteres aliqui Rhetoricae Artis Scriptores tractarunt. Id vero eorum inscitiam in comperto ponit, quae forsan multis foret aut demonstranda, aut dubia. ¶ Porro quod *de ipsorum inscitia generatim dictum* adfert aliqua efficientia, aut habentia in his rebus difficultatem, id per peculiaria exempla obtinebit solutionem. Itaque si adcessit quispiam ad illorum Scriptorum doctrinam, non aliud, quam vana fuit edoctus: e. g. quando tradunt locos, unde sumturi sumus Metaphoras, et quomodo earum voces consuendae sint; *inquiunt:* natura et principium, et

CAP. VI.

Peculiariter id probatur ex Sophistarum documentis de Metaphoris.

A D N O T A T I O N E S.

Lin. 2. εν τραγωδια). Ex pauculis elementis hoc verbum restituimus: neque abs re tragoediam, non autem comoediam heic Philodemus memoravit; quia Sophistae in suis declamationibus tragico stylo pulcherrime venustissimeque se uti iactabant. Etenim eis mirifice placuit res parvas magnifica dictione prosequi, atque varias in auditoribus animi perturbationes excitare per exaggerationem, quae tragico videbatur cothurno digna. Quapropter Philostratus Nicagoram narrat tragoediam adpellasse Σοφιστων μητερα, *Sophistarum matrem. Vit. Soph. Hippodromi.* His adde μεγαλοφωνιαν της τραγωδιας, *magnam tragoediae vocem*, quam illi in deliciis habebant. Idem *Vit. Scop. et Adrian.* Quid sit autem το τραγικως λαλειν, *tragice loqui*, tradunt Hermogenes περι Μεθ. Δειν. Cap. 33., et ad hunc locum Gregorius 33. Vide etiam Erasmum *Chiliad.* ubi explicat τραγικως λαλειν. Hoc sensu etiam Tullius inquit: *grandis, et, ut ita dicam, tragicus orator. De Clar. Orat.* n. 203. *Sed haec tragica, atque divina. De Orat.* L. II. n. 227. Neque praetereundum est hac ipsa de caussa Theophrastum τω τραγωδειν opposuisse το οικειως λεγειν, *Hist. Plant.* 9. 8. 5.; atque Dionysium το τραγικως λεγειν discrevisse ab eo, quod dicit το εν τω κοινω και συνηθει της διαλεκτου τροπω τα πραχθεντα δηλουν. *Iudic. Thuc.* 28. p. 883.

Lin. 8. εωλων). Cur verbum hoc caeteris praetulerimus, quaeris, Lector? Nimirum in mentem venit illud Sophistarum vitium, quo prius dicta *vetera*, et *rancida* repeterent, et propterea irridentium cachinnos minime effugerent. Exemplum habemus in Philagri Vita, qui Athenis, quum famam extemporalis dictionis aucuparetur, in conventu plurimorum adolescentium, et praesente ipso Herode Attico fuit deprehensus εωλα μελετων, *declamare pridiana et vetera.* Philostr. *Vit. Soph. Philagrii.* Hoc sensu etiam Cicero τα εωλα usurpat. *Ad Attic.* L. XIII. Epist. 21. Congruit hoc verbis, quae subduntur, videlicet Sophistas nihil aliud declamare, quam quod a quibusdam Rhetoricae Artis scriptoribus fuerat per communes locos tractatum; id enim το τεθεματικασι significat, ut eruimus a Fabio, qui *theses et communes locos* eodem pertinere docet. *Inst. Rhet.* Lib. II. cap. 1. Quod si ελικτων, *tortuosorum*, velis supplere; nos libenter adsentientes habebis, et plura de hoc verbo ad sophisticas disputationes pertinente invenies apud Chresollium *Theatr. Sophist.* L. II. c. 4.

Lin. 14. αμφισβητικον). Ita mutilam vocem complevimus, simulque evidens mendum Librarii correximus, qui scripsisse videtur αμφισυβητικον. Sensus, quem exposuimus, nostram lectionem satis comprobat.

Lin. 17. ορων). Videtur haec vox eo sensu vertenda, quo indicet aliqua *determinata*, *definita*, et *peculiaria*, ut sententiis *generatim* de inepta Sophistarum doctrina prolatis opponatur. Hactenus enim N. A. tropos, et schemata per generales animadversiones insectatus est; nunc ad eum tropum, qui Metaphora adpellatur, peculiariter descendit. Quod autem hoc sensu interdum ορος adcipiatur, non ibit inficias, qui Graecis exemplaribus versandis adsueverit. Vide Hermogenem περι Στασ. c. VIII.

Lin. 19. υποδειγμα). Complevimus vocem, quae integra sub insequentis Columnae finem recurrit.

Lin. 22. et seqq. οταν παραδιδωσιν τοπους κ. λ.). Quosnam τεχνογραφουντας Philodemus taxet, qui de *locis*, *unde sumendae sunt Metaphorae*, tanta subtilitate et copia disseruerint, quantam sequentes pagellae exponent, nescimus. Attamen fatendum est tum Graecos, tum Latinos Rhetoricae Scriptores plus fortasse, quam par erat, hanc Spartam adornasse. Consule, si vacat, Hermogenem *De Invent.* Lib. IV. c. 10., Demetrium *De Eloquut.* Cap. LXXXI. Ciceronem *De Orat.* L. III. c. 38., et Quinctilianum *Institut. Orator.* L. VIII. c. 6.

Lin. 25. et seq. ραψομεθα φωνας). Hanc φρασιν, quam litterarum reliquiae ingerunt, aequi bonique faciet lector, si του ραπτειν metaphoricam significationem non contempserit, ex qua ραψωδια, υπορραπτειν λογους, et caetera huiusmodi orta sunt. Non absimili translatione in verbis *consarcinare*, *suere*, eiusque derivatis utuntur Latini.

Μ Λ ΗΝΟΥΡΑΜΕΝΟΥΝ
ΤΑΝΚΑ ΑΜΕΡΗΤΙ
ΟΝΓΗΣ ΗΠΟΤΑΜΙ ΛΣ
ΠΟΛΗΣΚΑΙΤΑΤΩΝΙ
ΩΝΜΕΡΗΤ ΜΙΑ
ΛΙΜΕΝΑΣ ΩΣ Π
ΤΑΣΜΕ ΦΟΡΑΣΑΠΟ Ω
ΦΥΤΩ ΙΕΧΝΙ ΝΤΟΥ
ΤΟΙΣΑΝΑΛΟΓΟΥΙ Ι
ΔΙ
ΤΙΣΥΜΒ Ε
ΕΙΝΑΙΤΑΣ ΑΚ ΥΘΟΥ
Δ ΑΝΤΙ ΣΟΦΟ ΡΗ
Δ ΑΝ Ι Γ
ΤΑΠΕΡ ΑΠ
ΨΥΧΩΝΕΠΙ Α
ΨΥΧΩΝ Τ
ΑΠΙ ΨΥ
ΤΑΣΔ ΠΑ Ε ΨΧΑ
ΚΑΙΤΑ Μ ΑΤΩ ΥΣ
ΔΟ ΤΑΣΔ ΕΠΙ
ΝΟΣ ΤΑΣΔΑ ΤΑΣΔΑ ΕΠΙΓΕΝΟΣ ΟΥ ΕΠΙΕ
ΚΑΙΤΟΥΤΩΝ ΑΣΤΟΙΠΑ
Ω ΥΠΟΔΕΙ ΜΑΤΑΘΑ
ΙΑΡΕ ΝΤΑΙ

Gio. Bª. Casanova dis. *Franc. Celentano inc.*

COLUMNA XI.

μεσα παρην· ουρα μεν ουν παν κατα μερη τεμνον, οιον γης ορη, ποταμους, ὑλας, πολεις, και τα των πολεων μερη, ταμεια, θεατρα, λιμενας· ουτως επιπολυ τας Μεταφορας απο των φυτων Τεχνειται εν τουτοις αναλογουντες ποιουσιν δι' ὁμοιωσιν· αντιον δε ει τι συμβαινει, τουτο φασιν ειναι τα ουκ ακολουθουντα ιδεαν την Σοφου, ὁτι ῥημα ιδεαν την αστων εχει. Πλην τα περιττα ποιουσιν απο εμψυχων επι εμψυχα, η απ' εμψυχων επι αψυχα· τας δε απο αψυχων επι αλλα αψυχα, τας δε απ' αψυχων επ' εμψυχα· και τας μεν απ' ειδους επ' ειδος, τας δε απο γενους επι γενος, τας δ' απο ειδους επι γενος, τας δε απο γενους επι ειδος. Και τουτων μεν αστοι παντελως τα ὑποδειγματα θαμινωτατα παρεχονται,

mediae partes aderat; cauda itaque *est* id omne, quod in partes dividit, uti terrae montes, flumina, sylvas, urbes, atque urbium partes, *e. g.* promptuaria, theatra, portus: ita, ut plurimum, Metaphoras a plantis sumunt Rhetoricae Artis professores in his rebus analogiam sectantes per similitudinem: si quid autem oppositum in *Metaphora* obvenit, id dicunt esse aliquod eorum, quae Philosophi notioni consentanea non sunt, quia verbum civili notione adcipitur. Verumtamen frequentissime *Metaphoras* efficiunt ab animatis ad animata, aut ab animatis ad inanimata; alias vero ab inanimatis ad alia inanimata, alias autem ab inanimatis ad animata: atque nonnullas quidem a specie ad speciem, alias autem a genere ad genus, tum alias a specie ad genus, alias denique a genere ad speciem. Atque harum quidem homines civili utentes sermone omnino frequentissima exempla exhibent;

ADNOTATIONES.

Lin. 1. et seqq. *μεσα παρην · ουρα κ. λ.*). Quod *natura* sit *principium et medium* tropi illius, qui Metaphora dicitur, nemo negaverit; praesertim si de ea expendantur Aristotelis praecepta. Is enim ita rem exponit: Ειπωμεν ουν και διαριθμησομεθα · αρχη δ' εστω αἱ μεν αυται · το γαρ μανθανειν ῥαδιως ἡδυ φυσει πασιν εστι · τα δε ονοματα σημαινει τι · ὡστε ὁσα των ονοματων ποιει ἡμιν μαθησιν, ἡδιστα · αἱ μεν ουν γλωτται, αγνωτες · τα δε κυρια, ισμεν · ἡ δε Μεταφορα ποιει τουτο μαλιστα........ἡ γαρ ὁδος μοι των λογων δια μεσων των Χαρητι πεπραγμενων εστι, Μεταφορα κατ' αναλογιαν......και το δια μεσου προ ομματων ποιει κ. λ. *Dicamus igitur et enumeremus: et principium erit nobis hoc; nimirum facili negotio discere iucundum omnibus natura est: nomina vero significant aliquid: quare quaecumque verba efficiunt, ut aliquid discamus, iucundissima sunt; et linguae quidem incognitae sunt, propria vero scimus · Metaphora autem hoc maxime praestat......via enim mihi orationum per medias a Charete res gestas est..... Translatio ex proportione.....et illud per medium ante oculos ponit et caet. Rhet.* L. III. c. 10.


Lin. 5. *ταμεια, θεατρα*). Harum vocum (pro quibus plurimae aliae facili negotio suffici poterunt) alteram ex elementorum reliquiis expiscati sumus, alteram divinando protulimus. Utraque tamen aliquas *urbium partes* significat, et pluribus Translationibus inservit, ut Philodemi sententia requirit. Quis enim ignorat haec nomina metaphorico sensu passim usurpari? e. g. alterum apud Plutarchum: ιδιον τι τη ψυχη ταμειον, *proprium animae promtuarium, Sympos.* V., alterum apud D. Paulum: θεατρον εγενηθημεν τῳ κοσμῳ, *spectaculum facti sumus Mundo, ad Cor.* I. 4. 9. Idem dicendum de Latinis vocibus, quae hisce Graecis respondent. Caeterum si cui alia heic supplere nomina placuerit, non vetabimus.

Lin. 10. *δι' ὁμοιωσιν*). Sumsimus hoc nomen a pluribus Τεχνογραφουσιν, apud quos Μεταφορα fieri dicitur ὁμοιωσεως ἑνεκα, *similitudinis gratia.* Vide Tryphonem *de Tropis* p. 729, Anonymum *de Tropis Poëticis* p. 715. Gregorium Corinthium *De Trop.* p. 765, et Cocondrium *De Trop.* p. 857. *inter Rhet. Gr. Walz. Tom. VIII.* Quinctilianus etiam hoc indicat, quum de Metaphoris sic ait: *In totum autem Metaphora brevior est similitudo: eoque distat, quod illa comparatur rei, quam volumus exprimere, haec pro ipsa re dicitur.* Et paullo post: *Secantur haec* (rationes conficiendi Metaphoras) *in plures: ut a rationali ad rationale, et idem de irrationalibus, et haec invicem, quibus similis ratio est. Instit. Orator.* L. VIII. c. 6.

Lin. 13. et seq. *ιδεαν την αστων*). Nititur hoc supplementum Aristotelis documento, qui de Metaphora verba faciens, ait: Εστι και τα αστεια πλειστα δια Μεταφορας........και των αποφθεγματων δε τα αστεια εστιν αἱ του μη ὁ φησι......χρωνται δε μαλιστα τουτῳ οἱ Αττικοι Ρητορες. *Sunt autem et urbana plurima ex Metaphoris......et apophthegmatum urbana sunt ex eo quia non dicunt quod verba sonant......utuntur autem maxime hoc dicendi modo Attici Rhetores. Rhet.* L. III. c. 11.

Lin. 15. et seqq. *τα περιττα ποιουσιν απο εμψυχων κ. λ.*) Iisdem pene verbis non pauci Rhetores inter Metaphoras divisionem instituerunt; ut Gregorius Corinthius: των δε Μεταφορων ειδη εστι πεντε · αἱ μεν γαρ αυτων εισιν απο εμψυχων εις αψυχα, αἱ δε τοὐναντιον απο αψυχων εις εμψυχα · αἱ δε απο εμψυχων επι εμψυχα · αἱ δε απο αψυχων επι αψυχα κ. λ. p. 765. *De Tropis.* Idem habet Cacondrius *p. 784 et seq. De Tropis*, apud *Rhetor. Graec. edit. Walz. Tom. VIII.*

Lin. 20. et seqq. *απ' ειδους επ' ειδος κ. λ.*) Autumamus Philodemum Metaphoram cum Synecdoche heic coniunxisse, quemadmodum et Fabius docet: *Metaphora enim aut vacantem occupare locum debet, aut si in alienum venit, plus valere eo, quod expellit. Quod aliquando pene de Synecdoche dicam, nam Translatio permovendis animis plerumque, et signandis rebus ac sub oculos subiiciendis reperta est. Haec variare sermonem potest, ut ex uno plures intelligamus, parte totum, specie genus etc. Instit. Orat.* L. VIII. c. 6. Fortasse etiam Aristotelis sententia heic taxatur, qui: Μεταφορα δ' εστιν, ait, ονοματος αλλοτριου επιφορα, η απο γενους επι ειδος, η απο ειδους επι γενος, η απο ειδους επι ειδος, η κατα το αναλογον · λεγω δε, απο γενους μεν επι ειδος · οἱον κ. λ. *Metaphora vero est Translatio alieni nominis, aut ex genere ad speciem. aut a specie ad genus, vel a specie ad speciem, vel iuxta paritatem: dico autem, ex genere ad speciem, veluti etc. De Poëtica* §. XXXV.



Gio. B.a Casanova dis. *Luigi Corazza inc.*

COLUMNA XII.

μη ποτε απ᾽ αλλων τινων, η των που αριθμουμενων μεταφερειν επιχειρισωμεν η το παντως γινομενον ὑπογραφουσιν, η το λανθανομενον· ουδε αυτοι δη επειτα διδασκουσιν τι φανερωτατον, ει μη βλεπουσιν οντα τεχνηματα. Περι των Μεταφορων δ᾽ουκ εχομεν που διδαχας τας επι αυτα τα εργα των Τεχνειτων γραφεισας του καλως μεταβαινειν· ὁ δ᾽ αυτος λογος και περι του ληψεσθαι τας Μεταφορας ανευ του ιδιου των τεχνων των ηνυμενων. Το γαρ, ὁ εξ αϊδιου αφ᾽ ἑκαστων ληψομεθα, καταλειπεται, και σπευδει τας ιδιοτητας επιγνωναι· το δ᾽, ὁ πως καθ᾽ ἑκαστην ιδιοτητα μεταβαινοντες κατορθωσομεν, ου συμβιβαζεται. Παραπλησιως δε εν ταις χρη-

ne unquam ab aliis quibusvis fontibus, quam ex iis, quae aliquando numerata sunt, transferre aliquid adgrediamur, sive id omnino factum sit a scriptoribus, sive eos latuerit: neque ipsi deinde docent aliquid vel manifestissimum, nisi videant iam extantia *apud artis Rhetoricae* scriptores exempla. ¶ De Translationibus autem non habemus unquam praecepta in ipsis Rhetorum operibus scripta, quae pulchre transeundi *a propria ad impropriam significationem modum* edoceant: idem autem dicendum est etiam *de praeceptis*, *quae doceant* sumere Translationes sine peculiari artium absolutarum peritia. Id enim quod improprie a singulis sumpturi sumus, deficit, et festinat ad proprietates cognoscendas: id autem, quod aliquando transeuntes per singulas proprietates recte constituemus, *Metaphoris* non aptatur. Similiter autem ubi Metaphoris Sophistae utuntur,

CAP. VII.

De Metaphoris praecepta et exempla Rhetorum non prosunt.

ADNOTATIONES.


Lin. 1. et seqq. *μη ποτε απ᾽ αλλων κ. λ.*) Cancellos quosdam fuisse ab Artis Rhetoricae scriptoribus statutos, extra quos prosilire ad Metaphoras excogitandas non dabatur, acri cum querela heic notat Philodemus. Enimvero ita hi Translationum fontes recensebant, ut nusquam alios reperiri arbitrarentur. Legantur haec Quinctiliani verba: *Huius* (Translationis) *vis omnis quadruplex maxime videtur: quum in rebus animalibus aliud pro alio ponitur......aut pro rebus animalibus inanima.....aut contra etc. Institut. Orat.* L. VIII. c. 6. Vide S. Isidorum *Orig.* L. I. c. 36. Charisium *Instit. Gramm.* L. IV. p. 243. et Donatum *De Trop.* p. 1775. *edit. Putsch.*

Lin. 7. et seq. *φανερωτατον*). Ubi de Metaphora agit Aristoteles, hanc omnino usurpat vocem: *δει και μεταφερειν, καθαπερ ειρηται προτερον, απο οικειων και μη φανερων · oportet etiam transferre, ut dictum est prius, a propinquis et minime apertis. Rhetor.* L. III. c. 11. Idcirco hoc nomen prae aliis, ut ut spatio et superstiti scripturae congruentibus, seligendum putavimus.

Lin. 9. *τεχνηματα*). Vocem hanc spatio congruam sensus non respuit, quia significat *κατασκευασματα*, et quidem *δολια*, *artes dolosas.* Vide Lobeck *Phryn.* 477. Nimirum percelebres sunt *αἱ καλουμενκι τεχναι* Sophistarum, Isocr. *Orat. contra Sophist.* Tom. III. p. 18. lin. 12. *Parisiis* 1782. *Καλυπτου τεχνας*, atque *τεχνας Παμφιλου* laudat Aristoteles *Rhetor.* L. II. c. 24. Inde *φιλοτεχνια* illa orta est, quam Gorgiae tribuit Diogenes Laërtius L. II. segm. 63. et L. VIII. p. 57.

Lin. 10. et seqq. *ουκ εχομεν που κ. λ.*) Duo deesse adfirmat N. A. in tractationibus Rhetorum de Metaphora. Alterum est, quod nusquam tradatur modus, quo a propria significatione ad impropriam perbelle transeatur. Et certe si praecepta, quae Tullius, aliique hac de re dederunt, recenseas; ea ad vitia Translationum effugienda tantummodo pertinent, e. g. quando Translatio habet dissimilitudinem, aut turpitudinem, aut obscuritatem etc. Vide *De Orat.* L. III. n. 162. et seqq. Cuius ea ratio est, quia *modus transferendi verbi late patet, quem necessitas genuit, inopia coacta et angustiis: post autem delectatio, iucunditasque celebravit. Ibid.* n. 155. Alterum est, quod minime indigitetur modus sumendi Translationes ex iis disciplinis, quas quispiam perfecte non didicit, uti Sophistarum alumnis contingebat. *Τεχνειτας* autem Rhetoras, seu Sophistas adpellari, probant plura veterum testimonia, praesertim Libanii *Legat. ad Iulianum.* Quare Tullius, *ea*, inquit, *quae Graeci dicendi Artifices et Doctores reliquerunt. De Orat.* L. I. n. 23.

Lin. 13. et seqq. *του καλως μεταβαινειν*). Literula *κ* interlinearis, ut suspicamur, indicat duas voculas, quas nobis invidit lacuna: fortasse legendum *και ορθως*, quod confirmari potest et Demosthenis loco p. 36. lin. 24. ; nisi malis *καλως* coniungere cum *σπουδαιως και ευσχημονως*, quod invenies apud Xenophontem *Cyropaed.* L. I. c. 3. §. 9. Verbum *μεταβαινειν* initialis et finales litterae postulabant, et mox iteratum videbimus. *Transitur* enim per Metaphoram, quia videtur *verbum transferri et quasi in alieno loco collocari.* Cic. *De Orat.* L. III. n. 147. Aristoteles pariter hac de re usurpat verbum *μεταστρεφειν. Rhetor.* L. III. c. 11.



ϹΕϹΙΝΟΥΘΕΝΙ Ε ΥΜΕΘΑ
ΘΟΝΤΕϹΟΠΑΝΤΩϹΑΝΑΓ
Α ΕϹΤΙΝΠΟΙΕΙΝΕ ΝΜΕ
ΕΡΩ ΜΕΝΑΠΕΜΨΥΧΩΝ
ΧΑΜΕΤΑΒΑΙΝΕΙΝ
ΟΜΕΝΠΑΛΙΝΗΑΠΕΜΨΥΧΩΝ
ΨΥΧΑΠΑ ΠΛ
ΚΑΙΑΠΟΓΕΝΟΥϹ ΤΕΙΔΟϹΗ
ΗΑΠ ΔΙ ΛΟϹ
ΟϹΟΝ ΠΡΟΠ ΧΡΗ
ΚΑ ΤΟΥ
Μ ΑΙΙΙ ΝΤ ϹΟΥΔΙΑΑϹ
Κ ΜΕ Α ΚΑ ΛΟΓΟΝΤΟΙ
Ν ΛΕΙΟΝ ΤΑΥΤΩΝ
Τ ΤΑΦΟΡΑϹΔΙΑΒΑΛΛΟΥ
ϹΙΝ ΕΓΑΛΥΝΟΥϹΙΝΕΠΙ
Ω ΗΤΟϹΟ ΛΗΡΑ
Δ ΗΝΑΙ ΝΟΜ
ΝΗ ΑΚΑΤΑ ΟΠΟϹΟ
ΦΡΑ ΠΡΑΕΙ ΚΑΙΑΛΥ
Τ ΙΝΑΙΠΡΟϹΗΚ
ΑΛΛΟΤΡΙΑΝΩϹΠΕΡ
Ε ΚΑΙ ΟΥϹΑΝΕΙΤΑΔΙΕ
ΠΙΦ ΤΩΝΤΗΝΜΕ
ϹΚΩ ΝΚΑΙ

COL. XIII

Gio: B: Casanova dis: Carlo Malesci inc.

COLUMNA XIII.

σεσιν ουθεν εκτελουμεθα μαθοντες, ὁ παντως αναγκαιον εστιν ποιειν, εαν μεταφερωμεν απ' εμψυχων επ' εμψυχα μεταβαινειν, ὁ μεν παλιν, η απ' εμψυχων επ' αψυχα · παραπλησιως δε και απο γενους επ' ειδος, η γενος, η απ' ειδους επι γενος, η ειδος · ὁν δε τροπον χρη ηχθαι ἑκατερον παρα του μεταβαινοντος ου διδασκομεθα. Ου κατα λογον τοινυν οἱγε πλειονες αυτων τας Μεταφορας διαβαλλουσιν, και μεγαλυνουσιν επι τῳ ιδιοτητος (ὁτι σκληρα δοκει σθηναι, και φαινομενη πασα καταχοπος, ουδε φρασις γε πραεια, και αλυτος)· ὡστε ειναι προς ἡμετερας αλλοτριαν, ὡσπερ εγκρατως εχουσαν. Ειτα δι' επιφωνηματων την μεν σκωπτουσιν, και καταπαι-

nihil proficimus in discendo id, quod omnino necesse est facere, ubi Translationem instituimus transeundo ab animatis ad animata; quod quidem rursus *faciendum est transeundo* vel ab animatis ad inanimata, *vel ab inanimatis ad animata, aut inanimata:* similiter autem etiam a genere ad speciem, vel ad genus, aut a specie ad genus, vel speciem: quanam vero ratione utrumque praestitum esse oporteat a transeunte, minime *a Rhetoribus* edocemur. Desipiunt itaque plures inter eos, quum Metaphoras profundunt, easque prae *verborum* propriorum usu extollunt (quoniam dura, atque nimis elaborata, non autem suaviter fluens, et minime concisa dictio exhiberi videtur): ita ut nostrae *propriae dictioni* praeferenda sit aliena, perinde ac si potiorem vim habeat. Deinde per epiphonemata illam quidem derident, atque contemnunt;


Lin. 6. et seqq. *ὁ μεν παλιν η κ. λ.*) Manifesto *σφαλματι* laborat textus; neque enim enumerat quatuor *Translationum* species, quas nuper recensuit; sed per particulam *η* satis indicat Amanuensis, se integras recensendas suscepisse, vocum vero similitudine deceptum ibi constitisse, ubi progrediendum erat. Quare ita versionem concinnandam curavimus, ut eas species eo modo recenseat, quo protinus Aristotelicam Translationum divisionem exponet Philodemus.

Lin. 13. *Ου κατα λογον*). Ita legendum putavimus; quia hanc *φρασιν* spatio et litterulis congruam passim usurpant Scriptores. Vide Aristotelem *Ethic.* L. IX. c. 8. Diodorum Sic. *Bibl. Hist.* L. I. p. 598, Polybium L. II. p. 411. et alibi. Adcedit quod Philodemus saepe accusat Sophistas, quod *τον λογον rationem* non sequantur, dum *τους λογους*, *orationes* scriberent aut haberent. Hi nimirum hoc sensu *λογοποιοι* et *λογογραφοι* audiebant. Conferantur Plato in *Enthyd.* Aeschines *Adversus Timarch.* p. 277. *Franc.* 1604. et Aristoteles *Rhetor.* L. II. c. 11. Porro in quo differant inter se *λογογραφος* et *λογοποιος*, vide apud Ammonium, si vacat, p. 90.

Lin. 16. et seqq. *επι τω ιδιοτητος*). Sic restituendum putavimus, quia *ιδιοτης propriam* verbi significationem indicat, uti in illo Plutarchi loco: *ἡς την ιδιοτητα χαλεπον ειπειν σαφως*, *cuius proprietatem difficile est dilucide exprimere. De Orac. Defect.* p. 432. T. II. *Franc.* 1599. *κατα την ιδιοτητα των πραξεων τοὔνομα δικαιως ειληφεν ιδιον*, *secundum proprietatem rerum iuste proprium nomen accepit.* Plato *Politic.* T. VI. p. 106. *edit. Biponti* 1784. Ceterum *ιδιοτης* alio quoque sensu a Rhetoribus usurpatur. Vide Rufi *Artem Rhetoricam*, *Rhetor. Graec.* T. III. p. 456. Apud Latinos quoque verbum *proprium translato* opponitur, et *proprietas* verborum saepe Oratoribus laudem adsciscit. Vide Quinctilianum *Institut. Orat.* L. I. c. 6, L. IX. c. 11. et alibi. Quod autem *αλλοτριαν* non abs re adpellet vocem *non propriam*, sed *translatam*, patet ex illo Aristotelis loco: *Μεταφορα εστιν ονοματος αλλοτριου επιφορα*, *Metaphora est verbi alieni illatio. Poëtic.* §. XXXV.

Lin. 17. et seqq. *ὅτι σκληρα κ. λ.*) Hunc locum lectu difficilem ita concinnavimus, ut dictioni *durae atque concisae*, seu *calamistris intortae*, seu *nimis elaboratae* (*κατακοπον* enim tum a *κατακοπη*, tum a *κοπος* deduci posse censeo, etsi id Lexicographi minime animadverterint) opponatur altera *πραεια*, *και αλυτος*, *suaviter fluens*, *et non dissoluta*, *non concisa*, *bene tracta*: quae quidem Orationis *επιθετα* apud Ciceronem de Rhetoricis rebus agentem identidem occurrunt, ac praesertim ille locus ad rem nostram faciens: *in concionibus tracta quaedam et fluens petitur oratio. Orat.* n. 66. Haec ad *φρασιν* referuntur: quod si malueris *φραδην* legere, uti semel atque iterum scriptum notavimus, libenter adsentiemur.

Lin. 25. *σκωπτουσιν*, *και καταπαιζουσιν*). Haec duo verba restituenda putavimus, non tantum ob caetera, quae id suadebant, sed etiam quia saepe coniuncta reperiuntur. Nimirum *καταπαιζων και σκληρως επισκωπτων* legitur apud Laërtium Lib. II. *segm.* 136. Adde Plutarchum *παιζειν και σκωπτειν ανευ βωμολοχιας*. Id autem facere audebant Sophistae *δι' επιφωνηματων*, uti N. A. notat; quia ob elati animi non ferendam superbiam, et popularem iactationem, supremam sibi auctoritatem adrogabant, et haud immerito a sapientibus viris damnabantur. Etenim *φρονηματισμου εμπιπλαμενοι*, *insolenti adrogantia pleni* vocantur a Themistio, *Orat.* I.; atque eorum *τυφον*, *fastum* Dio Chrysost. vituperat. *De Gloria* Orat. LXV. p. 605. *Paris.* 1604.



Gio. B. Casanova dis. *Giu. Casanova inc.*

COLUMNA XIV.

ζουσιν, την δε και ευφημουσιν, ουσης μεν οντως πονηρας της σκληρας, κακιστου δ' οντος αυτο τουτ' ειπειν, αλλα και διδαξαι σκληραν ουσαν ουδ' ατυχουντως εχειν μοχθηρως αλυπησουσιν προς αλυπου λυσιτελους. Αλλα και διοτι, και πως αντεχεται, που οιονται προσδιαφραδειν· επει ραδιον τω τροπω τουτω και τας μαλιστα επιτετευγμενας εκβαλλειν, και τας παμπονηρους εν χρεια κατεχειν θεσεις. Διοτι την αισχυνομενην αυτην Μεταφοραν λαμβανουσιν, ει και τηνδε λεγουσιν καλην. Εν οις και παρασπωντες ενιοι των νεωτερων νοησιν απο της Φιλοσοφιας, ουτω παραινεσεις ποτε κεχρησθαι Μεταφοραις, η Αλληγοριαις καταγραφουσιν δι' αλλων,

hanc vero etiam laudibus prosequuntur, quum omnino mala ista sit, quae dura est; pessimum vero sit id ipsum dicere, quin et docere duram dictionem iis etiam, qui aegro sunt animo, per levamentum utile relevandis, feliciter adhiberi. Sed et quare, et quomodo id obtineatur, aliquando explicandum putant; facilius est enim hoc modo vel maxime obfirmatas doctrinas explodere, et pessimas in usu retinere. Quamobrem erubescendam ipsam Metaphoram usurpant, tametsi hanc dicant pulchram. ¶ Adhaec nonnulli pertrahentes etiam adolescentium animum a Philosophia, sic perscribunt, in admonitionibus aliquando adhibitas fuisse Metaphoras et Allegorias, aliis rationibus

CAP. VIII. Quidam earum usus a Rhetoribus praedicati recensentur.

ADNOTATIONES.

Lin. 5. της σκληρας). Ad praecedentem vocem φρασιν, seu φραδην referenda est σκληρα. Etsi enim Metaphora molliendae asperitati instituenda sit; quippe quia *mollienda est in plerisque alio colore asperitas orationis*, Quinctil. *Instit. Orat.* L. XI. c. 1; tamen si nimis frequens et inopportuna est, *duriorem reddit dictionem*. Quapropter *De fugiendis Metaphoris durioribus* fuse agit Vossius, *Institut. Orat.* L. IV. c. 7. Is etiam illud probat; *si Metaphorae sint frequentes, ut non illustrent orationem, sed obscurent; non voluptatem adferre auditori, sed eum taedio complere. Ibid.* c. 11. Hoc sensu eas κινδυνωδεις adpellat Demetrius, praesertim quando a consuetudine plus aequo recedunt; nam ἡ συνηθεια και μαλιστα Μεταφορων διδασκαλος, *consuetudo vel maxime Metaphorarum magistra est. De Eloquut.* §. LXXXVI.

Ibid. κακιστου). Qui rem *malam* nedum sectatur, sed sectandam edicit, *pessime* se gerit: atque id caussae fuit, cur κακιστου fuisse scriptum putavimus. Etenim *Metaphoricae loquutiones ad ea, quae intelligenda sunt, propterea figuratis amictibus obteguntur, ut sensum legentis exerceant, et ne nuda atque in promptu posita vilescant.* S. Isidor. *Origin.* L. I. c. 36. Ea nimirum regula servanda est, ut dictio translata tantummodo adhibeatur *propter similitudinem, decoris, aut necessitatis, aut cultus gratia*, inquit Charisius *Institut. Gramm.* L. IV. p. 243. edit. *Putsch.* Ubi huiusmodi Rhetoricorum leges contemnuntur, optimos quosque dicendi magistros Sophista adeo infensos habet, ut *pessimam* doctrinam tradere videatur.

Lin. 6. et seq. ουδ᾽ ατυχουντως κ. λ.) Tria vocabula Lexicis inserenda nobis afferunt praesentes versiculi. Primum est το ατυχουντως, quod ab usitato ατυχεω inusitatum fluit; saepe enim notavimus huiuscemodi adverbiis redundare Philodemi volumina. Alterum est αλυπησουσιν, quod inter composita a verbo λυπεω non invenitur, sed ab aliis compositis non abhorret. Neque vero *delectationem*, atque *iucunditatem* per Metaphoras comparari negandum est, ut probat Cicero *De Orator.* L. III. n. 155. Vide etiam Vossium *De Translationis caussis. Institut. Orat.* L. IV. c. 14. Tertium est προσδιαφραδειν, quod decompositum apud alios Scriptores occurrere non videtur: tamen διαφραδεως et διαφραδης a recentioribus Lexicographis recensentur.

Lin. 11. et seqq. επει ραδιον κ. λ.) Referenda sunt haec verba ad illud Philosophorum effatum: *Nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile.* Cicer. *Parad.* I.

Lin. 16. et seq. αισχυνομενην αυτην Μεταφοραν). Auctor *Rhet. ad Herenn.* haec habet: *Translationem dicunt pudentem esse oportere, ut cum ratione in consimilem rem transeat, ne sine delectu temere et cupide videatur in dissimilem transcurrisse* L. IV. n. 45. Fortasse Philodemus heic indicat Metaphoram a re turpi et sordida petitam, quam iure ab oratione eliminat Quinctilianus *Inst. Orat.* L. VIII. c. 4.

Lin. 19. et seqq. Εν οἱς και παρασπωντες κ. λ.) Quum Metaphorae praecipue adhibeantur in genere *demonstrativo*, atque *iudiciali*, ut probat Vossius *Institut. Orat.* L. IV. c. 14; Sophistae, qui eis mirifice delectabantur, etiam in genere *deliberativo*, atque adeo in παραινεσεσι densandas adolescentulis tradebant. Isti omnino praeiverunt scriptoribus saeculi XVI, qui ubique infinitam Translationum multitudinem ponebant, sive id vitium ab Hispanis, sive ab Italicis inductum fuerit. Vide *Lettere del Bettinelli al Lampillas, e Risposta del Lampillas al Bettinelli* p. 144. *et seqq. Roma* 1781. Philodemus autem παραινεσεις potius a Philosophia Morali, quam ab huiusmodi quisquiliis hauriendas esse arbitratur: neque Aristotelem heic adversarium habet, qui Translationes *ad laudandum, et vituperandum*, non autem ad monendum praecipue commendat. *Rhet.* L. III. c. 2.

ΤΗΝΧΡΕΙΑΝΜΕΤΑΦ Ν
ΝΟΟΥΝΤΕϹΩϹΧΡΗϹ
ΤΟΙϹϹΥΜΒΙΒΑΖΟΥϹΙΝ
ΤΙΤΟΝΒΙΟΝΑΠϹ ΝΤΙΔΙΑ
ΓΕΝΟΜΕΝΟΝΕ ΤΑΙϹ Ε
ΛΙΑΙϹΩϹΠΕΡΕΙϹΚΕΥΩΝΑ
Χ ΩΝΙΔΙΩΝ Τ
Τ Ν Κ ΕΦΩΙΔΙΑ ΝΤΗ
Ο ΝΩΝΙΔΙΤΩ Α Μ
ΚΑ Υ
ΡΙΟΛΟΓΙΑΠ ΝΕΙΦΩ
ΕΚΠΛΕ ΤΟϹϹ Τ
ΚΤΟΝΠΛ Ι ΤΟΝ ΤΕΧΝ
ΤΗϹΕΡΜΗΝΕΙΑϹΤΡΟΠΟΝ
ΠΑΡΕ ΙΝΚΑΙΠΑϹΑΤΕΧΝΗ
ΦΩΝΙ ΝΟΥΔΥΝΑΤΑΙΠΡΟ
ΘΑΙϹΤΕΡ ΘΕΙϹΑΤΗϹΕΚΤΩΝ
ΜΕΤΑΦΟΡΩΝΕΥΧΡΗϹ
ΕΙϹ Π ΡΙϹΤΕΙΔΑΙΘ Λ
ΤΕϹΑΙϹΧ ΗΜΟ ΝΗΝ
ΔΕΦΦΗΜΙΑΝΕΤ[Α]Ι ΤΗΝ[ΑΡΕ]ΑΙΤΟ
ΤΟΥΤΡΟΠΟΥΒΟΗΘΕΙΑ
ΤΑΤΤΩΜΕΝΟΙΔΕΓΥΜΝΩϹ
ΛΕΓΟΝΤΕϹΑΙϹΧΗΜΟΝΟΥ
ϹΙΝΗΒΛΑϹΦΗΜΟΥϹ ΗΝ
ΜΗ ΦΩΝ

COL. XV

Gio. B. Casanova dis. *Raf. Biondi inc.*

COLUMNA XV.

την χρειαν Μεταφορων εννοουντες, ὡς χρησιμων δη τοις συμβιβαζουσιν κατα τι τον βιον απ' εναντι διαγενομενον επι ταις πλημμελιαις· ὥσπερ ει σκευων αχρηστων ιδιων πρεπει το αλλοτριον. Και εφ' ᾧ ιδια εν τῃ κοινωνιᾳ των ακαμων αστοχει, και ἡ νυττουσα κυριολογια πυκνει φωνας τὰς εκπλεκτους, τοσουτῳ ευπρακτον, πλεκτον τεχνῃ δει της ἑρμηνειας τροπον παρεχειν. Και πασα τεχνη φωνην οὐ, ἢ δυς, δυναται προϊεσθαι, στερηθεισα την εκ των Μεταφορων ευχρηστιας. Και εισομεν περιστειλαι θελοντες αισχρορημοσυνην και δυσφημιαν, εαν την αρεστον τουτου Τροπου βοηθειαν συνταττωμεν. Οἱ δε γυμνως λεγοντες αισχημονουσιν, η βλασφημουσιν, ην διαιρωσιν μη τροπικας φωνας

usum Translationum excogitantes, utpote utilium iis, qui in aliqua re emendare curant vitam *cuiusvis* antea in delictis transactam: perinde ac si propriis instrumentis non iuvantibus deceat alienum *instrumentum* adhibere. Atque ubi propria *vocabula* in vulgari obviarum dictionum usu finem non obtinent, et pungens loquutio aperta verbis explicitis redundat: eo amplius oportet bene elaboratum, artificioseque per *Metaphoras* complicatum eloquutionis genus exhibere. Et quaelibet ars vocabulum aut numquam, aut aegre potest proferre, si opportuno Translationum usu destituatur. Nec non et sciemus, quando id volumus, decenter tegere turpem et contumeliosam dictionem, quum volontarium huius Tropi auxilium constituamus. Ii vero, qui nude loquuntur, turpitudinem et offensionem non effugiunt; quum seligunt voces non figuratas,

ADNOTATIONES.


Lin. 2. et seqq. ὡς χρησιμων κ. λ.) Primam hanc utilitatem Rhetores extollebant, quod tum Metaphorae, tum Allegoriae, tum μυθοι, seu αινοι, *fabellae*, *apologi*, qui ad Allegoriam proxime adcedunt, mirum quantum ad reprehensiones et παραινεσεις recte instituendas prosint. Etenim *ad secandum vulnus cordis*, metaphorico *velamento prudens medicus ferrum tegit*, inquit Augustinus, *Homil.* XXI, ubi commemorat apologum a Nathan propheta Davidi prolatum. Huiusmodi enim loquendi modum is, qui reprehenditur, libentius audit, facilius culpam damnat, et minorem offensionem adcepisse videtur. Porro παραινεσεις per Apologos expositas tum in Sacris Litteris, tum in profanis Historiis frequenter reperimus. Vide *Iudicum* IX. 8. 15. et Livium *Hist. Rom.* L. II c. 32. Plurimi enim sunt qui απολλυουσι (το αιδεισθαι) δια τρυφην και μαλακιαν ουκ εγκρατουντες τους ελεγχους, ουδε τας επανορθωσεις δεχομενοι γενικως, αλλ᾽ επι τας προσηνεις και απαλας αποστρεφοντες ὁμιλιας τα ωτα, κολακων τινων η Σοφιστων ανωφελεις και ανοητους, ἡδειας δε φωνας καταδοντων. *Hi perdunt (verecundiam) dum ob luxum et mollitiem non tolerant reprehensiones, neque fortiter correctiones sustinent, sed ad blandas atque delicatas auditiones se avertunt, ubi adulatores aliqui aut Sophistae vocibus dulcibus quidem, sed utilitatis omnis vacuis demulceant.* Plutarch. *De recta ratione audiendi* §. XVI.

Lin. 8. et seqq. Και εφ᾽ ὡ ιδια κ. λ.) Altera est haec Translationum et Allegoriarum utilitas, ut eis utamur, *ornandi caussa.* Auct. *Rhet. ad Herenn.* L. IV. n. 45. *Dictio transfertur......decoris, aut cultus gratia*, inquit Charisius *Instit. Gramm.* L. IV. p. 243. *Gramm. Lat. edit. Putsch.* Huc referenda videntur A. N. verba, quae heic legimus. Εκπλεκτους, autem refinximus, per αναλογιαν a verbo εκπλεκειν: etsi enim huiusmodi verbum non occurrat in Lexicis, tamen plura απο του πλεκειν derivata et composita in eis recensita ad hoc etiam inserendum viam sternunt.

Lin. 15. et seqq. Και πασα τεχνη κ. λ.) Tertio loco recensetur *necessitas* ob quam in scientiis et artibus vocabula *translata* usurpamus, ubi *non proprium erat, quod daremus*, atque *ne ulli rei nomen deesse videatur.* Quinct. *Institut. Orat.* L. VIII. c. 6. Adposite Tullius: *ut vestis frigoris depellendi caussa reperta primo, post adhiberi coepta est ad ornatum etiam corporis et dignitatem: sic verbi translatio instituta est inopiae causa, frequentata delectationis......quod enim declarari vix verbo proprio potest, id translato quum est dictum, illustrat id, quod intelligi volumus, eius rei, quam alieno verbo posuimus, similitudo. De Orat.* L. III n. 38.

Lin. 18. et seqq. Και εισομεν περιστειλαι κ. λ.). Quartum heic addunt Translationum usum Rhetores, videlicet *quum* verbum *translatum proprio melius est : id facimus....quia decentius est.* Quinctil. *Institut. Orat.* L. VIII. n. 6. Dignitati enim orationis officit, *si obscoena nudis nominibus enuncientur. Ibid.* n. 3.

Lin. 21. δυσφημιαν κ. λ.) Librarii δεφφημιαν scribentis errorem quis heic non deprehendit? Quod autem in nostra lectione nullam habemus rationem quatuor litterarum, facit correctio in autographo iisdem litteris superinscripta.



Gio. B. Casanova dis. *Giu. Casanova inc.*

COLUMNA XVI.

ηκοινας διαλεξεις. Ε, δε τις ειπει · και εφ' ὼν εκλελοιπα κεχρησθαι ταις Μεταφοραις, αλλα και εφ' ὼν ειανον τους Τροπους, ειωθε καλως ορθουσθαι ἡ παραινεσις, τι εστι τοιουτου αποκρινοιντο αν; Αλλ' ουχι εχει ουτω; Τους δε πολλους, και μαλιστα τους ευ λεγειν επιστημονας ου κεχρησθαι Μεταφοραις εφορων, εχοντας τα ιδια την συνοριαν, ου τα σχηματα των Ποιητων. Επει δ' απ' αργου πας ὁ μεταφερων, εφ' ὼν αζον η, τε τερηται; αληθεστατον δ' ἑν ου φοβουν οντα ἑαυτα εχειν κατα μεθοδον · επιζη τουμεν, ὁπως μειμησωμεθα τον του Ὁμηρου λογον, και τα των Τραγικων; Κατα δε αισχρολογιαν, και δυσφημιαν ἀνεκτοτερον μη λειπειν ευ λελεγμενα ὀνοματα · πλην ου-

aut communes dictiones. ¶ Si quis vero dixerit: etiam ubi desii adhibere Metaphoras, immo ubi missos feci Tropos, consuevit recte fieri admonitio; quid ad haec respondere poterunt? Et nonne ita res se habet? Plerosque autem, et praecipue viros bene dicendi peritos, Metaphoris non uti inspexi, qui propria *vocabula*, non autem Poëtarum figuras pro confiniis sibi statuerunt. Quoniam autem a perspicuo *vocabulo* quisquis Translationem ad obscurum instituit, ingenio torquetur; verissimum autem illud unum est, quod minime timet ea, quae sua sunt, retinere, secundum methodum; interrogamus, quomodo imitari poterimus Homeri loquutionem, et Tragicorum *poëtarum* figuras? Quod denique ad turpia verba et inhonesta spectat, tolerabilius est non posthabere verba bene selecta: verumtamen nemo

CAP. IX. Respondet Rhetorum argumentis.


Lin. 1. et seqq. Ει δε τις ειπει κ. λ.) Quod Epicurei sibi et aliis persuadere conati sint, se nedum τας παραινεσεις, sed quemlibet etiam sermonem sine Rhetorices auxilio esse instituturos, colligimus ex iis, quae Gassendus congerit *De Vita et Moribus Epicuri* Cap. IX. Philodemus itaque, ut obiectionem primam, quam nuper proposuerat, protinus diluat; Magistri sententiam sequitur, docentis illud: Φυσις εστιν ἡ κατορθουσα λογους, τεχνη δε ουδεμια. *Natura est, quae sermones recte instituit, nulla autem ars.* Apud *Schol. Hermog.*

Lin. 8. et seqq. Τους δε πολλους κ. λ.) Alteri argumento satisfacit. Etenim quod in soluta oratione parcius, quam in poësi Translationes locum habeant, nemo est qui ignoret: propterea aiebat Aristoteles: Τοσουτῳ δ' εν λογῳ δει μαλλον φιλοπονεισθαι περι αυτων, ὁσῳ εξ ελαττονων βοηθηματων ὁ λογος εστι των μετρων· και το σαφες, και το ἡδυ, και το ξενικον εχει μαλιστα ἡ Μεταφορα, και λαβειν ουκ' εστιν αυτης παρ' αλλου. *In (prorsa) autem oratione tanto magis de ipsis eligendis laborare oportet; quanto ex paucioribus auxiliis soluta oratio constet, quam metrica; et magis Translatio perspicuum habeat, et iucundum, et peregrinum, nec ipsam ab alio liceat adcipere. Rhetor.* L. III. c. 3.

Lin. 10. ευ λεγειν επιστημονας). Ne temere verba huc iniecisse pauculis freti elementis videamur, non modo sensum recte fluentem argumenti loco habemus, sed etiam vel dictionum Graecis familiarem exhibuisse ostendimus; quod enim ὁ επιστημων cum infinitivo iunxerimus, absonum non est; quoniam Xenophonti *Oecon.* Cap. XIX. §. 16. placuit γεωργειν.....επιστημων, *agriculturae peritus.* Illud autem ευ λεγειν frequentissimum est ad eos laudandos qui *recte dicendi* vi pollent, ut apud Isocratem τους μεν ευ λεγειν επιθυμουντας, *bene dicendi studiosos. Nicocl. in Proëm.* Adde Euripidem: ουδ' ὡς αχρειον τας γυναικας ευ λεγειν, *neque quod sit inutile, mulieres perite dicere. Suppl.* vers. 309.

Lin. 14. et seqq. Επει δ' απ' αργου κ. λ.) Haec periodus, qua tertiam obiectionem N. A. refutat, non minimum nobis negotium facessit, ut litterarum vestigiis congruam aptemus sententiam. Certe quidem ipse in antecedentibus Columnis, uti et Epicurus, colores adscititios ex poësi desumtos, ab oratione arcendos censuit. Vide Gassendum *l. c.* Cap. II. et VIII. Quod autem αζον, *obscurum* legerimus, recentiores lexicographos vades damus; si minus placeat αζαν, *fuliginosum*, *ineptum*, *quisquilias*, legere. Dicit igitur falso adseruisse Rhetores in omnibus disciplinis confugiendum esse ad Metaphoras; *nam is, qui eis utitur pro perspicuo verbo, obscurum aliud adhibet: veritas autem disciplinis tradenda una est, nec timet se nudam sibique constantem exhibere: propterea Homeri, et tragicorum poëtarum fucum non desiderat.* De fugiendis Translationibus poëticis, conf. Vossium. *Inst. Orat.* L. IV. Cap. 12.

Lin. 22. et seqq. Κατα δε αισχρολογιαν κ. λ.) Turpia vocabula in oratione effugere, ac pro eis metaphorica usurpare, neque Stoicis, neque Cynicis placuit; quia nullam in verbis turpitudinem esse dicebant, sed in rebus dumtaxat, ac propterea unamquamque rem suo nomine censebant adpellandam. Audi Ciceronem: *Nec vero audiendi sunt Cynici, aut si qui fuerunt Stoici paene Cynici, qui reprehendunt et irrident, quod ea, quae turpia re non sint, nominibus ac verbis flagitiosa ducamus; illa autem quae turpia sint, nominibus adpellamus suis. De Offic.* L. I. c. 35. Adde eiusdem ad Paetum verba: *Placet Stoicis, suo quamque rem nomine adpellare. Sic enim disserunt, nihil esse obscoenum, nihil turpe dictu. Nam si quod sit in obscoenitate flagitium, id aut re esse, aut in verbo...... In re non est.....multo minus in verbis. Epist.* XXII. *ad Familiare*, L. IX. Philodemus absurdum huiusmodi placitum amplexatus non est; *tolerat* enim, ut *Translata* pro verbis propriis, ad vitandam turpitudinis notam, usurpentur. Qua in re videtur Aristotelis sententiam sequutus, qui haec ait: Εστι γαρ αλλο αλλου κυριωτερον, και ὡμοιωμενον μαλλον, και οικειοτερον τῳ ποιειν το πραγμα προ ὀμματων· ετι δε, ουχ ὁμοιως εχον σημαινει τοδε και τοδε· ὡστε και οὑτως αλλο αλλου καλλιον και αισχιον θετεον· αμφω μεν γαρ το καλον και το αισχρον σημαινουσιν· αλλ' ουχ ᾗ αισχρον· η ταυτα μεν; αλλα μαλλον και ἡττον. Τας δε Μεταφορας εντευθεν οιστεον απο καλων, η τῃ φωνῃ, ἡ τῃ δυναμει, η τῃ οψει, η αλλῃ τινι αισθησει. *Est enim aliud alio magis proprium nomen, et magis simile rei, magisque aptum et accommodatum ad constituendam rem ante oculos. Praeterea non eodem pacto se habens significat hanc rem et illam; quapropter ab hoc etiam aliud alio turpius, aut honestius iudicandum est; ambo enim sane et honestum et turpe significant, non tamen quatenus honestum aut turpe: an haec quidem? verum magis, aut minus. Translationes autem hinc ducendae ab honesto, aut voce, aut vi, aut adspectu, aut alio aliquo sensu. Rhetor.* L. III. c. II. Ex his igitur satis eruimus Philodemum quartae Rhetorum de Translationum utilitate doctrinae heic respondere.



Gio. B. Casanova dis. *Raf. Bin... inc.*


COLUMNA XVII.

δεις διδασκειν εν λογω δυναται· ποτε γαρ χρη πεταζεσθαι, και ποτε μη δει επισημαινειν· ουχι παρασυεντας δε τουτους πως αυτοι ουκ αφεντες ὁρους επι το ορθον βησομεν, αλλ' ουκ εις τάναντια του οντος μεσου, μηδ' επι τω σκοτει· εποιειτο δε κακος μαλλον, η καλλιφωνος ὁ λογος, ενδεης των αστων, μετα των προς αυτοις μονοις εντιθεμενων, και προαιρουμενων. Λεγουσι δε τινες, Μεταφορας βαλλεσθαι και συντομιας χαριν, και σαφηνειας, και εμφασεως, ώς ποιει δι' απασης Μεταφορας ὁ ποιητης ου πενης της το πρεπον εχουσης σαφηνειας, ἡ πρεπει ποιησει θαυμασθησομενη. Πλανωση δε της εμφασεως, ὡς ουσης σαφηνειας, του ουκ εχοντος την ὑπ' αυτην επιζητουμενην εν-

docere *id* oratione potest: aliquando enim oportet explicare, et aliquando nefas est significare. Inconcussos autem hosce fines ipsi nullatenus praetergredientes ad rectum pergemus, non autem ad ea, quae extrema sunt et medio opponuntur, neque obscuritate laborabit oratio. Fieret vero vitiosa potius, quam pulchris vocibus constans oratio, si urbanis verbis destituitur, ac tantummodo habet verba ab ipsis sonis imposita, et constituta. Adfirmant vero nonnulli, Metaphoras iniici tum brevitatis, tum perspicuitatis, tum roboris caussa, ut per totam Metaphoram facit poëta, non inops perspicuitatis, quae decorem servat, quaeque poësi admiratione dignae convenit. Cum autem *robur* seu emphasis decipiat, perinde ac si perspicuitas esset, hoc non habet eam, quae ab ista requiritur,

Lin. 9. et seq. *μηδ᾽ επι τω σκοτει*) Ex una litera superstite verbum *σκοτει* supplevimus ; scimus enim *σκοτοδινιαν* inter orationis vitia recenseri. *Aristid. Techn. Rhet.* L. I. p. 395. *Rhetor. Graecor.* Tom. IX. Et qui perspicua oratione non utitur , *νουν σκοτιζει*. Georgii *Progymnas.* c. X. , Tom. I. *Rhetor. Graecor.*

Lin. 18. *εμφασεως*) Hoc verbum mox redit, ideoque facili negotio suppletum est: novimus autem, Metaphoras persaepe *εμφασεως χαριν* adhiberi. Sic Gregorius Corinthius: *Μεταφορα*, inquit, *εστι λογου μερος μεταφερομενον ητοι εμφασεως, η ὁμοιωσεως ενεκα*. *De Tropis*, c. II. Iisdem fere verbis utuntur, quum de Metaphora disserunt, Cocondrius, *De Tropis*, c. V; Demetrius Phalereus, *De Eloquutione*, §. 8., Georgius Choerobosci , *De Tropis* , §, II ; et alii , quos confer, si vacat, inter *Rhetor. Graec.* T. VIII , edente Walz.


ΡΓΕΙΑΝΤΟ
ΑΠΑΝΤΟΣ ΕΝΙΟΙΔΕΦΑΣΙΝΚΑΙ
ΤΗΣΟΜΟΙΩΣΕΩΣΕΝΕΚΕΝΑΥ
Τ ΛΑΜΒΑΝΕΣΘΑΙΤΑΣΜΕ
ΤΑΦΟΡΑΣ ΟΥ ΤΗΣΟΜΟΙ
ΕΩΣΑΥΤΗΣΚΑΘΑΥΤΗΝ
ΜΩΜΕΝΗΣΑΛΛΑΔΙΑΤΗ
ΧΡΕΙΑΝ Ν ΤΗΣΜΕΤΑΦΟ
ΑΙΤΟ ΙΔΙΑΣ ΩΣ
ΣΥΜ ΗΣ
Ι Ο ΤΩ ΟΛΩΙ
ΣΙΝ ΘΕ ΝΛ
ΠΟΙΟΥΣ Α ΠΑ
ΑΓΓΕΛΛΟΝΤΟΠΡΟΣΕΧΕΙΝ
ΜΗΠΟΤΕΤΙ ΑΙΣΧΡΟΡΗΜ
ΕΥ ΝΗΔ ΣΦΗΜΙΑΝΑΠΕ
ΓΑ ΙΤΑΙΤΑΝΑΝΤΙΑΘΕΛΩΝ
ΑΠΟΤΑΥΤΗΣ ΜΕ
ΤΑ ΡΩΝ
ΜΑΛΛΟΝΑΥΞΗΤΟΥ
ΟΣ ΑΙΡΟΥΜΕΝΟΣ
ΟΛΕΩΣΕΙΠ ΝΕΠΙΤΥΦΩΣ
ΗΝΟΥΝΗΚΟΥΦΟΤΕ
ΡΑΝΤΟΥΒΑΡΟΥΣΤΩΝΥΠΟ
ΚΕΙΝ ΝΩΝΗΒΑΡΥΤΕΡΑΝ
Τ ΥΦΟΤΗΤΟΣΛΑΒΗ

COL. XVIII

Gio. B. Caſanova dis. *Giu. Caſanova inc.*

COLUMNA XVIII.

αργειαν του μετενεχθεντος απαντος. Ενιοι δε φασιν και της ὁμοιωσεως ενεκεν αυτης λαμβανεσθαι τας μεταφορας · ου δε της ὁμοιωσεως αυτης καθ' ἀυτην ὡρμωμενης, αλλα δια την χρειαν οντως της μεταφορας απαιτουμενης, ὡς συμφερουσης προ ιδιας λεξεως λογω τω συνολω, ὡς αυτοι φασιν, η θελησει ῥητορος. Εν δε ποιουσιν αντιληψεις παραγγελλοντο προσεχειν, μηποτε τις αισχρορημιαν ευρων, η δυσφημιαν, απεργαζηται τ' αναντια θελων. Απο ταυτης τεχνης μεγαλη αταξια χρωνται, εαν τι μαλλον αυξη του πρεποντος, η αλλως αιρουμενος τις, η ὁ λεως ειπων, επιτυφλως αναξη νουν, η κουφοτεραν του βαρους των ὑποκειμενων, η βαρυτεραν της κουφοτητος λαβη

evidentiam totius metaphorici sermonis. Quidam vero aiunt ipsius etiam similitudinis caussa sumi metaphoras, non vero eius similitudinis, quae sponte per se emergit, sed revera illius, quae ad usum metaphorae exquiritur, quippe universae orationi, ut aiunt, vel Rhetoris consilio prodest, magis quam dictio propria. ¶ His vero qui reprehensiones conscribunt, cavere praecipitur, ne turpiloquium vel maledictum quis inveniens, sciens prudens contrarium efficiat. Ex hoc tamen dicendi artificio magna oritur confusio, quum id magis, quam par est, rem augeat, vel alio modo utendo atque populus quum loquitur, vehementer intellectum obscuritate exagitet, vel levius gravitate rerum, vel gravius earumdem levitate sumat vocabulum

CAP. X.

Translationum usus in reprehensionibus; et vitia inde oriri solita in sermone.

ADNOTATIONES.


Lin. 1. εναργειαν.) Malo heic εναργειαν, quam ενεργειαν legere, tum propter laciniae amplitudinem magis τω α, quam τω ε congruentem, tum etiam propter orationis contextum. Nam cum de ὁμοιωσει et αυξησει, sive ενεργεια paulo post lin. 3, et 17 et seqq. sermo occurrit, hic sane de εναργεια sive σαφηνεια a. n. loquitur, quae est prima trium causarum, propter quas metaphoris utimur. Vide Col. XVII. lin. 15 et seqq. Demetrium περι ερμενειας IX. 40, et Lib. IV. §. XXXIV ad Herennium.

Lin. 9. et seq. ὡς συμφερουσης κ. λ.) Ex uno columnae versu duos hic facimus, ne superinscriptis correctionibus receptis, ceterorum longitudinem ille nimis praetergrediatur.

Lin. 14. et seqq. παραγγελλοντο κ. λ.) Manifesto errore pro παρηγγελλοντο, vel παρηγγελοντο, vel παραγγελλονται, ut ego legere malui. Saepissime apud Rhetores hoc praeceptum occurrit. Sic Cicero de Oratore, Lib. III, §. XXXVIII. *Et quoniam haec summa laus est verbi transferendi, ut sensum feriat id quod translatum sit, fugienda est omnis turpitudo earum rerum ad quas eorum animos, qui audiunt, trahet similitudo.* Idem, vel quisquis sit auctor Rhet. ad Heren. Lib. IV. §. XXXIV docet metaphoris utendum esse *obscoenitatis vitandae caussa.* His plane similia sunt quae Quintilianus habet Instit. Orat. Lib. VIII. Cap. VI. §. 15. Subtilius vero, more suo, de hoc agit Aristoteles Rhet. Lib. III. Cap. VII. p. 770 et seqq. Patavii 1689; ubi mentio fit de contraria Sophistarum opinione, quam Stoici etiam professi sunt, uti videre est apud Ciceronem epist. supra citata ad Famil. Lib. IX. ad Papirium Paetum.

Lin. 22. ὁ λεως ειπων.) Duriuscula fateor συνταξις. Si liceret, equidem expungerem illud το ε vocis λεως, legendo ὡς ὁλως ειπειν.

Ibidem επιτυφλως adverbium, ut nobis videtur a composito επιτυφλοω ductum; sed deest in Lexicis. Sane simplex τυφλοω non caret suo adverbio τυφλως obscure.



Gio. B. Casanova dis. — *Raf. Biondi inc.*

COLUMNA XIX.

λεξιν. Δει και ὁμοιωσιν σκοπειν, μηποτ' εκ των κρυπτων η· πρφως μεν γαρ οστις επι μεταφοραν τι φησι, εστι αλλως των ακουοντων κατιδειν, ουδ' επιστασθαι ταυτο κατα τας μεταφορας· απ' αλλων τινων εχομενοι και των ου ταυτων λαβειν λεξιν, παντας δεησει προδιδασκειν, ει μεν ουτως μεταφερονται η αλλως και τ' αναντια, ἠ και βαρυτερως απ' αλλων των παραγωντων, απορως τ' ειρηνται. Λεξας γαρ αυτων τουτων ουδετερον επιτερηται. Παραβολην ετι νοουσι χαριεστεραν, ει δε ποσε τι ουν λεγομεν παρ' αλλον· το γαρ προσιδειν τι εν αλλω ὁμοιοι την ευρησιν. Ὁταν πλειον ευρισκωμεν του ὁμοιου πανομοιον προσδοτον, επαινω ποτε αντιστροφον, ει

CAP. XI.

Metaphora obscuritatem parit, propter diversam de iisdem rebus auditorum sententiam.

¶ Oportet etiam similitudinem considerare, ne abdita sit: facile enim, quum sub metaphora aliquid quis dicat, contingit aliter quam auditores sentire, nec idem intelligere iuxta metaphoras. Qui igitur ab aliis, non ab iisdem rebus vocem transferunt, omnes antea docere deberent, si hoc, vel alio, vel contrario modo vocabula transferuntur, sique gravius quam a ceteris fit, et incomprehensibili modo usurpantur: qui enim loquitur, horum neutrum observat.

CAP. XII.

Metaphora delectat, quippe quae novas rerum notitias et celeriter parit.


¶ Comparationem quoque iucundiorem fieri putant, si aliud aliquando sub alio dicimus; aliud enim in alio intelligere simile est inventioni. Quum plus quam simpliciter simile, etiam perfecte simile invenimus, tunc laudo reciprocationem, si

Lin. 14. παραγωντων). Sic in papyro, puto pro παραγοντων, quae vox saepissime apud graecos Rhetores occurrit, cum de metaphoris agitur. Quod vero των pro τωη legimus, non mirandum; saepe enim in omnibus veteribus MS. et praesertim in papyris Herculanensibus litera ν sic scripta occurrit, ut pro η sumi possit; quod videre est etiam paulo post Col. XX. lin. 17 et 19, ubi certo pro η legendum est ν.

Lin. 17. επιτερηται). Puto pro επιτηρηται, quo usu hoc addendum esset unico Heliodori exemplo, quod in lexicis invenitur formae mediae huius verbi.

Ibidem παραβολην κ. τ. λ.). Lectionis nostrae huius ratio patebit omnibus, qui Rhetorum doctrinas de metaphoris norunt. Sane Aristoteles inter Translationis utilitates hanc enumerat, quod το ἡδυ habet, Rhet. c. VI n. 38, cuius delectationis hanc alibi affert rationem: Το γαρ ευ μεταφερειν, το το ὁμοιον θεωρειν εστι. *Scite enim transferre, est simile discernere.* Poët. Sect. XXXVII. p. 79. Oxonii 1806. Demetrius de metaphoris dicit, quod ηδονην συμβαλλονται τοις λογοις De eloquut. §. 78, vol. IX. p. 39, edit. Walz. Sed prae omnibus de hoc legendus est Cicero de Orat. Lib. III. §. 38, 39, 40, ubi inter alia haec ait: *Sed in suorum verborum maxima copia, tamen homines aliena multo magis, si sunt ratione translata, delectant. Id accidere credo, vel quod ingenii specimen est quaedam transilire ante pedes posita, et alia longe repetita sumere, vel quod is qui audit, alio ducitur cogitatione, neque tamen aberrat, quae maxima est delectatio: vel quod singulis verbis res ac totum simile conficitur, vel quod omnis translatio, quae quidem sumpta ratione est, ad sensus ipsos admovetur, maxime oculorum.* De iucunditate metaphorae loquitur etiam Quintilianus. Instit. Orat. L. VIII. c. 6, n. 4.

Lin. 25. αντιστροφον). Hoc vocabulum ab Aristotele, Platone et Plutarcho usurpatum ad significandum *id quod ex altera parte respondet, aeque pollens*, Το αναλογον melius declarari posset exemplo Sopatri, qui, prolata Stoicorum opinione την ῥητορικην αντιστροφον ειναι της διαλεκτικης, sic vocem explicat. Αντιστροφος γαρ εστιν ἰσοστροφος, ἰσοδυναμος, τα αυτα πραττουσα. Σωπατρου εις την Ερμογενους τεχνην p. 15 et 16, vol. V. Rhet. graec. edit. Walz. 1833. Sed paullo diversius hic nobis eam usurpasse videtur n. a. scilicet pro conversione et commutatione verborum aeque pollentium, quae fit in illo translationum genere, de quo luculenter agit Aristoteles, Poët. XXV. p. 71-77, edit. Oxonii 1806; et Rhet. Lib. II. c. VI. n. 42 et seqq. p. 763 et seqq. edit. Patavii, 1689.



Gio. B. Casanova dis. *Giu. Casanova inc.*

COLUMNA XX.

μεν λογον επιλεγη ποτε τις ὑπ' αυτον ὁμοιον. Μεταφορα δη, Φασι, παρεχει μανθανειν τι ταχεως, ὁταν μεταγωγη ουκ' εστιν επιπολαιος. Γινεται εκ τουτων αμελει παντοσε η ὁπηποτε τους Ρὴτορας επιτηδευειν τας Φωνας ὁμοιων οντων παρα των κενων, και μαλλον αποστασει αυτας εταζειν Φανομενους · ορθως τρεχει διανοια, ουδεν ὑπακουεται πως λαβουσι τας απο των λιαν μακραν απεχοντων ὑπονοιας · ὁιον Νησσον την περι ποντος απειριτος εστεφανωται. Και μην βελτιστ' ην ωκεανιδα νησον Φαναι. Μαλιστα δε γελοιοι λεξηθηρες αφαιστου σταλαγμοι, και πως αυτοι μεταγουσι κατα το πλειστον, ει μη και διαπαντος, απο

rationem quis coniicit sub ipsa similitudine. Metaphora praeterea, dicunt, praestat aliquid citius discere, quando vocum traiectio non sit vulgaris. Quo quidem fit, semper et ubique Rhetores affectare vocabula eorum, quae sunt similia prae vulgaribus; immo ea inusitato modo inquirere videri. Sic mens currit, nec subintelligit quidem eos, qui a rebus valde distantibus abditos sensus sumunt; veluti Insulam quam pelagus interminabilis coronat; quamvis optime dici poterat oceanicam insulam. ¶ Maxime autem ridiculi sunt homunciones isti, obscurarum dictionum venatores, propter modum etiam, quo ipsi ut plurimum, nisi etiam semper transferunt,

CAP. XIII.

Sophistae, ut se philosophos ostendant, duriores metaphoras affectant.

Lin. 3. et seqq. Παρεχει μανθανειν τι ταχεως κ. λ.). De hoc, praeter illa, quae dicta sunt col. anteced. Lin. 20 et seqq. consule Aristotelem, qui Lib. III c. XXV ad XXVIII egregie hanc doctrinam illustrat, et saepe iisdem verbis, quam n. a. quamvis hic ut irrideat, ille ut commendet. Quod vero Rhetores praecipiunt, metaphoras non esse sumendas a rebus valde propinquis, docet idem Aristoteles, ubi ait, non usurpandam esse μεταφοραν επιπολαιον, ουδεν γαρ ποιει πασχειν, *nihil enim commovet.* Et alibi: Δει μεταφερειν.....απο..... μη φανερων, *transferre oportet non a perspicuis.* Et iterum de metaphoris, et ceteris urbane dictis agens, subdit: αλλ' οσῳ αν ελαττον, και αντικειμενως λεχθῃ, τοσουτῳ μαλλον το δ' αιτιον, ὅτι ἡ μαθησις δια μεν το αντικεισθαι, μαλλον δια το εν ολιγῳ, θαττον γινεται. Sed quanto brevius magisque contrarie prolata fuerint, tanto venustiora fiunt: causa vero est, quia contrariae res, prope collocatae, melius intelliguntur, et brevitas temporis celeriorem gignit scientiam. Rhet. Lib. III. c. 25 n. 198 c. XXVII n. 257 et cap. XXVIII n. 259 Patavii 1679.

Lin. 10. κενον). Sic in papyro pro κοινων, ut nobis videtur ex facili confusione vocum sono simillium. De frequenti confusione in MS. vocum κοινος, καινος, κενος, confer Dorvill. in Chariton. p. 625-626, Boissonad. in Plan. Metamorph. p. 528 not. 1 et Hase in Lyd. de Ostentis, p. 316.

Lin. 11. αποστασει, *singulari modo ac inusitato, praeter morem alio pacto quam a ceteris fieri solet, quadam*, ut ita dicam, *rebellione a communi dicendi consuetudine;* quod vitium est praecipuum Rhetorum, qui, quum rebus carent, a communi loquendi consuetudine desciscunt, et verbis e vulgari usu remotis, docti atque subtiles videri cupiunt. Illud vero αποστασει sumendum est tamquam contrarium *vulgari usui et consensui* τη ομονοιᾳ. Quo sensu etsi hoc vocabulum non occurrit, quod equidem sciam, apud alios scriptores, non tamen abhorret ab analogia graecae linguae. Sic Plato opponit στασιαστικως τῳ ὁμονοητικως· αρ' ουν ου παντι δηλον τογε τοιονδε, ὡς περι μεν ενια των τοιουτων ὁμονοητικως εχομεν περι δ' ενια στασιαστικως; *An non constat cuique, quod in aliis, dum loquimur, idem sentimus, in aliis vero non idem?* Phaedrus p. 356 v. X. Biponti 1787. Quod igitur Platoni στασιαστικως, idem n. a. valet αποστασει. Ibidem εταζειν. Inspecto απογραφῳ e regione posito, non inficiamur nimis angustum Syllabae ζειν supplendae posse videri laciniae spatium: sed latior margo adest in originali papyro, adeoque capax quatuor literarum.

Lin. 12. φανομενους. Sic in papyro, fortasse pro φαινομενους; saepissime enim occurrit ι evanidum, uti paulo post in hac ipsa columna, lin. 14, ubi legitur λαβουσ pro λαβουσι. Ibidem et lin. seqq. ορθως τρεχει διανοια κ. λ. Haec fortasse ειρωνικως n. a. dicit de Aristotele, qui de illis agens, quae loquutionem urbanam faciunt, inter quae translatio est, ταυτα, ait, ειναι αστεια, ὁσα ποιει ἡμιν μαθησιν ταχειαν, *illa esse urbana, quae nos in alicuius rei cognitionem celeriter ducunt.* Rhet. L. III c. XXV n. 195.

Lin. 17. et seq. Νησσον). Sic in papyro pro νησον. Versus est ex Odyss. K. n. 195, qui assertur inter metaphorae exempla etiam a Dionys. Halicarn. περι της Ὁμηρου ποιησεως, §. 7. Ceterum frequens usus apud veteres huius verbi στεφανω translate usurpati. Sic Hesiod. in sent. Herc.


Εν δ' αγορη περι δ' ολβος απειριτος εστεφανωτο Αθανατων

Ibi erat coetus, qui coronatus erat ingentibus opibus Deorum. v. 204 205.

Lin. 21. et seq. λεξιθηρες αφεστου σταλαγμοι). Diu et acerrime certatum est inter philologos ad Epiphanii locum Haeres. LXIX, utrum genuina sit vox λεξιθηρ, nec ne. Si ante θηρες heic λεξι supplendum esset, uti nobis certum est, aliud in promptu esset exemplum iis qui vocabulum genuinum esse contendunt. Vide sis not. II p. 152 ad Thesaur. Henr. Steph. edit. Londini vol. I, et Ludov. Cresollium, Theatrum veterum Rhetorum. Lib. II. c. III. p. 121 et 122. Parisiis 1620.

Vocabulum αφαιστου, nisi erronea lectio est in papyro, ex α privativo et φαιστος, *lucidus, luminosus*, compositum dicendum est. V. Hen. Steph. sub hac voce.

Σταλαγμος hoc sensu metaphorico usurpatur ab Eustatio; ac sane mirandus n. a. qui cum translationes irridet, translate et ipse loquitur.



Gio. B. Casanova dis. *Raf. Biondi inc.*

COLUMNA XXI.

ου μονον τυχομενων, αλλ' απο πανυ αλλοτριων. Γυμναζονται και γαρ ὡς μαλιττα προς αλλα, περι μεταφορων ευφυεις φανῶσι, ταχυνοοι τε και φιλοσοφοι τ'αν ποσιν εκβεβηκοτες, τοις πορρω χρησαμενοι· διο ῥητορας φασιν φιλοσοφους ετι ποιηθηναι αν, εν τουτ' ωσπερ και εν πραγμασι. Το δ'αφεντες και καταφρονουντες παντες φυσικοι, ὡσπερ ματαιον δη, θεωρειν ηρξαν, το μεν εκλεγη, τ' αυτ' εκλεινη τις. Και πολλου ποιουμενοι την παιδιαν, και τας αλλας επιςημας, ου μονον τα προειρημενα περιεστησαν, αλλα και πολυ το λογειον των ῥητορικων σοφιστων εν ταις μεταφοραις ανεστραφησαν· ει μη τις, αρα, των απαντων (ως Αλκιδαμας, Ηγησιας, Κλειταρχος, Αλεξανδρευς Δη-

non modo a quibusve obvenientibus rebus, sed etiam ab omnino diversis. Exercentur enim etiam ut in metaphoris bono et acri ingenio, et philosophi appareant transilientes ante pedes posita, et aliis longe repetitis utentes: qua de causa rhetores etiam philosophos fuisse aiunt in hoc, non secus ac in rebus. ¶ Haec vero missa facientes et spernentes omnes phisici, utpote vana et inutilia inquirere adgressi sunt, quid eligat quis, quidve fugiat, et plurimi existimantes eruditionem, et alias scientias, praedicta non solum praeterierunt, verum etiam omnem Rhetoricorum sophistarum apparatum circa metaphoras vehementer subverterunt: nisi quis omnium (ut Alcidamas, Hegesias, Clitarchus, Alexandrinus

CAP. XIV.

Phisici nugas sophistarum circa metaphoras spernunt.

Lin. 1. τυχομενων). Sic lego litterarum superstitum ordine coactus, quamvis haud ignoro, non inveniri hoc vocabulum apud graecos scriptores, quod esset aor. secund. part. formae mediae verbi τυγχανειν; cuius loco usurpatur saepissime τυχον, τυχοντα. Duci etiam posset a verbo τυχωμι, de quo vide Volſium ad Odyss. X. 7. De emend. rat. graec. pag. 123, et Matthiam § 201 p. 390. Parisiis 1831.

Lin. 4 et seqq. περι μεταφορων ᾿ευφυεις φανωσι κ. λ). Praeter illa, quae supra ad col. XIX, lin. 20, et ad XX, lin. 3 adnotavimus, plura afferri possent veterum Rhetorum dicta ad hanc lectionem confirmandam. Sed pro omnibus sit unum Aristotelis, qui de translationibus agens, Oἱον, ait, και εν φιλοσοφια το ὁμοιον, και εν πολυ διεχουσι θεωρειν, ευστοχου. *Quemadmodum in philosophia, solertis, acutique hominis est cernere quid in rebus multum inter se distantibus simile sit.* Rhet. L. III, c. 27, n. 238. Et aliud Ciceronis, qui de metaphoris agens: *Ingenii*, ait, *specimen est quoddam transilire ante pedes posita, et alia longe repetita sumere.* De Orat. Lib. III, § 40. Quae postrema Ciceronis verba fideliter videtur vertisse Philodemus ad lin. 6 et seq. τ᾿ αν ποσιν εκβεβηκοτες, τοις πορρω χρησαμενοι.

Lin. 8 et seqq. διο ῥητορας κ. λ). Quod sophistae philosophiam affectaverint, immo se se philosophos esse iactarint, plura veterum scriptorum testimonia docent. Consule verba Aristotelis supra allata in adnotatione ad lin. 4 huius columnae. Themistius in oratione, quae βασανιστης inscribitur, non facile sophistam a philosopho, nec ab omnibus distingui posse demonstrat. Maximus Tyrius, diss. X sophistam imitari philosophum dicit: μιμειται....σοφιστης φιλοσοφον. Isocrates in Panegir. eloquentiam vocat την περι τοις λογοις φιλοσοφιαν, et Rhetores in Orat. ad Philip. τους περι την φιλοσοφιαν διατριβοντας· quos Philostratus sic circumscribit: των φιλοσοφων οἱ συν ευροια ερμηνεοντες L. 1. de vita sophistar.

Lin. 14 et seq. εκλεινη τις). Sic manifeste in papyro pro εκλινη. Addimus autem τις post εκλινη necessitate rectae συνταξεως; quamvis in papyro non appareat, utrum sit lacinia, nec ne.

Lin. 22. ανεστραφησαν. Vocem passive tantum a scriptoribus usurpatam active sumpsimus ex toto orationis sensu et contextu impulsi, veriti, ne scribentis negligentia pro ανεστρεψαν irrepserit, vel ipsam male Philodemus tamquam mediam usurpaverit.

Lin. 24 et seqq. Αλκιδαμας κ. λ). Heic Philodemus laudasse videtur eos omnes, qui vel rhetoricam nihili fecerunt; vel genuinam dicendi artem corruperunt.

Sub nomine Alcidamantis binae hodie extant orationes, quarum una περι σοφιστον inscribitur. In huius orationis proëmio expresse Alcidamas profitetur se scribendi artem incusaturum, dicens: Επιχειρησω κατηγοριαν ποιησασθαι των γραπτων λογων. *Accusare aggrediar scriptas orationes.* Pag. 78, Vol. VIII orator. graecorum, edit. Reiskii, Lipsiae 1773. Ex qua oratione coniicio hunc esse Alcidamantem illum, de quo hic mentionem facit Philodemus. Scripsit etiam Alcidamas τεχνην ῥητορικην teste Plutarcho in vita Demosth. c. 5, p. 699, edit. Reiskii, Vol. IV. De scriptis et vita Alcidamantis. Confer Fabric. Bibl. graec. edit. Harles. Tom. II, p. 776.

Hegesias heic memoratus diligenter distinguendus est ab alio eiusdem nominis celebri philosopho Cyrenaico, de quo loquitur Cicero, Quaest. Tuscul. Lib. I, c. 34. Diogenes Laërtius L. II, § 86, Valerius Maximus, L. VIII, c. 9, et ex recentioribus, ut alios praetermittam, Iac. Bruckerus, Hist. Crit. Philosophiae part. II, LII, cap. III, § IX, p. 600, Lipsiae 1742. Hegesias, de quo Philodemus nobis hic loqui videtur, fuit Magnes, orator ex eorum numero, qui Asiani vocantur. Is primus Asiaticum dicendi genus invexit, Atticaeque eloquentiae integritatem corrupit teste Cicerone, Orator. 67, 69, Strabone XIV, p. 446, edit. Casaub. 1587, et Dionys. Halic. De compositione verborum XVIII, p. 244-246, et 248, et 256, edit. Schaef. et auctore libri περι ὑψους sect. 3, n. 2. Qui plura de hoc Hegesia desiderat, adeat Rhunkenium ad Rut. Lup. p. 25, et ad orat. graec. edit. Reiskii, p. 183, et seqq. Vol. VIII. Clitarchus, qui post Hegesiam a Philodemo nominatur, idem fortasse existimandus est ac ille qui ab auctore libri περι ὑψους una cum eodem Hegesia inter inflatos scriptores enumeratur, et dicitur φλοιωδης..........ανηρ και φυσων κατα τον Σοφοκλεα................οισι φορβειας ου σμικροις μεν αυλισκοις δατερ. Scriptor hordaceus, de quo merito illud Sophoclis usurpatur.

Parvis quidem non ille spirat tibiis
Tumidum sed os numquam capistro continet.

Sect. III, n. 7. Clitarchus iste vitam Alexandri Magni scripsit, teste Atheneo L. IV, Plinio et Plutarcho in vita Alexandri M. cuius historiae fragmentum invenies apud Scholiastem Apollonii Argon. L. II, 232, Clitarchi stylum reprehendit Cicero de Legibus Lib. I, et auctor Libelli de Eloquutione.......... Vide Tullium et Langbaenium ad locum supra allatum L. de Sublimitate. Post Clitarchum Philodemus mentionem subdit cuiusdam Alexandrini scriptoris, cuius prima nominis syllaba est Δη....... quem suspicor illum esse Demetrium, cui liber περι ἑρμηνειας tribuitur. Sane Demetrium Alexandrinum auctorem illius libelli dixerunt praeter alios Muretus, *orat.* XXIII, vol. II, p. 399, et Gher. Ioh. Vossius Instit. orat. Lib. VI, 2. Huius Demetrii Alexandrini mentionem fecerunt Galenus, Lib. ad Epigenem c. V, et Laërtius, L. V, c. 84. Vide Fabricium, *Bibl. graec. Edit. Harles* Tom. III, p. 486, et Tom. VI, p. 53 et seqq.

ΕΛΥΗΣΑΝ
ΗΝΧ ΡΙΕΝ
ΕΧΝΟ
ΑΡ ΝΟΥ ΟΤΑΝΗΜΕ
ΤΑΦΟΡΑΒ ΤΕΡΑ ΗΤΑΙ
ΠΡΟΤΗ ΕΙΣΘΑΙΤΟ ΛΗ
ΡΟΝΑ ΙΣΕΙΝΑ
ΑΤ ΑΙ Ε
ΑΙΣΑΜΟΝΩΣ
ΤΟ Α ΡΥΤΑΤΗΣΠ
ΛΕΩ Τ Δ ΣΑΝΩΣΠΡΟ
ΝΑ ΤΟΥΠΕΙΡΑΙΕΩΣΚΑ
ΑΡΑΠΛΗΣΙ ΤΟΠ
ΥΝΕ Α ΑΠ ΕΙΜΑΡΜΕ
Ν ΡΑΣΤ ΕΙΝΜΕΤΑ
ΦΟΡΑ ΑΛΛ ΧΙΦΕΥΚΤΟΝ
ΠΑΝ ΚΑΙΠΑΝΤ
ΗΣΠΑ ΩΣΠΟΤΕΤΩΝ
ΣΟΦΙ Τ ΝΤΟΝΑΥΤΑΙΣΧΥΩ
ΜΕΝ ΑΛΛΟ ΣΧΕΔΟΝ
ΠΑΣΑ ΠΛΗΘΟΣΙΝ ΤΩΝΚΥΡΙ
ΩΝΟΥΣΑΙΣ ΙΔΙΟΜΕΝΑΥΤΩΝ
ΚΑΙΤΑΠΕΡΙΤΩΝΑΛΛΗΓΟΡΙ

COL. XXII

Gio. B. Casanova dis. *Raf. Biondi inc.*

COLUMNA XXII.

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . τεχνολογοι παρηνουν, μηποτ' αν ἡ μεταφορα βαρυτερα ποιηται, προτεμελεισθαι. Τον ληρον αυτων αρα μισειν δει, ουκ απαρνησασθαι δε σχημα, ὁταν η αισιμον· ως το κατευθυνον ῥυτα της πολεως προ εδικασαν, ὡς προ Αιγινα, λημη του Πειραιεως κακειναις παραπλησιαι. Ατοπον ουν εξ αναπτου ειμαρμενης παραστελλειν μεταφορας· αλλ' ουχι φευκτον παντως και πανταχου η σπανιως ποτε των Σοφιστων τον αυταις χυομενον, αλλ' ουδε σχεδον πασαις πλειοσιν των κυριων ουσαις. Ιδια μεν δ' αυτων και τα περι των αλληγορι

CAP. XV.


Non omnes, nec omnino fugiendae translationes.

Rhetores praeceperunt cavere ne metaphora gravior fiat. ¶ Nugas igitur illorum detestari oportet, non vero ornatum respuere, qui utilis esse possit; ut illud: *Agebant civitatis habenas* pro *ius dicebant;* ut etiam pro *Aegina, lippitudo Piraei*, et his similia. Absonum igitur ex invincibili necessitate prohibere metaphoras: immo fugere non debemus omnino et semper (vel raro aliquando) illum ex sophistis, qui metaphoris sit addictus, dummodo istae omnes, plures, quam propria vocabula, non sint. Propria vero etiam sunt quae ipsi de allegoriis

Lin. 11. αισιμον). In papyro legitur αισαμον scribentis σφαλματι, nisi quis credere mallet aliam formam eiusdem vocis esse a Philodemo usurpatam.

Lin. 13. et seq. ως προ Αιγινα κ. λ.). Ad alias eloquutionis partes Philodemus transiturus, et disputationi de metaphoris finem impositurus, quasnam metaphoras et quanam conditione ipse adhiberi sinat, heic nobis declarasse videtur, immo et exempla attulisse. Enim vero nonnisi ad allata exempla referri possunt quaedam vocabula, quae clare in papyro leguntur, rei, de qua agitur, aliena; ex. gr. του Πειραιεως. Hoc ipsum autem vocabulum, et ceterorum reliquiae, quae adhuc supersunt, nobis in mentem reduxerunt celebre illud Periclis dictum ab Aristotele inter excellentiores metaphoras τας κατ᾽ αναλογιαν laudatum. Και Περικλης την Αιγιναν αγαγειν εκελευσε, την λῆμην του Πειραιεως. *Et Pericles Aeginam tolli iubebat, Piraei lippitudinem.* Rhetor. Lib. III. c. 26. n. 207, p. 877, *edit. Patavii.* Sane ut lippitudo visum impedit, et offuscat, ita Piraei splendorem imminuebat Aegina, quae insula Cycladum nobilissima, maris aliquando imperium tenuit, et in praelio navali de principatu cum Atheniensibus contendere non dubitavit. Cuius rei meminit etiam Cicero; *Durius etiam Athenienses, qui sciverunt, ut Aeginetis, qui classe valebant, pollices praeciderentur. Hoc visum est utile; nimis enim imminebat propter propinquitatem, Aegina Piraeo.* De Officiis. L. III. c. XI. Dictum igitur Periclis a Philodemo inter non fugiendas translationes heic allatum putamus, quamvis spatium, ubi το λημη supplevimus, nimis angustum videri possit. Sed non desunt exempla in hoc papyro syllabae, imo et integrae vocis inter medios versus scriptae, ut ex. gr. in col. anteced. inter lineas 9 et 10, et in col. XVIII. inter lineas 8 et 9.

Lin. 24. ιδια). In papyro est ιδιο; sed errore scribentis, uti legentibus manifeste patebit.



Gio. B. Casanova dis. *Giu. Casanova inc.*

COLUMNA XXIII.

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

παροιμιαν, ειρωνειαν παραλειποντες μεν εργατας εκφοβειν εβουλοντο · τας ιδιοτητας τοτε πρεπον και τον αστεϊσμον παραπεμποντες


. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

proverbium, ironiam relinquentes *horum studiorum cultores* deterrere voluerunt. Proprietates et decorum et urbanitatem missa facientes

ADNOTATIONES.

Lin. 21. et seqq. εργατας). Ita omnino legendum putamus pro εργχσας, ut sibi constat oratio, et sensus aliquis inde erui possit. In mentem etiam subiit lectio εργασιας, sed utpote duriorem, eam omittendam duximus.

Lin. 24. et seq. ἀστεϊσμον). Αστεϊσμος μεν ουν εστι λογος, εφ' ἑαυτου προς ετερον εχων την διαβολην. Sic definitur a Cocondrio Περι τροπων *Rhetor. graec. edit. Walz.* v. VIII, p. 788. Idem Cocondrius αστεϊσμον speciem ironiae esse ait, ironiam vero et aenigma species allegoriae: ex quo intelligitur quare Philodemus de allegoria agens, του αστεϊσμοῦ mentionem facit. Quinctilianus etiam αστεϊσμον ειρωνειαν et παροιμιαν (de quibus n. a. supra lin. 20.) inter species allegoriae adnumerat. *Instit. orat.* L. VIII, c. VI, p. 748, *Lugduni Batav.* 1720. Ibidem πρεπον. Sic legimus pro γρειδον ratione contextus ducti. Ceterum si graecum, vel a graeco themate derivatum illud το γρειδον quis persuadere sibi poterit, illius interpretationem libenter excipiemus, dummodo aliquo non improbabili argumento eamdem confirmare valeat.



COL. XXIV

Carlo Malesci dis. *Dom.co Casanova inc.*

COLUMNA XXIV.

περι αλλου πως αγορευει· καθεις δετου καλως αντηρεμουν . . . .

. . . .

. . . . των καινων ευρεσιν επαινουσι και απατης μεταφορας ψεγουσι

de alio quodammodo loquitur. Unusquisque vero bene et quiete vivendi . . . .


. . . .

. . . . rerum novarum inventionem laudant, et deceptionis notam metaphoris inurunt.

ADNOTATIONES.

Lin. 1. περι αλλου κ. λ.). Haec XXIV columna cum antecedenti non cohaeret, uti manifeste evincitur ex ultimis illius, et ex primis huius postremae vocabulis. Nec paucos tantum versus interiisse dicendum esset vel ex fine col. XXIII, vel ex initio col. XXIV, si margo utriusque id coniicere sineret. Aliquam igitur inter utrasque interiectam columnam adglutinatam seiungi non potuisse tenendum est; cuius rei indicia extant in papyro. Quod vero ad idem opus utraque pertineat non ambigendum. Allegoriae enim, de qua disputationem a 24 linea Columnae XX aggressus est Philodemus, heic definitionem tradere videtur, sive potius nominis explicationem: quod nec Spengel, nec Gros animadvertere potuerunt, quippe qui infideli Oxoniensi exemplari confisi, nec tres et viginti columnas antecedentes cognoverunt, ut in praefatione monuimus.

Philodemus autem iisdem pene verbis utitur, quibus omnes Graeci ac Latini Rhetores. Vide *Cocondrium de Tropis Rhet. graec. edit. Walz.* v. VIII, p. 787 et seq. Georg. Choeroboscum *de Tropis* ibid. p. 803 et seq. *Gregor. Corinthium de Tropis* ibid. p. 764 et seqq. *Triphonem de Tropis* ibid. p. 733, *Anonymum de Tropis* ibid. p. 715, *Tiberium de Figuris* ibid. p. 557, et *Quinctil. Inst. Orat.* L. VIII, c. V, p. 744-749, *edit.* 1720.


ΤΑΝΑΔΡΟΥΤ ΟΙΜΙϹ
ΤΟϹΕΩϹ ΜΗΤΡΑΧΥ
ΜΑ ΗΜΑϹΙ ΠΕΡΙ
ΕΝΛΕΞΗ
ΦΙΛΟϹΟΦ
ΟΥϹΤΑΥΤ
ΟΙϹ Ω
ΑΥ ΕΠΑΙΤΙΘΗ
Λ ΠΡΟϹΔΟΞΑ
ΖΟΜ ΚΑΙ ΤΩΝ
ΙΔΙΩΜΑΤΩΝ ΠΕΡΙ
ΓΗΝ ΜΑΛ ΜΥ
ΡΙΩΙΜ Ι ΟΝΕΚ ΛΝ
ΗΜ ΡΩΝΠΕ
ΘΑΙ Α ΙΟΙϹΕ
ΠΙΤΗ ΚΑ
ΤΟΝΕΚΤΕΕ ΑϹΜΙΖΩΝ
ΑΝΑΠΕΦΩ ΑΙΧ ΟΥ
ΕΠΑΙ ΝΗ
ΔΙΟΚΑΙΠΡΟΤΕΡΟΝΜΕΝ
ϹΕΙΠΟΝΟΤΙ ΟΥϹΟ
ΔΙΗΚΡΕΙΒΩ ΝΩϹ
ΗΚΑΛΟΝΤΗΙΦΥϹΕΙ ΟΥ
ΚΑΤΑϹΚΕΥΑϹΜΑΝΥΝ
ΟΘΑΡΡΩΝ ΕΓΩ Ε
ΤΗ ϹΥΜΠ ΟΚ

COL. I

Carlo Oratij dis. *Bart. Oratij inc.*

COLUMNA I.

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

. . Διο και προτερον μεν
αυτος ειπον, ὁτι του Σοφι-
στου διηκριβωμενως
ουκ η καλον τη φυσει λου-
ναι κατασκευασμα· νυν
δε αποθαῤῥων λεγω πε-
ρι της συμπλοκης, ὁτι ουτ' α-

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .


¶ Quapropter et antea ipse quidem dixi, Sophistae id proprie non esse, ut natura sua pulchram conficiat eloquutionem: nunc vero adfirmare audeo de orationis contextu, neque

CAP. I.

Sophistica praecepta orationem recte et sublimiter contextam non efficiunt.

ADNOTATIONES.

Lin. 20. et seqq. Δ*ιο*. *κ*. λ. Hactenus Philodemus, uti ex praemissis laciniis didicimus, ostendit, Sophistas planam, elegantem, et rebus adcommodatam dicendi rationem minime sequi: nunc autem gradum facit ad probandum eos neque ad orationem recte concinnandam ita discipulos suos instituere, ut bene se gererent *in toto quasi contextu orationis*, ut ait Cicero *Parad.* n. 82. Illud autem τῃ φυσει, quod nos Sophistarum ingenio atque instituto tribuimus; si malit quisquam ad το καλον referre, ut significet *naturae consentaneum;* non intercedemus. Praecepta enim Sophistarum fucatam, et calamistris intortam efficiebant orationem; quum potius in ea requiratur *naturalis, non fucatus nitor*. Id. *De Clar. Orat.* n. 36.



ΚΡΕΙΒΕ ΑΞΙΟΛΟΓΟΣΟΥΤΕΚΑ
ΤΑΤΟΠ ΙΣΤΟΝΥ
ΨΑΝΟΥΚΑΠΟΤΩΝΣΟΦΙΣΤΙ
ΩΝΠΑΡΑΓΓΕΛΜΑΤΙ ΜΑΣ
ΦΑΙΔ ΥΙ
ΟΥΔΕΝΙΦΥ Κ ΤΕ
ΩΣΧΡΗΣΘΑΙ ΓΟΝΤΑΙ
ΣΑ
ΓΕΡ ΑΧΟ
ΜΕΤΑ
ΕΣΕΙ
ΕΚΕ
ΣΙΝ Α
ΓΑΙ ΝΟΜΙΣ
ΗΤΩΙ ΛΟΙ
ΤΙΣΙΝΚ
ΑΛΛΟΥΧΙΤΟΙΣΗΜΕ ΝΟΜΟΙ
ΟΙΣΟΥΔΕΜΑΔΙΑΤΟ ΑΤΡΙ
ΚΟΙΣ ΤΟΙΣ ΥΣΙΚΟΙΣ
ΚΑΙΓΕΩΜΕΤΡΑΙΣ ΤΟΙΣ
ΠΑΣΙΤΕΧ ΗΤΑΙ
ΤΩΝ ΘΑΥΜΑ
ΤΑΣΚΕΥΗΣΚΑΙΜΑ
ΛΙΣΘΟΤΑΝΥΠΟΤΗΣΟΧΛΙΚΗΣ
ΘΥΕΛΛΗΣΜΗΣΤΡ ΑΙ
ΚΑΙΔΙΑ Ρ Υ

COL. II

Carlo Oratj dis e inc.

COLUMNA II.

κρειβει᾽ αξιολογος, ουτε κα-
τα το πλειστον ὑψος προκο-
ψαν ουκ απο των Σοφιστι-
κων παραγγελματων ὁρμας
εχει. Ου γαρ Φαιδιμω ευφυι-
α, και ουδενι φυσικη παντε-
λεια πως χρησθαι διαγονται.
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . ου δυνανται νεν ομισ-
θαι των μαθητων ουδ᾽ ολι-
γην δουναι τισιν ἱκανοτητα,
αλλ᾽ ουχι τοις ἡμειν ὁμοι-
οις, ουδε μα Δια τοις Ιατρι-
κοις, ουδε και τοις Μουσικοις,
και Γεωμετραις, ουδε τοις
αλλοις πασι τεχνιταις
της των θαυμαστων ερ-
γων κατασκευης, και μα-
λισθ᾽ ὁταν ὑπο της οχλικης
θυελλης μη στρεφωνται,
και δια . . . .

adcurationem laudabilem, neque, ut plurimum, provectam sublimitatem a Sophisticis praeceptis originem ducere. Neque enim faciunt, ut aliquis illustri ingenio, ac naturali perfectione aliquando polleat: *quae ad bonum oratorem efficiendum omnino requiruntur*. .

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

Sophistae nequeunt censere se vel minimam idoneitatem dare alicui suorum discipulorum, immo neque iis *Philosophis*, qui nobis similes sunt, neque per Iovem Medicis, neque etiam Musicis, neque Geometris, neque aliis omnibus artificibus, qui miris operibus absolvendis, praesertim quum populari procella non exagitantur, incumbunt, et. . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 1. ακρειβει' αξιολογος. Librarius, qui paulo ante διηκριβωμενως recte scripserat, heic ακρειβια superfluam iniecit vocalem. Philodemus autem negat per Sophistarum praecepta obtineri posse eam, quae a Tullio dicitur *adcurata, et polita oratio. De Clar. Orat.* n. 326. Ακριβεια αξιολογος, cui graece respondet ακριβολογια, latine verti posset *in inveniendis, componendisque rebus mira adcuratio. Id. ibid.* n. 238.


Lin. 2. et seqq. υψος κ. λ. Ita legendum suasit auctoritas Longini, seu potius Dionysii Halicarnassensis, cui gravibus fretus argumentis Librum περι του Υψους adiudicavit Hieronymus Amati *edit. Longini De Sublimi, curante Beniamino Weiske. Lipsiae* 1809. Ibi enim refutantur nonnulli Rhetoricae Artis contemptores, inter quos Epicureos esse recensendos nemo negaverit, et quibus τεχνικα παραγγελματα nihil ad sublimitatem orationis obtinendam prodesse videbantur; siquidem γεννατai τα μεγαλοφυη, και ου διδακτα παραγινεται · και μια τεχνη προς αυτα, το πεφυκεναι · *sublimis oratio ingenio tribuenda est, non vero disciplinae : atque una est Ars sublimitatis, natura ad eam comparari.* Cap. II.

Lin. 5. et seqq. Ου γαρ. κ. λ. Periodo huic, sive potius eius membro restituendo facem praetulit Longinus, qui haec fuse docet. *l. c.* Potius autem adhibenda est, ut sensus et argumentatio Auctoris magis elucescat, gravis illa Tullii sententia : *saepius ad laudem atque virtutem naturam sine doctrina, quam sine natura valuisse doctrinam. Pro Arch.* n. 15. Ad rem facit et illud : *sic igitur sentio, inquit Crassus, naturam primum, atque ingenium ad dicendum vim adferre maximam etc. Id. De Orat.* L. I. n. 113. Vide etiam Quintilianum *Instit. Orat.* Prooem. Quod si praecepta, et quidem Sophistarum, per se Oratorem possent efficere, ut ii dictitabant; iam falsum esset illud : *nihil in hominum genere rarius perfectò oratore inveniri potest. Cic. De Orat.* L. I. n. 127.

Lin. 14. et seqq. ου δυνανται κ. λ. Putamus hoc loco, quem hariolando restituimus, Philodemum sententiam modo enunciatam amplificasse. Videtur enim Sophistis obiicere, quod nequeant discipulos suos invita, ut aiunt, Minerva ad oratoriam laudem sibi comparandam idoneos efficere. Enimvero *quod homini naturaliter insitum est, eo uti decet. Cic. De Senect.* n. 27. Nimirum saepe quispiam *non eruditus, sed tamen aptus ad dicendum est. Id. I. Tuscul. n. 5.*; atque *a magistris parum institutus, naturam habet admirabilem ad dicendum.* Id. *De Claris Orat.* n. 279. Iure autem idem dicendum esse de caeteris disciplinis subiicit Noster Auctor; nisi enim ingenium cuique faveat, nihil mirabile et praeclarum a solis praeceptis excudi poterit : sed *quum ad naturam eximiam atque illustrem adcesserit ratio quaedam conformatioque doctrinae, tum illud nescio quid praeclarum et singulare existere solet.* Id. *pro Arch.* n. 15.

Lin. 17. Ημειν pro ημιν scriptum reperimus etiam in Codd. MSS. uti testatur Sturzius *De Dial. Mac.* et *Alex.* p. 120. *Lips.* 1808. Caeterum Amanuensis potius incuria, quam Auctoris dialecto diphthongum pro simplici littera adhibitam fuisse putamus.

Lin. 24. et seqq. της οχλικης θυελλης. Ex Homero loquutionem hausisse Noster videtur. *Iliad.* XVI. 39. Miror propterea Lexicographos nullam huius metaphorae mentionem fecisse. Certe quidem Latinis *civiles procellae*, et *seditionum procellae* passim memorantur. *Nep. in Attic.* Cap. X. *Cic. pro Dom.* cap. 53. Quod autem ingenia, quae *secessum* non habent, quaeque *fera iactantur hieme*, miris operibus elaborandis apta non sint; calamitosis nos ipsi elapsis temporibus adeo experientia didicimus, ut veterum testimonia non requiramus.



ΛΕΓΟΜΕΝ ΗΤΟΙϹΠΕ
ΡΙΑΛΛΟΝΔΕ
ΤΩΝΟϹΘΙ
ΟΥΤΩ ΔΙΕΛ
ΔΗΚΑΙ ΠΡ
ΙΤΕ
ΤΩϹ
ΑΦ
ΙΤΟ
ΥΠΑΡ Θ
ΕΝΤ ΡΗ
ΤΟΡΙΚΗϹΘΑΥ ΖΩΔΙΟΤΙ
ΕΓΚΑΛΙ ΕΤ
Ρ ΤΗϹΡΗΤΟΡ ΚΑ
Τ Ν ΓΕΠΡΟΧ ΕΞΙ
ΑΝΕΙΝΑΙΔΙΑ ΕΙΝ
ΤΡΑ ΔΙΕΥΛΑ ΕΝΟΝ
ΓΕΙΝ ΚΑΙΤΟ ΑΥΤΑϹΑΜ
ΒΟΛΙΑϹΓΕΛΕΙΝΜ Τ
ΔΙΚΩΝΚΑΙΤΩΝΑ
ΜΕΝΠΡΟΗΓΟΥΜΕ
ΝΑΙΤΟΥϹΔΕΠΑΚΟ
ΤΑϹϹΥΝΔΕϹΜΟΥ
ΔΙΔΟΝΑΙΚΑΘΑΠΕΡΕΓΩ
ΜΕΝΤΟΥΤΩΝΠΟΛΛΑΚΑ
ΓΑΘΑΠΕΠΟΙΗΚΑΥΤΟϹΜΟ

COL. III

Carlo Oraty dis. *Gio. B. Casanova inc.*

COLUMNA III.

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
Ου γαρ εν τωδ' εργω Ρ῾η-
τορικης θαυμαζω · Διοτι
και εγκαλησω ὁλως εξωτε-
ρον της Ρ῾ητορικης, και κατα
την γε προχειρον ευεξι-
αν ἐιναι, διαφευγειν τ' αμε-
τρα, διευλαβουμενον τε λε-
γειν, και τοιαυτας αμφι-
βολιας ἑλειν. Μετα δ' εν-
δικων, και των αρειων τα
μεν προηγουμενα προθει-
ναι, τους δ' επακολουθουν-
τας συνδεσμους επι-
διδοναι (καθαπερ εγω
μεν τουτων πολλα κα-
γαθα πεποιηκ' αυτος μον-

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .


CAP. II. Obiectioni respondet.

Neque enim in re ista Rhetoricae opus admiror. Quamobrem et contendam esse omnino extra Rhetoricam, et secundum obvium habitum bonum, quod caveantur abnormia, et quispiam caute dicat, et huiusmodi ambiguitates tollat. Deinde vero quod iusta et consentanea ita dicantur, ut praecedentia quidem praeponantur, consequentia vero, quae cum illis connectenda sunt, subiungantur (quemadmodum ego horum multa, eaque bona elucubravi, ipse *per me sine Rhetorica* effingens);

ADNOTATIONES.

Lin. 11. et seqq. *Ου γαρ κ. λ.* Fortasse in praecedente lacuna sibi obiecerat, seu praeoccupando Adversarii argumentum dixerat Philodemus, nonnullos Sophistarum discipulos per Rhetoricae praecepta παραλλαγην, *mutationem* quandam fuisse adsequutos, ut e naturali dicendi ruditate ad eloquentiam adquirendam pervenerint, aut saltem id obtinuerint, ut *abnormia*, et *praepostera* orationibus suis non admiscerent. Respondet itaque totum hoc bonum esse naturae, non Artis esse effectum: cuiusmodi utique illa est responsio Empirici: ενδεχεται δε γε ἱκανως και κατα τροπον ῥητορευειν μη μετασχοντα Ῥητορικης, ὡς και περι Δημαδου παρειληφαμεν· κωπηλατης γαρ ων, ὁμολογειται αριστος γεγονεναι Ῥητωρ, και συν τουτῳ αλλοι παμπληθεις.. εν τῳ καθ' ἡμας βιῳ πολλους παρεστιν ὁραν λεγοντας μεν ευφυως επι δικαστηριων, και εν εκκλησιαις· τα δε τεχνικα της Ῥητορικης παραγγελματα μη γινωσκοντας. *Contingit autem aliquem, qui ne a limine quidem Rhetoricam salutavit, satis bene et concinne dicere; uti de Demade adcepimus: quum enim remex fuisset, optimum mox extitisse Rhetorem constat, idque aliis plurimis contigit.... Nostra autem aetate multos videre licet, qui eleganter in iudiciis, et civilibus concionibus dicunt, Rhetoricae autem praecepta nunquam didicerunt. Adv. Rhet.* p. 291 et *seq. Lips.* 1718. Eadem ferme de Demade habent Plutarchus *Vit. Demosth.* p. 848. *Francof.* 1599. Suidas *h. c.* et Quintil. *Instit.* L. II. cap. 17. Demadi addendi sunt Pericles, ac Themistocles, de quibus legitur: ὁ Περικλης, και ὁ Θεμιστοκλης Ῥητορικης χαρισιν εκοσμουν τον λογον, και λογοειδως αφηγουντο τα της Πολιτειας, μηπω της Ῥητορικης τεχνηθεισης. *Pericles, ac Themistocles per Rhetoricae veneres orationem suam exornarunt, et bene concionando Remp. administrarunt, quum Arti Rhetoricae nunquam operam dedissent.* Anon. *ad Arist. Rhet.* p. 15. Quibus adcensendos esse Hegemonem Pytheum, atque Aristogitonem tradit Syrianus *ad Herm.* p. 16. Hos igitur prae oculis habere videtur Noster, quum in laudabili alicuius oratione *Rhetoricae opus minime admiratur.*

Lin. 24. et *seq.* καθαπερ εγω κ. λ. Suo exemplo propositum argumentum confirmat Auctor, quippe qui pertinebat ad Sectam Epicureorum, quibus *minus notum est, quemadmodum quidque dicatur. Cic. De Nat. Deor.* L. II. n. 73. Sed tamen disertissimus fuit inter Epicureos, ut alibi diximus, *Praef. ad* Vol. I. p. 2. et *Praef. ad* Vol. IV. p. III. Quin immo nobis plura eius Opera explicantibus persuasum est, de ipso etiam adfirmandum esse, quod de Epicuro Tullius fatetur: *Oratio legentem non offendit; nam et complectitur verbis quod vult, et dicit plane quod intelligam. Cic. De Fin.* L. I. n. 15. Quum itaque sine Rhetoricae adminiculis ad tantam perspicue loquendi ac disputandi facilitatem pervenerit, non thrasonianae iactantiae tribuimus, quod eam laudem, quae heic legitur, sibi adrogaverit.



COL. IV

Carlo Oratij dis. Gio. B. Casanova inc.

COLUMNA IV.

φαζων) ουτε χρησιμον , ουτε
βουλητον. Αλλα δη και την
παραλλαγην ταυτην ου-
κ εκ των Σοφιστικων τε-
χνων τινες εποιησαντο , τας δε τεχνας
ταυτας οἱ διαπονη-
σαντες ακουονται κατα-
γελασιμοι · εν τοις λογοις δε πλει-
στοι . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . μη-
δε μαθοντας επιτηδευ-
σαι τας αγωνιας , η Διατρι-
βας , και μαλλον αν πεπαι-
δευμενως δια λεγεσθαι
τισιν , η απαιδευτως · διο
και νυν τουτους μαλιστα των
λοιπων ορθοεπειν , και το
λεγειν εικη διαφευγειν ·
καν προπεση τις αυτων , και
ταχιστα διωρθωται , και τινι

neque utile , neque optatum *est docere*. Quin immo hanc mutationem non per Sophistica artificia quidam adsequuti sunt : ii vero , qui hisce artificiis operam dederunt, audiuntur deridiculi : in sermonibus autem plurimi , *ubi eloqui oporteret , omnino obmutescunt*. .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .


CAP. III. Ab experientia desumit argumentum.

¶ *vidimus eos*, qui ne didicerunt quidem operam navare contentionibus , vel Exercitationibus Sophistarum , utique et scite potius , quam inscite cum aliquibus disputare ; ideoque hos nunc etiam melius caeteris recte loqui, et vitium temere dicendi effugere : ac si eorum quispiam *in errorem* prolapsus fuerit , et citissime emendatus est , et alicui *Sophistae*

Lin. 5. et seqq. *τινες εποιησαντο κ. λ.* Quae Orthographus, sive potius ipse Amanuensis (siquidem eiusdem manus videntur esse characteres) suos emendans errores, superposuit, nos ita refinximus, ut Sophistis duo improperentur. Alterum est, quod eorum discipuli perorantes deriderentur, quia fuco quodam, et inepta adfectatione concinnarent orationem; uti iis, qui tropis et schematis plus nimio dictionem exornant, accidere consuevit. Alterum vero, quod eorum tyrones e Schola ad forum deducti, animo deiecti verba facere non auderent. Nimirum hanc esse Philodemi mentem heic, ut legere potuimus, expressam Sexti Empirici auctoritate comprobamus; ad primum enim quod adtinet, inquit: *καν τις ἑλοιτο την τοιαυτην φρασιν, πρωτον μεν δια το μη πιπτειν αυτην εις την κοινην του βιου χρησιν (ουδεις γαρ ἡμων οὑτω διαλεγεται, ὡς οἱ Ῥητορες επι των δικαστηριων) επικαταγελασθησεται.* *Si quis huiusmodi Rhetorum dictionem elegerit; primum quidem quia in communem vitae usum non cadit (nemo enim nostrum sic loquitur, ut Rhetores in foro) irridebitur. Adv. Rhet.* p. 300. Et mox ὁ Ῥητορικος λογος .... περιεργος καθεστηκε· προσκοπτουσι δε οἱ πολλοι τῃ του λογου περιεργιᾳ. *Rhetorum oratio ... adfectata est: sermonis autem adfectatione multi offenduntur.* p. 303. *Lips.* 1718. Ad alterum vero quod spectat, sibi consentaneus est Philodemus, qui ferme eadem adfirmat in Libro *De Rhetorica* Col. VII.: ubi in Adnotationibus illud Luciani adduximus: αφωνοτεροι Σοφιστων. *Iov. Trag.* C. XIV. T. II. p. 656. *Amst.* 1743. Adde Empiricum adserentem, ὁτι ὁ συμπας οιδε βιος, *testatissima probat experientia* factum illud: οἱ σοφιστευοντες ... ιχθυων αφωνοτεροι επι της γης ὑπαιθρου θεωρουνται, *qui Sophisticam Artem didicerunt, ubi in fori subdialem aream veniunt, magis muti, quam pisces, cernuntur.* p. 291. Seneca idem docet hisce verbis: *agedum produc istos declamatores e Schola in forum, quum loco mutabuntur, sub dio stare non poterunt. Controv.* L. II. Vide etiam Quintil. *Instit.* L. II. cap. 10.

Lin. 19. et seq. αγωνιας, η Διατριβας. Supplementi rationem exhibet ipse Philodemus, qui de Sophistis haec commemorat: ουθεν γαρ, οιμαι, αυτοις συντελειται προς το πραγμα, αλλ' ἡ Διατριβη, και αγωνια· Διατριβη μεν κ. λ. *Nihil enim, arbitror, ab ipsis ad rem conficitur, sed* abundat *Exercitatio, et animi contentio. Exercitatio quidem etc. De Rhet.* Col. V. p. 17. *et seqq.* Vol. IV. p. II. Vide, quae ibi adnotavimus.

Lin. 20. et seq. πεπαιδευμενως διαλεγεσθαι κ. λ. Ut haec ita legamus, suadet παραλληλος eiusdem Auctoris sermo alibi a nobis explanatus, qui ita se habet: τα δε Ῥητορικα πολλοι μαθοντες αδυνατουσιν δικας λεγειν, και δημηγορειν, και πλειους γε των δυναμενων· πολλοι δε των μη μαθοντων δυνανται, και πολλῳ γε πλειους των μαθοντων εισιν. *Multi autem, quum res Rhetoricas didicerint, non valent caussas orare, et ad populum concionem habere; et hi quidem plures sunt illis, qui valent: multi vero, qui non didicerunt, valent; et hi quidem sunt multo plures illis, qui didicerunt. De Rhet.* Col. III. p. 25. Vol. IV. P. II.



Carlo Oratj dis. e inc.

COLUMNA V.

χαριν ουκ αποδεδωκεν, και τον καλουμενον ορμαθον αφελκομενος πως Αθηναθεν, ετι δ' εν τοις Πρυτανεσιν, εν ταις διαφοραις πολεσιν διεσωσεν . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . . των πολλων μη μονον προ αυτης αμαθητων, και ανεπιστημονων, αλλα και φιλοσοφων, και των κατ' αλλας μαθησεις, και διανοησεις υπερθαυμασιων και προ ηλικιας Αντιφωντος, και παντος απλως τεχνογραφου διαπεφευγοτων ου μονον τας ουτω προχειρους εν ταις ερμηνειαις ατοπιας, αλλα σχεδον και πασας. Και δη γαρ ουδ' επετρεψ εν τινι βοηθειν εαυτω λεγοντι την κοινως κεκλημενην Ῥητορικην απολυεσθαι αυτων

gratias minime retulit; atque eam dicendi rationem, quae ordo vocatur, abductus Athenis, ubi etiam unus e Prytanibus fuerat, in variis civitatibus servavit . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

CAP. IV. Notatur Adversarii temeritas.

Probatur praeterea Rhetorica non esse necessaria, quum plerique ante ipsam inventam non modo ex indoctis ignarisque, sed etiam ex philosophis, et iis, qui in aliis scientiis, ac speculationibus admodum admirabiles fuerunt, ante aetatem Antiphontis, et cuiusvis omnino Scriptoris huius Artis, devitarint non solum eas, quae in eloquutione tam facile occurrunt, sed et fere omnes absurditates. Et nimirum *noster Adversarius* nemini suam defensionem commisit; dum dictitat Artem vulgo dictam Rhetoricam ab ipsis *absurditatibus* sese liberare;


ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seq. τον καλουμενον ὁρμαθον κ. λ. Tantisper expendamus haec verba. Ὁρμαθος, στιχος, ηγουν το συστημα· απο του εν αυτοις ἁρμοττεσθαι. *Etym. Magnum h. v. Lips. 1816.* Ὁρμαθος; χορος, στιχος, φωλεος. *Hesych. h. v.* ibique in *Adnot.* additur ab Alberto Ὁρμάθος, το πληθος, ἡ ταξις. *Lugd. Bat.* 1766. Ex huiusmodi autem expositionibus satis intelligimus ὁρμαθον referri posse ad orationis rite concinnatae *ordinem*, quem Sophistae discipulis se demonstraturos spondebant, quemque Noster adfirmat natura duce plures sequutos esse, atque ex Athenis in suas civitates deduxisse. Hanc igitur novam του ὁρμαθου significationem Lexicis inserendam puto.

Lin. 4. εν τοις Πρυτανεσιν. Quum quingentorum Senatui tota negotiorum in Rep. gerendorum cura ex Solonis instituto conlata fuisset; par aequumque fuit, ut ex omnibus Tribubus et Provinciis viri optimae fidei atque existimationis huic Concilio adcenserentur. Quumque Prytanes ex ipso coetu eligerentur, ut suo quisque tempore praeesset; ii quoque ad varias civitates pertinebant, ad quas magistratu perfuncti redire solebant. Vide Potter. *Archaeol. Graec.* Lib. I. cap. 18. Hos igitur ad sua revertentes Athenis, atque eloquutione rite ordinata praestantes, quum ad Rhetorum scholas numquam adcessissent, indicat Philodemus, ut Artis necessitatem neget.

Lin. 15. ὑπερθαυμασιων. Quemadmodum απο του θαυμαζειν derivatur θαυμαστος, ac θαυμασιος, ita απο του ὑπερθαυμαζειν effingi potuit non modo ὑπερθαυμαστος (quod verbum in aliis Scriptoribus reperitur), sed etiam ὑπερθαυμασιος, tametsi Lexicographi nostram coniecturam minime confirment. Certe quidem spatium, litterulae superstites, et sensus nobis favere videntur.

Lin. 16. et seq. και προ ἡλικιας Αντιφωντος. De Antiphonte egimus in Vol. IV. P. II. p. 48. Eius *aetas*, ut Harlesius probat, incoepit Olymp. LXXV. 1. vel 2. Vide *Bibl. Graec.* Lib. II. Cap. 26. et Spaan Diss. *De Antiphonte* in Reiskii *Orat. Graec.* Vol. II. p. 798. et seqq. Is autem *et orationem primus omnium scripsit, et nihilominus Artem ipse composuit.* Quintil. *Instit.* Lib. III. cap. 1. Photius idem adfirmat: πρωτον δε αυτον και Ῥητορικας συνταξασθαι φασι τεχνας, αγχινουν γεγονοτα. *Bibl.* Cod. CCLIX. Praeiverat Plutarchus inquiens: πρωτος και Ῥητορικης Τεχνης εξηνεγκεν. *De decem Rhetor.* T. II. p. 832. *Francof.* 1599. Adde Philostratum *Imag.* Lib. I. cap. 15. Patet itaque, quomodo Philodemus inutilem probare conetur Artem Rhetoricam; siquidem ante eius inventionem plurimi oratores egregii floruerunt. Porro neque αυτογραφω, neque sensui consentaneae sunt Spengelii p. 49. coniecturae de Epicuri nomine heic legendo, ac de quibusdam Columnis deperditis inter hanc et sequentem, uti et inter alias, quas omnes recte cohaerere monstrabimus.



ΤΟΝΦΟΙΝΕΙΚΑΔΙΔΑϹΚΑ
ΛΟΝ ΧΙΛΛΕΙϹΥΝΑΠΤΕ
ΘΑΙ ΗϹΙΝ ΟΜΗΡΟϹ ΟΥΔΕΤΗΝ
ΦΥϹ ΚΑΙΠΕΡΙΛΟΓΟΝ ΑΡΕΤΗΝ
ΚΑΤ ΞΟΧΗΝ ΙΔΙΩϹ ΑΝ
ΑΓΟΡ ΥΘΗϹΕϹ ΑΙ ΡΗΤΟΡΙΚ
ΔΕ ΤΙϹ ΒΟΥΛΕ ΙΚΑΙΠ
ΗΓΟ ΕΥϹΘΑΙ ΔΙ ΗΔΗΝ ΓΑΡ
ΕΙΡΗΚΕΝ ΠΡΟ ΤΩΝ ΡΗΤΟΡΙ
ΜΗΔ
ΔΙΑΤΡΙΒΩΝ Ε ΒΛΕΦΘΑΙ Τ
ΠΛΗΝ ΜΕΛΗΜΑΤΩΝ ΤΟΥ
ΤΩΝ ΟΥΔ ΟΥΤΩϹ ΜΕΝ ΟΥ
ΕΙΠΕΝ ΑΛΛΑ Π ΡΙ ΙϹΧΥ
ΙΤΑϹ ΡΗΤΟΡΙΚΑϹ ΔΙΑΤ
ΒΑ ΕΜΗ ΕΠΕΡΙΚΛΕ
ϹΤΕΦΑΝΟΥ ΘΟΥΚΥΔΙ
ΔΗΝ ΜΗΔΕ ΤΟΝ ΟΛΟ ΟΥ ΤΗΝ
ΤΡ ΧΕΙΡΟΝ ΕΚΠΕΦ ΕΥ
ΑΙ — ΚΑ ΧΕ ΞΙΑΝ ΤΗϹ ΕΡ
ΜΗΝΕΙΑϹ ΑΛΛΑ Μ ΕΠΙΤΕ
ΘΕΩΡΗΚΕΝΑΙ ΤΑΧΑ ΓΑΡ Ε
ΤΗ ΤΟΥΤΩΝ ΚΑΤΗΡΧΘΑΙ
ΕΡΕΙ ΤΑϹ ΔΙΑΤΡΙΒΑϹ ΙΕ
ΕΝΑΙ ΔΕ ΟΥΔΕΙϹ ΜΗ ΤΕ
ΝΑΙϹΧΥΝΤΩΝ ΚΑΙ

COL. VI.

Carlo Oratij dis. *Bart. Oratij inc.*

COLUMNA VI.

ει και τον Φοινικα διδασκαλον Αχιλλει συναπεργαζεσθαι φησιν Ο῾μηρος· ουδε την φυσιν, και περι λογον αρετην κατ' εξοχην ιδιως αν προσαγορευθησεσθαι Ρ῾ητορικην, ουδε τις βουλεται και προσηγορευσθαι· διαρρηδην γαρ ειρηκεν προ τῶν Ρ῾ητορικων Διατριβων μηδεν βεβλεφθαι των πλημμεληματων τουτων. Ουδ' οὑτως μεν ουν ειπεν, αλλα περιξ ισχυκεναι τας Ρ῾ητορικας Διατριβας· ωστε μηδε Περικλεα, μηδε τον Στεφανου Θουκυδιδην, μηδε τον Ολορου την γε προχειρον εκπεφευγεναι κακεξιαν της ερμηνειας, αλλα μηδ' επιτεθεωρηκεναι. Ταχα γαρ ετη τουτων κατηρχθαι τις ερει τας Διατριβας· ισχυκεναι δε ουδεις μητε των αναισχυντων. Και

tametsi Phoenicem magistrum Achilli fuisse cooperatum dicat Homerus: neque putat naturalem eloquentiam, et dicendi vim antonomastice adpellandam esse proprie Rhetoricam; neque ita fuisse dictam quispiam censet; plane enim adfirmavit ante Rhetoricas Exercitationes nullum horum errorum prodiisse. Itaque neque ipse eam adpellationem probavit, sed dixit undique Rhetoricas Exercitationes invaluisse; neque Periclem, et utrumque Thucydidem, alterum scilicet Stephani, et alterum Olori filium obvia eloquutionis vitia effugisse, immo neque ea intellexisse. Fortasse enim horum aetate Exercitationes incepisse quispiam dixerit; invaluisse autem ne impudentissimus quivis adseruerit.

ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seq. συναπεργαζεσθαι. Verbum hoc supplevimus ex Aristotele, qui de Phoenice adhibet το απεργαζεσθαι. *De Rep.* Lib. IX. et in *Poëtic.* scribit. τη λεξει συναπεργαζεσθαι. Locum vero Iliadis, quem prae caeteris indicare videtur Philodemus, hic est:

.... Σοι δε μ' επεμπε γερων Ἱππηλατα Πηλευς
Ἠματι τω, οτε σ' εκ Φθιης Αγαμεμνονι πεμπε
Νηπιον, ουπω ειδοθ' ὁμοιΐου πολεμοιο,
Ουδ' αγορεων, ἱνα τ' ανδρες αριπρεπεες τελεθουσι.
Τοὐνεκα με προεηκε διδασκεμεναι ταδε παντα,
Μυθων τε ῥητηρ' εμεναι, πρηκτηρα τε εργων.
.... *Tecum vero, o Achilles, me misit senex equorum agitator Peleus*
Die illo, quando te ex Phthia Agamemnoni misit
Puerum, nondum peritum omnibus aeque gravis belli,
Neque concionum, ubi et viri praeclari fiunt:
Propterea me misit, ut docerem te ista omnia,
Verborumque orator ut essem, actorque rerum.


L. IX. *v.* 438. et seqq. Porro Philodemus σκωμματικως Adversarium perstringit, qui nemine suffragante, et sua tantum fretus adrogantia adseruerat *Rhetoricam ab omnibus absurditatibus orationes liberare*; perinde ac in sua adsertione defendenda fortior esset Achille, cui quamvis fortissimo, Peleus tamen Phoenicem addidit adiutorem.

Lin. 11. πληνμεληματων. Liquidae ν et μ facile in pronunciatione confunduntur: propterea ex dictantis ore Scriba perperam sonum excepit, et scribendo erravit. Auctor vero Adversarium taxat, quod *errorem*, seu *piaculum* censeat *adpellari Rhetoricam* vim dicendi a natura, non ab Arte comparatam: re vera ante Artem ipsam inventam nemo fortasse nomen illud eo sensu usurpaverat, quo postea passim usurparunt.

Lin. 15. μηδε Περικλεα κ. λ. Quod in Pericle, ac Thucydide καχεξιαν ἑρμηνειας notarint Rhetoricae Artis studiosi, discimus etiam ab Halicarnassensi. Is enim in Pericle quaedam taxat, sed plura in Thucydide. *De Thucydidis Hist. Iud.* Cap. XXVIII. et seq. XLIII. et seqq. (Vide Cic. *Orat.* XXX.). Quin etiam de hoc, εν πολλοις, inquit, εξηλλαξε την ἑρμηνειαν εις ογκον ἁμα, και κοσμον ονοματων αηθεστερον, *in plurimis eloquutionem in tumorem, et ornatum nominum insolentem commutavit. De Lys. Iud.* Cap. III. Item in Periclis scriptis Quintilianus *non reperit quidquam tanta eloquentiae fama dignum. Inst.* L. III. c. 1. Quod et indicat Lucianus in *Demosth. Encom.* Cap. XX. T. III. pag. 506. *ed. Reitz.*

Lin. 16. et seq. Τον Στεφανου Θουκυδιδην. Quatuor hoc nomine celebres viros recenset Marcellinus *in Hermog.* p. XIV. atque *Schol. Arist. ad Ach.* v. 703. et *ad Vesp.* v. 941. aliique post eos: sed nemo hactenus hunc Stephani filium memoravit. Ex Philodemo itaque eum et Oratorem et Periclis coaevum fuisse discimus. Quod ad me, autumo ipsum esse, cuius eloquentiam laudat Tullius in *Brut.* cap. XI. quemque Periclis adversarium adpellat Plutarchus in *Nic.* p. 524. et in *Pericle* p. 158. *Franc.* 1559. At vero eumdem Curia quidem Alopecensem, Milesiae autem filium fuisse omnes narrant, ut videre est apud Fabricium, L. II. c. 25. et 26. Sed nisi errasse Philodemum censeamus, ex Platone rem explanabimus. Is enim Thucydidi duos filios tribuit optime institutos Melesiam, et Stephanum in *Menone* II. p. 94. *ed. Paris.*; porro Melesiae filium commemorat Thucydidem in *Theag.* p. 130.; denique eumdem dicit παππου εχοντα ονομα Θουκυδιδην, *avi habentem nomen Thucydidem.* II. p. 179. Ipse itaque est, qui Θουκιδιδης ὁ Μιλησιου, vel potius Μελησιου, amplissima commendatione dicitur a Plutarcho in *Nic.* p. 524., et plane distinguitur ab altero, qui Θουκυδιδης ὁ αλωπεκηθεν adpellatur in *Pericle* p. 158. Caeterum ab Athenaeo memoratur γραμματευς Στεφανος Θουκυδιδου. *Dipn.* L. VI. p. 234 *Lugd.* 1667: sed si huic Stephano filium tribueremus, cui avi nomen, ut Melesias fecit, imposuisset pater; ad aetatem multo posteriorem ea, de qua disserit Philodemus, descendendum, atque inter Rhetoras nomen hactenus omnino ignotum temere adscribendum esset. Haec fortasse id explanant, quod se *non intelligere* fatetur Spengelius p. 51.

Lin. 25. των αναισχυντων. Non immerito Philodemus *impudentissimum* eum vocat, qui audeat adserere Sophisticas exercitationes Periclis ac Thucydidarum aetate invaluisse, quum vix incepisse tunc temporis potuerint. Antiphon enim, qui earum auctor habetur, Olympiade LXXV 1 vel 2, ut modo diximus, natus est: Pericles vero circa Olympiadem LXVII 4. Vide Clinton *Fast. Hellenic.* pag. 66 *Lipsiae* 1830. Porro Thucydides Olori filius Olympiade LXXVII 2 natus est: atque ad eamdem ferme aetatem alter quoque pertinet Thucydides. Vide Fabricium *Biblioth. Graec.* Lib. II. cap. 25. Inventae itaque ea tempestate censentur Sophistarum Exercitationes; sed celebritatem illam, ac diffusionem, quam per posteriora saecula obtinuerunt, ab ipsis incunabulis usurpare nequiverant; adeoque eas *invaluisse* recte negat Philodemus. Ita verborum *Monstrum* Londini editum, humanae redditum formae videbit Spengelius. V. p. 51.


ΤΟΙΔΙΑΦΕΡΟΥCΙΝΟΥ ... ΚΑΙ
ΜΕΤΑΤΗΝΙCΧΥΝΤ ... ΝΔΙΑ
ΤΡΙΒΩΝΑΝΙCΤΟΡΗΤΟΙΓΕΓΟ
ΝΟΤΕCΑΠΑCΗCΤΩ ... ΤΟΥ
ΠΑΡΕΛΘΕΙΝΑΥΤΑ ... Κ ... ΤΙC
ΚΥCΑΙΔΙΑΛΕΧΘΕΝΤΩ ... ΛΛΟΥ
ΕΝΗΤΤΟΝ ... ΩΝΤΑΙΦΑΝΕ
ΩCΟΙΜΕΝΟ ... ΧΗΤΤΟΝΑΓΝΕΥ
... CΕΝΛΕΞΕΙΤΩΝΑΚΡΩC
ΙΑΤΡΙΒΙΚΩΝΟΙΔΕΜΑΛΛΟΝ
ΙΑΡΙΘΜΗΤΟ ... ΕΤΗCΟΥΤΩ
ΡΟΝΕΙΡΟΥΚΑΛΕ ... Ο
... ΡΕΙΠΕΙΝΟΤΙΤΟΝΤΡΟ
ΤΟΥΤΟΝ ΟΝΔΙΑΤΩΝ
ΡΑΔΕΙΓΜΑΤΩΝΟΥ ΤΟC
ΥΠΕΔΕΙΞΕΝ ... ΚΑΠΑΝΕΥC
ΚΑΙΜΑΘΩΝΜΟΝΟCΛΑΛΕΙ
ΔΟΚΩΔΕΜΗΔΑΓΥΜΝΑC
ΤΩΝΜΟΝΟΝΕΝΛΟΓΟΙCΤΑΥ
ΤΑCΕΙΝΑΙΤΑCΚΑΛΕΞΙΑC
ΑΛΛΑΚΑΙΤΟΝΚΟΙΝΟΝΛΕΓΟ
ΜΕΝΟΝΟΥΝ ΟΥΠΡΟCΦΕΡΟ
ΜΕΝΩΝΝΩCΤΕΚΙΝΔΥΝΕΥ
ΕΙΝΗΜΑCΚΑΤΑΤΟΝΛΟΓΟΝ
ΚΑΙΤΟΥΤΟΠΕΡΙΠΟΙΕΙCΘΑΙ
ΠΑΡΑΤΗCΙCΧΥΟCΤΩΝΡΗ

COL. VII

Carlo Oratj dis. *Gio. B. Casanova inc.*

COLUMNA VII.

τοι διαφερουσιν ουδεν και
μετα την ισχυν των Δια-
τριβων, ανιστορητοι γεγο-
νοτες ἁπασης, των δια του
παρελθειν αυτας, και κατισ-
χυσαι διαλεχθεντων · αλλ᾽ ου-
θεν ἡττον ὁρωνται φανε-
ρως οἱ μεν ουχ ἡττον αγνευ-
οντες εν λεξει των ακρως
διατριβικων, οἱ δε μαλλον
εναριθμητοι γε της οὑτω
προχειρου καχεξιας. Τολ-
μω γαρ ειπειν, ὁτι τον τρο-
πον τουτον, ὁν δια των
παραδειγματων οὑτος
ὑπεδειξεν, ὡς Καπανευς,
και μαθων μονος λαλει.
Δοκωδε μηδ᾽ αγυμναστ-
των μονον εν λογοις ταυ-
τας ειναι τας καχεξιας,
αλλα και τον κοινον λεγο-
μενον νουν ου προσφερο-
μενων · ὡστε κινδυνευ-
ειν ἡμας κατα τον λογον
και τουτο περιποιεισθαι
παρα της ισχυος των Ρ῾η-

CAP. V.

Nullam esse Exercitationum Rhetoricarum utilitatem probat.

¶ Verum etiam post invalescentem Exercitationum usum, nihil differunt ii, qui eum nunquam habuerunt, ab aliis, qui in ipsis *Exercitationibus* versati et valentes habendis orationibus incubuerunt: sed nihilominus cernuntur manifeste illi quidem puram dictionem non minus sectari, quam Exercitationum summopere studiosi; isti autem potius loquutionis vitiis, quae adeo obvia sunt, implicari. Audeo enim adserere, hoc modo *vitioso*, quem iste *Adversarius* per exempla demonstrat Capanei iactantiam imitatus, etiam solum illum loqui, qui Artem didicit. Censeo autem huiusmodi vitia loquutionis non esse solummodo hominum, qui in Arte Rhetorica minime se exercuerunt, sed etiam eorum, qui non adferunt illum, qui communis sensus nuncupatur: ita ut nos periclitemur in dicendo etiam hanc rem adquirere ab efficacia Rhetoricarum

ADNOTATIONES.

Lin. 5. ανιστορητοι. Quandoquidem αἵστωρ Suidae aliisque est απειρος, αμαθης · atque interdum eodem sensu ανιστωρ occurrit; temeritatis nota inurendi non videmur, si camdem significationem, a Lexicis recedentes, τῳ ανιστορητῳ adfiximus.


Lin. 4. et seqq. δια του παρελθειν κ. λ. Haec verba, quae nos ad *viros in Exercitationibus Rhetoricis versatos et valentes* referenda duximus, possunt etiam ad ipsas Exercitationes perinde detorqueri, quasi dicat: *ab aliis viris, qui quum progressae essent, et invaluissent Rhetoricae Exercitationes, habendis orationibus incubuerunt.* Certe quidem Philodemi argumentatio in utraque interpretatione recte stabit.

Lin. 8. et seq. αγνευοντες. Metaphorice heic adhibetur verbum; et quidem huius metaphorae nullam in Lexicis invenies mentionem. Sed tamen αγνος ab *Etym. Magno*, Ζοναρα, aliisque vertitur καθαρος *purus*; atque αγνευειν δηλοι το ἑαυτον καθαρισαι seu ἑαυτον αγνον παρεχειν, *seipsum purum exhibere significat*, ut docet Scholiastes ad Aristoph. *Lys*. v. 1183. Quapropter αγνευοντες recte vocari possunt ii, qui sectantur, ut Tullii verbis utamur, *purum quasi quoddam et candidum genus dicendi. Orat.* n. LIII. ideoque habent *fundamentum Oratoris, loquutionem emendatam. De Claris Orat.* n. CCLVIII.

Lin. 16. ὡς Καπανευς. De Capaneo κομπαζοντι, ac στομαργῳ, *superbiente*, et *iactabundo*, ut ait Aeschylus, eam protulit Eteocles sententiam, cui fortasse Noster adludit:

Των τοι ματαιων ανδρασι Φρονηματων
Ἡ γλωσσ' αληθης γινεται κατηγορος.
Vanarum hominibus cogitationum
Lingua vera est accusatrix. Sept. contra Theb. v. 444 et seq.

In quem locum recte Scholiastes: ἡ γλωσσα εστιν αληθης διδασκαλος των εν ανθρωποις ματάιων Φρονηματων · θεάτριζει γαρ οἷα ἑκαστος Φρονει.....ει μωρος και ὑπερκομπος, μωρα και ὑπηρμενα βοᾳ. *Lingua vere docet vanas hominum cogitationes; prodit enim in lucem ea, quae quisque cogitat....si stultus et superbus est homo, eius stultos et elatos animi sensus palam vociferatur.* Philodemus autem Adversarium suum Capaneo comparat; quod quaedam declamationum exempla, veluti a nullo Artis Sophisticae ignaro superanda, proponeret, ac per ea ita Artis ipsius vim iactaret, ut caeteros contemneret, adversariosque suos omnino expugnandos censeret.



ΤΟΡΙΚΩΝΔΙΑΤΡΙΒΩΝΔΙΟΤ.. Η
ΚΕΤΙΘΑΥΜΑΖΩΜΕΝΤΟ.. Ο
ΝΑΣΤΑ.. ΑΣΘΑΙ ΤΟΠΕΠΑΙΔΕΥ
ΜΕΝΩΣΔΙΑΛΕΓΕΣΘΑΙΤΙΣΙΝ
ΗΑΠΑΙΔΕΥΤΩΣΟΚΑΙΑΥΤΟ..
ΘΕΙΝΑΙΤΕΤΟΛΜΗΚΕΝΩΣ
ΠΕΡΤΩΝΔΙΑΤΡΙΒΩΝΠΑΣΑΣ
ΤΑΣΠΑΙΔΕΙΑΣΔΙΔΑΣΚΟΥΣΩΝ
ΩΝ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΩΝ ΚΑΙ
ΥΣΙΚΩΝΚΑΙΓΕΩΜΕΤΡΙ
ΤΙΓΑΡΔΕΙΦΙΛΟΣΟΦΩ..
Ε ΙΝΤΑΚΑΤΑΤΑΣΙΔΙΑ..
Α ΕΙΣΟΥΠΕΠΑΙΔΕΥΜΕ
Ν.. ..ΛΟΥΝΤΩΝΗΜΥΡΙΩΝ
ΕΝΓΕΓΗΡΑΚΟΤΩΝΤΑΙΣΔΙΑ
ΤΡΙ.. ΣΟΥΚΑΠΕΙΡΩΣΠΑΙ
ΔΕΙΑΣΑΠΑΣΗΣΔΙΑΛΕΓΟ
ΜΕΝΩΝ ΕΙΓΑΡΑΥΤΟΡΗΤΟ
ΡΙΚΩΣΛΑΛΕΙΝΜΟΝΟΝ
ΛΕΙΠΕΠΑΙΔΕΥΜΕΝΩΣ
ΧΡΥΣΟΣΗΝ ΑΜΕΛΕΙΔΕΚΑΙ
ΦΑΙΝΕΤΑΙΤΟΙΟΥΤΟ..Ω..
ΚΑΙΜΑΛΙΣΤΑΤΩΝΛΟΙΠΩΝ
ΟΡΘΟ ΕΠΕΙΝΦΗΣΙΤΟΥΤ..
ΚΑΠΑΣΑΝΕΙΚΑΙΟΤΗΤΑΔΙΑ
ΦΕΥΓΕΙΝΚΑΝΠΡΟΠΕΣΩ..

COL. VIII

Carlo Oraty dis. e inc.

COLUMNA VIII.

τορικων Διατριβων. Διοτι μηκετι θαυμαζωμεν το μονας ταξασθαι το πεπαιδευμενως διαλεγσεθαι τισιν, η απαιδευτως, ὸ και αυτος θειναι τετολμηκεν, ὼσπερ των Διατριβων πασας τας παιδειας διδασκουσων και των Γραμματικων, και Μουσικων, και Γεωμετρικων. Τι γαρ δει Φιλοσοφων ειπειν τα κατα τας ιδιας Αἱρεσεις ου πεπαιδευμενως λαλουντων, η μυριων ενγεγηρακοτων ταις Διατριβαις ουκ απειρως παιδειας ἁπασης διαλεγομενων; Ει γαρ αυτο ῥητορικως λαλειν μονον πελει πεπαιδευμενως, το γε χρυσος ην. Αμελει δε και Φαινεται τοιουτο. Ισως δε και μαλιστα των λοιπων ορθοεπειν Φησι τουτους και πασαν εικαιοτητα διαφευγειν, καν προπεσω-

Exercitationum. Quare ne amplius miremur, quod solae *Exercitationes* statuant aliquos scite, aliquos inscite dicere: quod et ipse *Adversarius* pro certo ponere ausus est; perinde ac si Exercitationes docerent disciplinas universas tum Grammaticorum, tum Musicorum, tum etiam Geometrarum. Quid enim necesse est ea commemorare, quae dicit de Philosophis placita propriae Sectae non scite exponentibus, aut de innumeris, qui, quum Exercitationibus insenuerint, de qualibet doctrina non inscite disserunt? Si enim ipsum rhetorice loqui solum efficiat scite loqui; id utique auri pretium haberet. Atqui falsitas huius rei etiam manifesta est. ¶ Similiter autem *Adversarius* etiam adfirmat hosce *homines Exercitationibus excultos* prae ceteris omnibus recte loqui, et quaslibet inconsideratas dictiones effugere; et si quando inciderint


CAP. VI.

Quantam vim Exercitationibus suis adrogent Sophistae.

ADNOTATIONES.

Lin. 7. et seqq. *των Διατριβων πασας κ. λ.*) Frequentissime Διατριβη *studium*, et *operam*, quae alicui rei impenditur, significat; praecipue si de litteratorum hominum *Exercitationibus* agatur: ita Διατριβην περι λογους dicit Plutarchus *Sympos.* p. 667. *ed. Bip.* et Διατριβην εν λογοις. *Moral.* p. 713. et absolute ασχχολιας, και Διατριβας, *De Fort. Alex.* p. 342. Quin etiam Plato eodem ferme sensu τας εμας Διατριβας, και τους λογους perbelle dixit. *Apol. Socr.* p. 37. Nimirum Suidae. *h. v.* Διατριβη est το επιτηδευμα, ασχολημα, ἡ διαλεξεις φιλοσοφων, immo et ὁ τοπος, εν ω τινες μανθανουσι. Pariter latine *Diatriba* utroque sensu adhibetur apud Gellium *Noct. Att.* L. I. c. 26. L. XVII. c. 20. et L. XVIII. c. 13. Porro Philodemo debetur, quod sciamus hoc verbo, veluti sacro, indicari *Meditationes* illas scholasticas, quibus Sophistae seriis concionibus praeludere solebant, atque ita *exercebatur Rhetorice*, ut ait Quintilianus *Inst. Orat.* Lib. II. cap. 15. Vide Bruckerum *Hist. Philos.* Part. II. Lib. II. cap. 6. sect. I. Itaque huiusmodi *Exercitationibus* adcensendae sunt hae, quae Μελεται Graecis, *declamationes* Latinis dicebantur. Sequiori autem aevo Προγυμνασματα, *Praeexercitationes* a Libanio inscribuntur, quae *Praeexercitamenta et declamationes* a Fred. Morello latine vertuntur in *Praefatione ad Libanium*, quasque Eunapius in *Vita Libanii* generali vocabulo Λογους adpellat. Certe quidem iuverit in Lexicis hanc peculiarem Διατριβης significationem Sophistarum, ac Rhetorum propriam adponere. Iuverit etiam animadvertere *internecinum inter Philosophos et Oratores fuisse odium, utraque parte alteri detrahente*, ac propterea a Critolao, et Clitomacho Philosophis, tum artem ipsam, tum eius *Exercitationes* fuisse damnatas. Vide Brucker. *Hist. Philos.* Par. II. Lib. II cap. 6 sect. 4 et cap. 7 sect. 2.

Lin. 20. et seq. *το γε χρυσος ην.* In hac phrasi interpretanda prae oculis habuimus illud Halicarnassensis: *αυται αἱ λοιδοριαι αἱ προς Αγαμεμνονι, χρυσος ην τω Αγαμεμνονι · id genus convicia in Agamemnonem coniecta, ei veluti aurum proderant. Ars Rhet.* Cap. V. Apud Plutarchum *Vit. Timol.* Cap. XI. similem loquutionem invenimus, quae Philodemi mentem satis prodit.



Carlo Oratj dis. *Bart. Oratj inc.*

C O L U M N A IX.

σιν εν τισιν, ταχιστα διορθουσ-
θαι, συνειθισμενους παρεσ-
κευασθαι, και περι παντος
επεσκεμμενους λεγειν, και
παρα των ειδοτων πεπυσ-
μενους· ὡστε της Ἑλλαδος
οὑτως ηνθηκυιας τοτε
πεπαιδευμενοις, και πο-
ηταις, ἁπαντας ἁπλως ἡτ-
τάσθαι των Σοφιστων ορ-
θοεπεια· το δ' εικη λεγειν
μηδ' ὁλως τινα περιφευ-
γειν αυτων, αλλα μονους
τους διατριβικους (ὡν ει-
καιολογωτερους ἑτερους
ουκ αν τις επιδειξειε) και ἁ-
παντων πολλακις προπι-
πτοντων, μονους εν ολι-
γοις, ειπερ ἀρα και τουτους
εν τοις πρακτοις, και τοις
γεγραμμενοις αστοχασ-
τοις θεωρουμεν· και μο-
νους, ἁ ποιειν εφησεν
ηθισθαι τους, ὑπερ ὡν ἡ-
μεις ειπαμεν, ουδενος
ουδεποτ' επεσκεμμε-


in aliquas, citissime *per se ipsos* emendari, quum adsueverint esse parati, et de quolibet argumento meditati ad disputandum, etiam quando a viris in eo versatis fuerint interrogati: ita ut quum Graecia adeo tunc floruerit viris eruditis, ac poëtis, omnes omnino superati fuerint a Sophistarum recta dicendi ratione: atque ne unus quidem ipsorum virorum effugerit, sed hi soli, qui Exercitationibus operam navarunt, *effugerint* dicere temere (quum re vera alios magis istis temere dicentes haud quispiam monstrare possit); atque dum caeteri saepe *in errores* labuntur, hi soli in paucos *lapsi sint*; si quidem et hos tum de agendis, tum de scriptis rebus difficillimis dicentes observamus; atque ipsi soli ea faciant, quae dixit consuevisse facere viros *celebres*, quos modo nos memoravimus, idque nulla meditatione praemissa:

ADNOTATIONES.

Lin. 14. et seq. εικαιολογωτερους). Vox haec verti solet *Nugator* , *Garritor* a Lexicographis , qui Hesychio innituntur vertenti εικαιολογιαν, ματαιολογιαν: quin etiam hunc Philodemi locum ex Londinensi Apographo adlegant Parisienses. Sed re vera verbum εικαιολογος heic respondet praecedentibus εικαιοτητι, et εικη λεγειν, ac propterea de eo adcipiendum est, qui *temere et inconsulto loquitur*, non de eo, qui *vana* dicit ac *nugatur.* Porro nostra interpretatio adprime indicat αυτοσχεδιαστικους Sophistarum sermones, qui *temere* habebantur; quandoquidem quidquid αυτοσχεδιαστι , seu *nulla meditatione praemissa* dicitur , *temeritatis* notam vix effugere videtur. Vide Alcidam. *De Sophist.* p. 82. et seqq. *Lips.* 1773. et Vales. in Harpocrat. 91. *Lugd. Bat.* 1683. Quod autem *eorum erat iste mos, qui tum Sophistae nominabantur , ut* inquit Cic. *De Fin.* L. II. n. 1., res est notissima.

Lin. 17. et seq. προπιπτοντων. Quemadmodum paullo ante προπεσωσιν interpretati sumus *in errorem labi*, ita heic quoque intelligendum ducimus. Iam vero paucos non esse errores, in quos incidere solebant Sophistae αυτοσχεδιασται, ut ait Xenophon Λ 13. 5. plurimi eorum adversarii comprobarunt, et satis indicat Lucianus in *Fugit.* Cap. XI. Philostratus autem eos hac potissimum de caussa invisos et contemptos esse adfirmat , in Epist. I. Apollonii T. I. p. 303. *Lips.* 1709.

Lin. 20. πρακτοις. Heic Philodemus πρακτα, sèu πρακτικα adpellare videtur illa argumenta, quae ad Politicas Orationes pertinebant , quaeque ardenti ambitione a Sophistis suscipiebantur , ut idem docet a Col. VII. ad XV. Libri περι Ρ῾ητορικης, quem in Vol. IV. edidimus.



Carlo Oratj dis. *Gio. B. Casanova inc.*

COLUMNA X.

νους · τους δε Φιλοσοφους, οὓς ἅπαντες προειληφασιν ασφαλεστατους και σκεπτικωτατους, τουτων τε αμελειν, και μηδε παρα των ειδοτων οἱους τ' ειναι πυνθανεσθαι. Τοι γαρ αυ περι των πολειτικων πραγματων ταυτα λεγειν αυτον ὑπακουσομεν. Πλην ουκ επιτρεπει τα ὑποδειγματα και τας εν τῃ λεξει καχεξιας παρατιθεις, και καταγορευων την διαψευδομενων ορθοεπειαν. Ου μεν αλλα τους ῥητορας ει κατορθουν εν τοις ῥητορικοις ελεγεν, η προς το διαλεκτικον ελεγεν, αυτον ελεγχον ποιουμεν. Ὁ δ' εφη προσδεισθαι της Ῥητορικης η προς τους αλλους πεπαιδευμενους, μαλλον δε και τεχνειτας ἁπλως, οἱ τα τοιαυτα, και πλειω τουτων επι τοις ιδιοις φυλαττεσθαι τυγχα-

Philosophi autem, qui accuratissimi et in speculationibus praestantissimi ab omnibus existimantur, haec negligant; neque a viris in aliquo argumento versatis de ipso interrogari valeant. Itaque rursus de politicis negotiis ipsum haec eadem dicentem audiemus. ¶ Verumtamen *is* non curat documenta, dum vitia loquutionis *illis* adtribuit, et ipsorum rectam dictionem calumniose accusat. Quin etiam Rhetoras si recte se gerere in rebus rhetoricis, vel in dialectica dixerit; eamdem argumentationem conficimus. Is autem dixit insuper necessariam esse Rhetoricam etiam aliis viris doctis, immo et ipsis artificibus omnino, quibus huiusmodi *praecepta rhetorica*, et plura istis servare contingit,

CAP. VII.

Sed falsitatem suam aperte produat.


Lin. 1. Τους δε Φιλοσοφους κ. λ.) Redit ad Philosophos, qui, ante concinnata Rhetorices praecepta, non sine summa laude et scripserunt, et perorarunt. Porro ad hunc locum explanandum iuverit fortasse opportunam Quintiliani sententiam adferre: *quidam, contempto bene dicendi labore, ad formandos animos statuendasque vitae leges regressi, partem quidem potiorem, si dividi posset, retinuerunt; nomen tamen sibi insolentissimum adrogaverunt, ut soli sapientiae studiosi vocarentur; quod neque summi imperatores, neque in consiliis rerum maximarum, ac totius administratione reipublicae praeclarissime versati, sibi umquam vindicare sunt ausi.* Prooem. pag. 8. *ed. Burmann.*

Lin. 11. et seq. ουκ επιτρεπει τα ὑποδειγματα). Philodemi adversarius *non curat adponere documenta*, seu *loca*, quibus probet Philosophos Exercitationibus Rhetoricis minime deditos rectam dictionem non fuisse adsequutos. Contra vero exempla ad suas animadversiones obfirmandas addiderunt Halicarnassensis tum in *Censura De Priscis Scriptoribus* Cap. III. et seqq., tum in *Commentariis De Orationibus antiquis;* ac Hermogenes *De Form. Orat.* Lib. II. pag. 565. et seqq. *ed.* 1571; ubi de Isocrate, Dinarcho, Aeschine, Antiphonte utroque, Critia, Xenophonte, Aeschine Socratico, Nicostrato, caeterisque iudicium profert. Addatur et Lucianus in Dialog. *Quomodo sit conscribenda Histor.*, in *Lexiphane*, in *Pseudologista*, et in *Soloecista.* Merito igitur Adversarium heic taxat Philodemus.

Lin. 14. et seq. διαψευδομένων). Novam significationem usitatioribus adiungendam hoc verbum requirere visum est; siquidem αναλογια, et sermonis contextu favente Lexicis aliquid huiusmodi adiicere vel morosissimi Grammatici non recusant. Est itaque διαψευδομενος *is, qui calumniam patitur*, seu *falso accusatur.*

Lin. 19. et seq. αυτον ελεγχον ποιουμεν). Vide quae supra disseruit Noster. Porro *De Rhetoricae similitudine cum Dialectica* agit Aristoteles. *Rhet.* L. I. c. 1. *et seq.*

Lin. 24. et seqq. ἁπλως οἱ κ. λ.) Adeo corruptum extat apographum Oxoniense, ut manum de tabula Spengelius exclamaverit his verbis: *utinam ne Neapolitani, quae in Papyro legantur, more suo accurate tradere morentur!* p. 56. Sed diligenter emendata lectio sensum prono alveo fluentem edere videtur.



ΝΟΥϹΙ ΙϹΚΑΙΦΙΛΩΝΑΤΟΝΑΙ
ΧΙΤΕΙ ΤΟΝΑΠΕΡΙΤΗϹϹΚΕΥΟΘΗ
ΚΗϹΟΥΤΟϹΑΥΤΟϹΕΙϹΗΓΑΓΕΝ
ΔΗΜΗΓΟΡΟΥΝΤΑ ϹΥΝΔΕ ΙϹ
ΘΕΟΙϹΟ ΕΤΑϹΔΙΑΤΡΙΒ ΤΩΝ
ΡΗΤΟΡΙΚ ΙϹΧΥΡΟΠ Ν
ΤΕϹΕΝ ΓΕΤΩΝΔΙΑΤ ΩΝ
ΟΥΤ Ν ΑΝΟΥΤ Ε
ΘΙϹΘΗϹΑ ΕΡΙΠΑΝΤΟϹΙ
ϹΚΕΦΘΑΙ ΑΙΔΙ ΤΟΥΤΟΜΗΤ
ΠΗΠΤ ΗΔΙΟ ΘΑΙ
ΛΧΙϹΤΑ ΤΟΥ ΟΥΤΟ ΤΑ
ΟΥΝΟΝΤΟϹ ΕΞ ΠΤΟΜΕ
ΡΩΝΤΙΝΕΙ ΕΝΤ ΤΕΧΝΗϹ
ΑΘΗΝΑΙϹ ΟΥΛΟΓΟΥΤΗΝ
ΥΠΟΚΡΙϹ Τ ΜΕΝΤΑΥ
ΤΑΤΙϹ ΜΗ ΚΑΙϹΕΜΝΟ
ΤΕΡΟϹ ΤΟϹ ΦΑΙΝΕΤΑΙΚΑΙ
ΠΡΟϹΕΧΕΙΝΜ ΛΟΝΤΟΙΕΙ
ΤΟΝΑΚΟΥΟΙ ΚΑΙϹΥΝΙΕ
ΝΑΙΚΑΙΜΝΗΜΟΝΕΥΕΙΝΚΑΙ
ΚΕΙΝΕΙϹΘΑΙΤΑΘΗΤΙΚΩϹ
ΑΛΛΩΝ ΟΙΩϹΤΑΥ
ΤΑΔΡΩΝΤΩΝΟΜΟΛΟΓΟΥ
ΜΕΝ ΑΛΛΟΥΜΕΝΤΗ Η

COL. XI

Carlo Oratij dis. e inc.

COLUMNA XI.

νουσιν, ὡς και Φιλωνα τον αρχιτεκτονα περι της Σκευοθηκης οὗτος αυτος εισηγαγεν δημηγορουντα. Συν δε τοις Θεοις οἵγε τας Διατριβας των Ῥητορικων ισχυροποιησαντες ἐνιοτε των Διατριβων ουτ' εννοιαν, ουτ' αλλο ειθισθησαν περι παντος επεσκεφθαι, και δια τουτο μη προπειπτειν, η διορθουσθαι ταχιστα. Τουτου τοιγαρουν οντος ελεξαν λεπτομερων τινες, ὅτι εντος τεχνης Αθηναι ἑυρον του λογου την Ὑποκρισιν· και ὅτι μεν ταυτα τις ποιων και σεμνοτερος αυτος φαινεται, και προσεχειν μαλλον ποιει τον ακουοντα, και συνιεναι, και μνημονευειν, και κεινεισθαι παθητικως, αλλων ουχ ὁμοιως ταυτα δρωντων, ὁμολογουμεν. Αλλ' ου μεν τη Ρη-

quemadmodum et Philonem architectum de Armamentario disserentem hic ipse induxit. Verum isti, gratia sit Superis, qui Exercitationibus Rhetoricorum obfirmandis adferuntur, interdum Exercitationum neque notionem, neque aliud omnino exquirere, ac propterea in errores non labi, aut quam citissime emendari consueverunt. ¶ Iam vero quum hoc ita se habeat, dixerunt subtiliorum hominum nonnulli, Athenas intra *Rhetoricam* artem invenisse orationis Pronuntiationem; et quod quidem *orator* qui hanc rite praestat, tum graviorem se exhibeat, tum etiam faciat, ut auditor magis adtendat, et intelligat, et recordetur, et commoveatur affectibus; dum alii, qui non simili actione utuntur, haec non efficiunt, id utique concedimus. At vero non

CAP. VIII.

Neque rectam Pronunciationem sibi vindicare possunt Sophistae.

Lin. 1. et seqq. Φιλωνα τον Αρχιτεκτονα κ. λ.). Adeo usitatum erat apud veteres Philonis nomen, ut Leo Allatius *De Philonibus* diatribam, quae fortasse numquam vidit lucem, se elucubrasse testetur, *Adnot. in Philonem.* De VII. Orbis Spectaculis in princ. Verum ille, quem memorat Noster, divinatione non eget; non est enim alius ab eo, de quo Valerius Maximus haec scribit: *gloriantur Athenae Armamentario suo, nec sine caussa; est enim illud opus et impensa et elegantia visendum. Cuius architectum Philonem ita facunde rationem institutionis suae in theatro reddidisse constat, ut disertissimus populus non minorem laudem eloquutioni eius, quam arti tribuerit. Mem.* Lib. VIII. cap. 12.

Lin. 12. et seqq. Τουτου τοιγαρουν κ. λ.) Lectionem nostram Spengelio desperatam contextus comprobare videtur. Certe quidem Auctorem ad aliam tractationis partem transire nota marginalis, et spatium interiectum indicant.

Lin. 16. Υποκρισιν.) Hanc vocem vertimus *Pronuntiationem*, eo scilicet sensu, quo a Rhetoribus adhibetur. *Pronuntiatio*, ait Tullius, *est ex rerum et verborum dignitate vocis et corporis moderatio. De Inventione* Lib. I. n. 7. *Pronuntiatio est vocis, vultus, gestus moderatio cum venustate. Auctor ad Herenn.* Lib. I. n. 2. Quintilianus, qui caeteris fusius de ea scribit, *Pronuntiatio*, inquit, *a plerisque actio dicitur...quapropter utraque adpellatione indifferenter uti licet. Instit.* Lib. IX. cap. 3. Philodemus itaque, postquam Adversarium multa de Exercitationum Rhetoricarum utilitate dicentem refutasset, veluti ad incitas redactum eo deducere conatur, ut ipsas neque ad rectam *Pronuntiationem* efformandam aliquid conferre agnoscat. Porro lectionem nostram ita exhibemus, ut post verbum ελεξαν subiiciamus λεπτομερων, cuius vocis duo priora elementa ab orthographo superposita, et posterius in papyri evolutione deperdita censemus. Λεπτομερης autem, uti Platoni, Plutarcho, aliisque, ita Philodemo is est, qui *subtili* cavillatione abutitur, ut caussam Rhetorum novo, acutiore, ac minutiore argumento defendat.

Lin. 17. et seqq. και σεμνοτερος αυτος κ. λ.) Quae partim legimus, partim supplevimus, brevi orationis ambitu universas *Pronuntiationis* laudes perbelle complectuntur. Habes enim quinque *actionis* commoda, quae pluribus Oratoriae Artis Scriptoribus amplissimum commendationis argumentum suppeditarunt. Vide Cic. *Orat.* cap. XVII. et seqq. *De Orat.* Lib. III. cap. 56. et seqq. Quintil. *Inst.* L. XI. cap. 3. Caeterum Tullius non absimili brevitate eadem commoda recenset, dum de *actione* disserens, *nulla res*, inquit, *magis penetrat in animos, eosque fingit, format, flectit; talesque oratores videri facit, quales ipsi se videri volunt. Brut.* Cap. XXXVIII.

ΤΟΡΙΚΗΙΤ ΥΤΟΠΡ ΔΙ ΑΣ
ΚΕΙΝΜΑΛΛΟΝΗΤΗΙΔΙΑΛΕΚΤΙ
ΚΗΙΚΑΙΤΗΓΡΑΜΜΑΤΙΚΗΙΜ
ΘΕΙΝΑΝΤΙΣΕΠΙΘΥΜΗ ΕΓ
ΚΑΙΔΗΓΑΡΗΜΕΝ ΛΟΤΗΣΗ
ΔΑΝΑΓΝΩΣΕΩΣ ΤΕΓ
ΣΕ ΕΡΙΠΟΙΕΙΝ Η
ΜΗ ΚΑΙΝΗΔΙ ΝΜΕΝΚΑΙ
ΤΗΝΕΝ ΡΑΓΩΔΙΑΚΑ ΜΩ
ΔΙΑΚΑΙΜ ΙΜΟΙΣΚΑΙΤΟ ΑΝΑ
ΛΟΓΟΙΣΥΠΟΚΡΙΣΙΝ ΤΙΘΕ
ΑΣΙΝΤΗΙΡΗΤΟΡΙΚ ΜΑΚΑΡΙ
ΖΟΜΕΝΑΥΤΟΥΣΤ ΣΣΥΝΕΣΕ
ΩΣΕΙΔΕΤΟΥ ΚΕΙΝΑΔΙΑΤΙ
ΘΕΜΕΝ ΑΠΡΟΣΔΕΙ ΤΟΥΣ
ΕΙΝΑΙΤΗ ΕΑΥΤΩΝΔΙΔΑΣ
ΚΑΛΙΑΣΝΟΜΙΖΟΥΣΙΝΕΠΙΖΗ
ΤΟΥΜΕΝΤΙΔΗΠΟΤΕΚΑΤΕ
ΓΝΩΚ ΕΣΗΜΕΙΝΤΗ ΕΝ
ΤΟΙΣΗΜΕΤΕΡ ΣΔΕΟΥΣΑΝ
ΥΠΟΚΡΙΣΙΝ ΠΟΝ ΜΟΥ
ΣΙ ΕΤΙΔΕΜ ΟΝΕΚΤΙΝΟΣ
ΑΝΤΙΠΟΙΟΥΝ ΤΗΣΚΟΙΝΗΣ
ΥΠΟΚΡΙΣΕΩΣΤΩ
ΚΟΝΤΙΠΡΟΦΕΡ ΜΕΝΩΝ
ΕΠΙΣΤΗ

COL. XII

Carlo Oratij dis. *Bart. Oratij inc.*

COLUMNA XII.

τορικῃ τουτο πρεπει διδασκειν μαλλον, η τῃ Διαλεκτικῃ, και τῃ Γραμματικῃ, μαθειν αν τις επιθυμησειεν· και δη γαρ ἡ μεν διαλογης, ἡ δ' αναγνωσεως απαγγελλεται περιποιειν επιστημην. Και νη Δι' αν μεν και την εν Τραγωδιᾳ, και Κωμωδιᾳ, και Μειμοις, και τοις αναλογοις Ὑποκρισιν επιτιθεασιν τῃ Ῥητορικῃ· μακαριζομεν αυτους της συνεσεως. Ει δε τους εκεινα διατιθεμενους απροσδεκτους ειναι της αφ' ἑαυτων διδασκαλιας νομιζουσιν, επιζητουμεν, τι δηποτε κατεγνωκοτες ἡμειν την εν τοις ἡμετεροις δεουσαν Ὑποκρισιν ουκ απονεμουσιν; Ετι δε μαλλον, εκ τινος αντιποιουνται της κοινης Ὑποκρισεως, των ιδιον τι προφερομενων επιστημων, ουδ' ἑκαστου;

magis Rhetoricae hoc docere convenit, quam Dialecticae, et Grammaticae, si quis id ediscere desideraverit; quandoquidem Dialectica quidem colloquendi, Grammatica autem legendi scientiam perficere profitentur. Atque per Iovem si quidem etiam Pronuntiationem, quae in Tragoedia, et Comoedia, et Mimis, atque aliis huiusmodi est, Rhetoricae tribuunt *Sophistae;* eis de tanta sapientia gratulamur. Sin autem eos, qui in illis versantur, disciplinae, quae ab ipsis traditur, expertes *esse* censent; sciscitamur: quamnam *in nobis* invenerint culpam, propter quam nobis *ipsis* Pronuntiationem nostris *sermocinationibus* necessariam non attribuunt? ¶ Quin et multo magis *sciscitamur;* qua de caussa non admittant communem *omnibus hominibus* Pronuntiationem, quum scientiae aliquid sibi proprium proferant, non autem singulis hominibus commune?

CAP. IX.


Hanc potius natura, quam Ars docet.

Lin. 5. διαλογης). Facili negotio hanc vocem refinximus; siquidem caeteris, quae favebant, non leve addiderunt momentum eius significatio, et cum praecedenti διαλεκτικη connexio. Enimvero διαλογη a Suida *h. v.* vertitur διαλεξις, ὁμιλια, neque desunt apud veteres Scriptores exempla, quae a recentioribus Lexicographis adferuntur. Porro Διαλέκτικη, quam *Disputatricem* interpretatur Fabius, *Instit.* L. XII. c. 2. ita in *disputando*, *disserendo*, *colloquendo* versabatur, ut iure dixerit Diogenes Laërtius: την Διαλεκτικην του ορθως διαλεγεσθαι περι των εν ερωτησει, και αποκρισει λογων, *Dialecticam versari in recta disserendi ratione, circa interrogantium, et respondentium colloquia.* Lib. VI. c. 42. Eadem habet Empiricus *Adv. Gramm.* L. II. segm. 6. Recto igitur talo nostra stat lectio.

Lin. 10. Μειμοις). Uti alibi per diphthongum scribit μειμεισθαι Philodemus, ita et heic Μειμοις. Hanc vero vocem vertimus *Mimis*, quia latine etiam significat, ut notum est, fabulam quamdam, quae aliorum mores imitatur. Cic. *Pro Coel.* cap. XXVII. Suet. *Calig.* cap. LVII. Vocatur etiam *Mimofabula* a Iulio Valerio *De Art. Rhet.* (edente A. Maio) n. XXVI. Inde *Mimographus*, et *Mimologus* nomen acceperunt. De Poëmatis, quae Mimi dicebantur, consulendus est Calliachus *De Ludis Scenicis Mimorum, et Pantom.* Cap. VI. pag. 34. et seqq. *Patavii* 1713.

Ibid. et seq. αναλογοις). Tragoediae, et Comoediae, ac Mimis alia fuisse carminum genera, αναλογα, nemo ignorat. Vide prae caeteris Bulengerum *De Theatro* L. I. cap. 7. 10, et seqq. Nec mirum πληθυντικω numero hanc vocem tum heic, tum in libro περι Ηθων, Col. XIV. T. V. usurpari; quandoquidem et Plato in *Tim.* p. 96. et Aristoteles *Ethic. ad Nic.* L. V. c. 5. ita eam adhibuerunt: quin immo Etymologicum (licet in etymo excogitando inepte se gerat), aliaque Lexica *adiective* hoc nomen proponunt.

Lin. 22. et seqq. εκ τινος αντιποιουνται κ. λ.) Haec, et sequentia si rectius expressa reperisset in Apographo Oxoniensi Spengelius, facile fuisset interpretatus. Exprobrat enim Philodemus Sophistis, quod sibi vindicent Pronuntiationem, quam natura duce homines norunt. Inquit enim Aristoteles: εστι φυσεως το ὑποκριτικον ειναι, και ατεχνοτερον · περι δε την λεξιν, εντεχνον, *naturae est ad Actionem valere, idque minus ad artem pertinet; in eloquutione vero valet ars. Rhet.* L. III. c. 1. Caeterum argute dissimulat multas esse disciplinas, quae nihil sibi proprium docent, sed tantummodo facultates a natura hominibus inditas perficiunt.



Carlo Oratij dis   Gio. B. Casanova inc.

COLUMNA XIII.

Και ο απαιδευτος διαγει λεγομενα δια το συνηθες προσηκοντως τοις πραγμασιν, διατιθεμενος εις το παρ' αυτους χανοντας εν αρχη, και μονον επι της προκατασκευαζομενης εν τοις ρητορικοις Υποκρισεως αναστολουντας· αλλα μονον εστιν των φυσεων υπο ταυτην δυναμιν επιτελειν και της Φιλοσοφιας βελτιω, και κατα τουτ' εμφανιζειν. Το δ' εν τοις ιδιοις εξοχωτερον υποκρινεσθαι ποιειν, ει και τους αλλους εν τοις αυτων φασι, μονον εστιν επιδεχομενον την υπο του θελοντος αντιστροφην. Καν ειπωσιν, οτι μονοι τεχνας υπερ αυτης παρεδοσαν, βιαιομαχησουσι και των ποιητων ουχ οτι των αλλων υπο-

Atque illitteratus homo profert sua dicta, consuetudine eum ducente, consentanee rebus exprimendis, ad hoc dispositus prae ipsis *Sophistis*, qui in orationis principio hiant, et qui solum in ea Pronuntiatione, quae ad res Rethoricas praeparatur, versantur; sed tantummodo pertinet ad naturam sub vi sua aliqua efficere, quae vel *ipsam* Philosophiam superant, atque ita recte sensus exprimere. Quod autem in propriis *disciplinis* excellentius pronuntiare faciant, etsi etiam alios in sua quemque *disciplina* se facturos promittant; tantummodo importat inversionem alicuius *id* volentis *a naturali ad artificialem Pronuntiationem*. Et quando dixerint se solos per huiusmodi inversionem artes tradidisse, vim inferent Poëtis, nedum aliis


Lin. 1. διαγει). Non modo interstitiolum, et residua elementa, sed sensus ipse hoc verbum requirere videbantur. Διαγειν enim ad sermones refertur, et διαγειν λογους significat *producere*, seu *protrahere sermones*. Philostr. *Vit. Apoll.* L. I. c. 17. Rursus adhibetur pro *gratum ac delectabile reddere*, *administrare*, et alia huiusmodi, quae ad nostram interpretationem confirmandam prosunt. Certe interdum Pronunciationem recte instituunt homines etiam rudiores.

Lin. 5. et seq. εν αρχη χανοντας). Quod *in orationis principio* Sophistarum discipuli *hiarent*, paullo ante dixerat Noster p. 56. Ferme eadem nunc recinit.

Lin. 7. προκατασκευαζομενης). Hariolando verbum, uti litterulis extantibus et spatio congruebat, refinximus. Ad illud fortasse Auctor mentem intenderat, quod προκατασκευη vox erat Rhetoribus usitatissima ad indicandam *orationis praestructionem*, *propositionem*, *vestibulum confirmationis*, et alia huiusmodi, seu προδιορθωσιν, προθεραπειαν. Vide Hermog. *De Invent.* IV. p. 214. II. p. 70. et III. p. 70. Προκατασκευαζειν vero Budaeo idem videtur, ac επαγγελλεσθαι. *Comm.* p. 577. Porro Spengelius de hac pagella paene integra pronuntiaverat: *rara verba, nullam sententiam perspicio.* p. 62. Verba, et sententias satis nos excudisse videmur.

Lin. 20. et seq. αντιστροφην). Qui artificiali Pronuntiationi vacat, *inversionem* quamdam sibi *voluntarie* comparat a Pronuntiatione naturali. Quae quidem *inversio* tum laudabilis erit, quum Ὑποκρισις εστι μιμησις των κατ' αληθειαν ἑκαστῳ παρισταμενων, *Pronuntiatio est imitatio eorum, quae vere cuique adsunt*, ait Apsines, *Ars Rhet. edit. Ald.* p. 715. Tunc, inquam, placebit, quum *invertet* oratorem ad naturam ita imitandam, ut prae oculis habeat aureum illud documentum: *imitetur igitur ars naturam, et quod ea desiderat, inveniat; quod ostendit, sequatur. Nihil est enim, quod aut natura extremum inveniat, aut natura primum; sed rerum principia ab ingenio profecta sunt, et exitus disciplina comparantur. Ad Herenn.* L. III. c. 22.

Lin. 23. et seq. βιαιομαχησουσι). Metaphorice verbum nunc primum editur, proprie enim est *vi pugnare*, *non dolis*, uti videre est apud Polybium. L. I. p. 27. L. V. p. 84.: quo sensu βιαιομαχας, vel βιαιομαχος, vel βιημαχος passim occurrunt. Quod vero poëtas, aliosque doctos viros sibi quadam violentia subigere adniterentur Sophistae, si ex Arte sua tum disciplinae universae, tum earum Pronuntiatio repetenda probaretur; satis argute animadvertit Philodemus. Duo autem heic adiicere operae pretium est: alterum, quod si cui displiceat verbum βιαιομαχειν cum genitivo copulatum, facile το και emendando leget κατα. Alterum, quod de Poëtis heic praecipue mentio fiat, quia Pronuntiationis studium non minus ad Rhetoricam, quam ad Poëticam pertinebat: ὑπεκρινοντο γαρ αυτοι τας Τραγωδιας οἱ Ποιηται το πρωτον· δηλον ουν ὁτι και περι την Ῥητορικην εστι το τοιουτον, ὡσπερ και περι την Ποιητικην· *agebant enim olim Tragoedias ipsi Poëtae: patet itaque idem esse in Rhetorica, atque in Poëtica*, inquit Aristoteles *Rhet.* L. III. c. 1.



ΚΡΕΙΝΕΣΘΑ ΔΙΔΑΣΚΟ ΤΩΝ ΚΑΙ
ΤΩΝ ΛΟΓΙΚΩΝ ΑΠΑΙ ΩΝ ΚΑΝ
ΜΗΣ ΥΝΓΡΑΦΩ ΙΝΔΙΑΤΟ
ΒΑΙΑΣ ΕΙΝΑΙ ΤΑΣ ΘΕΜΑΤΙΚΑΣ
ΑΡΑΤΗΡΗΣΕΙΣ ΤΗΣ
ΘΗΣΕΩΣ ΠΟ Ι ΦΟΝ
ΟΙΑΣ Δ ΠΟ ΘΑΙ
ΣΔΙΑΘΕΣΕΙΣ Τ ΤΟΛΛΑ
ΔΕΙ ΤΩΝ ΠΑΘΩΝ ΑΥΤΩΝ
ΔΙ ΡΑΣ ΧΗΜΑΤ ΖΗ ΚΑΙ
Μ ΚΑΙ ΤΗ ΦΩΝΙ
Π ΛΑ ΓΟΝΤΩΣ Ο
ΟΥΣ ΙΔΙΩΤΑΣ ΚΑΙ
Τ ΥΣ ΒΑΡΒΑΡΟΥΣ ΕΙ ΜΗ ΚΑΙ
ΤΑΛ ΑΖΩΑ ΤΟΙΣ ΠΑΘΕΣΙΝ Α
ΚΟΛΟΥΘΟΥΣ ΤΑΣ ΜΕΤΑΒΟ
ΛΑΣ ΕΧΟΝΤΑΣ ΘΕΩΡΟΥΜΕΝ
ΤΙΝΑ ΔΩΝ ΠΑΡΑΓΓΕΛΛΟΥ
ΣΙΝ ΟΥΤΟΙ ΚΑΙ ΦΥΣΙΚΗΣ ΕΥ
ΚΑΙ ΑΣ ΔΕΙΤΑΙ Κ ΘΑΠΕΡ
ΕΥΜΕΛΕΑ ΦΩΝ ΗΣ ΚΑΙ ΜΕ
ΓΕΘΗ ΚΑΙ ΤΟΝΟΙ ΚΑΙ ΠΝΕΥ
ΜΑ ΚΑΙ ΠΡΟΣΩΠΟΥ ΚΑΙ ΕΙ
ΡΩΝ ΚΑΙ ΤΟΥ ΛΟΙΠΟ ΣΩΜΑ
ΤΟΣ ΑΞΙΩΜΑΤΕ ΚΑΙ ΡΥΘΜΟΙ
ΚΑΙ ΤΟΛΜΑ ΚΑΙ ΤΟΙΑΥΤΑ

COL. XIV

Carlo Oraty dis. e inc.

COLUMNA XIV.

χρεινεσθαι διδασκοντων, και των λογικων απαντων, καν μη συνγραφωσιν, δια το αβεβαιας ειναι τας θεματικας παρατηρησεις περι της μαθησεως · ὑποστρεφονται δ' οιας δηποτ' εχεσθαι τας διαθεσεις. Τα πολλα δ' εκ των παθων αυτων διαφορα σχηματιζει και το σωμα, και την φωνην παραλλαττοντως. Ὁθεν και τους ιδιωτας, και τους βαρβαρους, ει μη και τ' αλλα ζωα τοις παθεσιν ακολουθους τας μεταβολας εχοντας θεωρουμεν. Τινα δ' ὡν παραγγελλουσιν οὑτοι, και φυσικης ευκληριας δειται, καθαπερ ευμελεια φωνης, και μεγεθη, και τονοι, και πνευμα, και προσωπου, και χειρων, και του λοιπου σωματος αξιωμα τε, και ῥυθμοι, και τολμα, και τοιαυτ' αλ-

Artem pronuntiandi docentibus, atque universis sermocinantibus; tametsi hi nihil de ipsa conscribant, quia propositae regulae, quae discuntur, inconstantes sunt: convertuntur hi autem ad exhibendas quascumque animi affectiones. Multae vero ipsarum animi perturbationum varietates varie etiam tum corporis tum, vocis figuram effingunt. Quapropter et illitteratos homines, et barbaros, immo et alia animantia in corpore, et voce mutationes habere, quae suis perturbationibus respondent, animadvertimus. ¶ Nonnulla vero eorum, quae isti *Sophistae* docere profitentur, etiam naturali bona corporis constitutione indigent; cuiusmodi sunt vocis suavitas, et magnitudo, et accentus, et spiritus, tum faciei et manuum ac reliqui corporis dignitas et modulatio quaedam, tum audentia, et id genus alia;

CAP. XI.

Indiget etiam naturali dispositione.

ADNOTATIONES.


Lin. 2. et seqq. και μη συγγραφωσιν κ. λ.) De sua aetate scripserat Aristoteles: ουπω επικεχειρηται τα περι την Υ'ποκρισιν......ουπω συγκειται τεχνη περι αυτων......εγκεχειρηκασι δ' επ' ολιγον περι αυτης ειπειν τινες, οἷον Θρασυμαχος εν τοις Ελεοις. *Nondum tentatum est conscribere ea, quae pertinent ad Pronuntiationem..nondum constat Ars de ipsis...nonnulli autem aggressi sunt nonnihil de ea disserere, uti Thrasymachus in Miserationibus. Rhet.* L. III. c. 1. Idem Scriptorum silentium diu perdurasse videtur, atque adeo Auctor *Rhetoricorum ad Herennium* adfirmare non dubitavit : *nemo de ea re diligenter scripsit ; nam omnes vix posse putarunt de voce, et vultu, et gestu dilucide scribi : quum hae res ad sensus nostros pertinerent.* L. III. n. 19. Philodemus autem graviorem, et opportuniorem huius silentii rationem adfert, quia scilicet *regulae*, quae *statui* possunt a Scriptoribus, *inconstantes sunt ;* neque tradi omnes queunt ita firmiter, ut pro περιστασεων varietate non fallant.

Lin. 6. et seqq. ὑποστρεφονται κ. λ.) Quaedam divinatio hunc locum restituit, sed non temere; pertinet enim ad Pronuntiationem cuicumque rei exponendae aptandam. *Certe modo acriter, tum clementer, modeste, hilariter in omnes partes commutabimus ut verba, ita Pronuntiationem. Ad Herenn.* Lib. III. n. 24.

Lin. 11. το σωμα). Supplevimus verbum fere deperditum ; quia *dividitur Pronuntiatio in vocis figuram, et corporis motum. Ad Herenn.* Lib. III. n. 19. *Est enim Actio quasi sermo corporis. Cic. De Orat.* Lib. III. cap. 211. *Est enim Actio quasi corporis quaedam eloquentia, quum constet e voce, atque motu.* Id. *Orat.* cap. LV.

Lin. 12. παραλλαττοντως). Quum *Actio varia, vehemens, plena spiritus* commendetur a Tullio, *De Orat.* Lib. II. c. 73.; quumque plurimum eius *commutationes faciant......et auditorem varietas maxime delectet, Ad Herenn.* L. III. n. 21 ; iure meritoque Philodemus *varie* Pronuntiationem exhibendam esse adfirmat. Caeterum hoc adverbium Lexicis inserendum est.

Lin. 22. et seq. τονοι, και πνευμα). Similia habes in Aristotele : πως φωνη δει χρησθαι......και πως τοις τονοις, οἷον και οξεια, και βαρεια, και μεση, και ῥυθμοις τισι προς ἑκαστα · *quomodo oporteat uti voce......et accentibus, veluti et acuta, et gravi, et media, et numeris quibusdam ad singulas animi adfectiones exprimendas opportunis. Rhet.* L. III. c. 1. Quo sensu autem intelligatur heic πνευμα, satis discimus a Tullio : *Actio plena spiritus. De Orat.* Lib. II. c. 73. *Oratio, quae spiritu Pronuntiationis debet insistere. Orat.* c. CCXVIII.



ΛΑΔΙΚΑΙΤΟΝΙCΟΚΡΑΤΗΝ ΕΙΚΟΤΩC
ΦΑCΙ ΤΗCΠΟΛΕΙΤΕΙΑCΑΠΟCΤΗ
ΝΑΙ ΝΗΔΙΑΛΛΑΔΗΜΟCΘΕΝΗC
ΚΑΙΠΡΩ ΤΟΝ ΕΛΕΓΕ ΚΑΙΔΕΥ
ΤΕΡΟΝ ΚΑΙΤΡΙΤΟΝ ΕΙΝΑΙΤΗΝ
ΥΠΟΚΡΙCΙΝ ΕΝΤ ... ΡΙΚΗΙ
ΚΑΛΛΙΠΠ ... ΕΚΑΙΝΕΙ
ΚΟCΤΡΑΤΟCΕΓΩΦΗC ... ΤΟ
ΠΑΝΕΝΤΡΑΓΩΔΙΑΙΛΥΚΩΝ
ΔΕΝΚΩ ΜΩΔ ... ΙΚΑΙΟΥΔΙΑΤΟΥ
Τ ... ΤΗCΚΟΙΝΙ ΑΠΑΝ
... ΔΗΕΧΕΙΝ ΠΙCΤ
ΟΜΩCΜΕΝΤΟΙΚΑΤΑΤ
ΤΩC ΕΛΕΓΕΝΟΤΙΤΟΠ
CΥΝΕΡΓΟΥΝΚΑΙΜΕΘΟΔ ... Ο
ΜΕΝΟΝ ΕΝΤΟΙCΙΔΙΟΙC ... ΦΕ
ΚΑCΤΩΝ ΠΟΛΥΜΕΙΖΟΝ ΕΝ
ΤΗΙΡΗ ... ΟΡΙΚΗΙΔΡΑΜΑΛΛΟΝ
ΗΤΑΙCΑΛΛΑΙCΠΕΖΟΛΟΓΙΑΙC
ΟΥΜΗΝ ΑΛΛΑ ΚΑΙΤΟΥΤΩΙ
... ΚΑΙΠΕΡΕΝΤΟΙCΔΕΙΝΟC ...
ΤΟΙCΟΝΤΙΦΩΝΗΝΟΞΕΙ Ν
ΑΙCΧΙΝΗCΟΝΕΙΔΙΖΕΙΠΟ ΕΙ
ΔΕΚ ... ΛΑΚΡΑΝ ΠΑΡΑΔ ... Ι
ΦΑΛΗΡΕΙΛΕΓΕΤΑΙ—ΤΟΠΟΙ
ΚΙΛΟΝ ΜΕΝΑΥΤΟΝΥΠΟΚΡ

COL. XV

Carlo Oratj dis *Bart. Oratj inc.*

COLUMNA XV.

λα, δι' ἁ και τον Ισοκρατην εικοτως φασι της πολιτειας αποστη- ναι. Νη Δι' αλλα Δημοσθενης · και πρωτον ελεγε, και δευ- τερον, και τριτον ειναι την Υ῾ποκρισιν εν τῃ Ρ῾ητορικῃ. Καλλιππος δ' ελεγε, και Νει- κοστρατος, εγω φησω, το παν εν Τραγῳδιᾳ, Λυκων δ' εν Κωμῳδιᾳ · και ου δια του- το της κοινης ἁπαν τουτο τα ειδη εχειν επιστημης. Ο῾μως μεν τοι κατατεινον- τως ελεγεν, ὁτι το παν και συνεργουν, και μεθοδευο- μενον εν τοις ιδιοις ἐφ' ἑ- καστων, πολυ μειζον εν τῃ Ρ῾ητορικῃ δρᾳ μαλλον, η ταις αλλαις πεζολογιαις. Ου μην αλλα και τουτῳ αν, καιπερ εν τοις δεινοτα- τοις οντι, φωνην οξειαν Αισχινης ονειδιζει, ποτε δε και μακραν · παρα δε τῳ Φαληρει λεγεται το ποι- κιλον μεν αυτον ὑποκρι-

propter quae et Isocratem non immerito ferunt a reip. administratione abstinuisse. ¶ At hercle Demosthenes adfirmavit Actionem esse et primum, et secundum, et tertium in Rhetorica. Ego vero reponam: Callippus, et Nicostratus *adfirmarunt eam* esse totum in Tragoedia, Lycon vero in Comoedia; et non propterea *adfirmarunt* totum hoc communis disciplinae speciem habere. Verumtamen *Demosthenes* latius disserendo dicebat, eam, quae totum est, et quae adiuvat, et dirigit in propriis cuiusque rebus, multo magis in Rhetorica efficere, quam in caeteris prorsis orationibus. Quin etiam huic, tametsi esset praestantissimus orator, vocem acutam, et interdum longam exprobrat Aeschines: a Phalereo autem dicitur *Demosthenes* versatili quidem Pronuntiatione

CAP. XII.

Demosthenis sententia non obstat.

Lin. 1. et seq. δι᾽ ἁ και τον Ισοκρατην κ. λ.) Haec praecipue referenda sunt ad praecedentem τολμαν de qua Isocrates ipse, dum suae a reip. administratione abstinentiae rationem redderet, sic scripserat: ουτ γαρ φωνην εσχον ἱκανην, ουτε τολμαν δυναμενην οχλῳ χρησασθαι · *neque vocem ad dicendum adcommodatam, neque animum audentem habui, quo agere ad populum possem, Orat. ad Philipp.* pag. 360.; ουτε φωνην ειχον ἱκανην, ουτε τολμαν · *neque vocis, neque audaciae satis habebam. Epist. ad Mitylen. Magistr.* pag. 486. Tom. I. *Paris.* 1782. Re vera hanc ob causam Isocrates numquam in iudiciali foro dixit, nec remp. gessit. Lucian. in *Parasit.* cap. 42. Tom. II. pag. 865. Vide Valcken. *Diatrib.* post Eurip. *Hippolytum*, pag. 255, et in *Notis ad* Eurip. *Hippolyt.* v. 986. pag. 269.

Lin. 4. et seqq. και πρωτον ελεγε κ. λ.) In versione sequuti sumus illud Tullii: *Demosthenem ferunt ei, qui quaesisset, quid primum esset in dicendo, Actionem; quid secundum, idem; et idem tertium respondisse. De Clar. Orat.* n. CXLII. Alibi tamen aliter Demosthenis responsionem exposuit: *Demosthenes tribuit et primas, et secundas, et tertias Actioni. Orat.* n. XXXVI. Vide etiam Quinctilianum *Instit.* L. XI. cap. 3. Tanti itaque Oratoris sententiae, quam sibi obiectam ab Adversariis noverat Philodemus, mox respondet.

Lin. 7. Καλλιππος). Num legendum sit Καλλιπιδης, seu potius Καλλιππιδης δ᾽ ειπε, dubitandum fortasse erit: is enim Τραγῳδιων ὑποκριτης, *Tragoediarum histrio* vocatur a Plutarcho in *Agesilao* pag 607, et in *Alcibiade* pag. 209. Eius mentio etiam reperitur in Athenaeo Lib. XII. c. 49. in Eustathio ad Homerum pag. 1083, et in *Vita Sophoclis* pag. 7. *Argentor.* 1788. Consulendus est Ritterus *in Arist. Poëtic.* Cap. XXVI. Nobis tamen, ut verbum ελεγε repeteremus, quod paulo ante occurrit, quodque melius Philodemi argumentationi favet; atque ut spatio, et litterarum vestigiis inhaereremus; Καλλιππος magis placuit. Quamquam enim iste non inter tragicos, sed inter comicos recenseatur a Fabricio, *Bibl. Graec.* Lib. II. cap. 22. eiusque Παννυχιδα laudet Athenaeus Lib. XV. c. 7.; tamen cum sequente Nicostrato, qui et ipse comicus fuit, perbelle congruit.

Ibid. et seqq. Νειкοστρατος κ. λ.) De Nicostrato supervacaneum videtur sermonem instituere, quum de eo, eiusque Comoediis fuse egerint Fabricius, et Harlesius *Bibl. Graec.* Lib II. cap. 22. Unum tantummodo praetereundum non est, quo Philodemi sententia obfirmetur, ipsum scilicet fuisse Κωμῳδοδιδασκαλον, *Comoediarum Magistrum*, ut testatur Pollux V. sect. 100; atque tum Auctorem tum Histrionem fuisse adeo eximium, ut illud proverbium invaluerit: εγω ποιησω παντα κατα Νικοστρατον, *ego agam omnia secundum Nicostratum*, seu *utar Actione adcommodata, quali utebatur Nicostratus.* Suid. *h. v.* Non diffiteor tamen alium fuisse Nicostratum, qui tragicus potius dicendus est; siquidem *Theseidem* composuit, ut narrat Laërtius Lib. II. segm. 59. Verum nihil prohibet, quin Callippum censeamus et Nicostratum, etsi ambo fuerint comici, eam tamen protulisse de Tragoedia sententiam, de qua, ut pote hactenus ignota, Philodemo gratias habebimus.


Lin. 9. et seq. Λυκων κ. λ.) De Lycone Scarphensi, utpote πολυθρυλλητῳ, Plutarchus aliquid narrat in *Alex.* pag. 681. et *De Alex. Fort.* pag. 334. *Francof.* 1599. Sententiam vero, cuius meminit Philodemus, neutrubi invenimus; quemadmodum nec in Athenaeo, qui ipsum Comicum commendat, ea prostat. L. XII. cap. 54. pag. 501. T. IV. *Ed. Bipont.*

Lin. 11. et seqq. της κοινης τουτο κ. λ.) En sensus, quem elicuimus: tametsi Callippus et Nicostratus in Tragoedia, et Lycon in Comoedia *totum* esse dixerint Actionem; non idcirco imitati sunt Sophistas, qui eam esse scientiam universis disciplinis communem, et omnibus doctis viris necessariam arbitrati sunt; immo neque speciem et formam communis disciplinae in ipsa invenerunt: quin et Demosthenes in Rhetorica potius, quam in disputationibus philosophicis ipsam plurimum valere docuerat. Quare insolentissima Sophistarum iactantia de Pronuntiatione ab ipsis tradita, et philosophis etiam necessaria a Philodemo refutatur.

Lin. 13. et seqq. κατατεινοντως). Novum adverbium eo sensu vertendum videtur, quo κάτατεινειν est *latius disserere, oratione fusiore sententiam explicare.*

Lin. 22. et seqq. φωνην οξειαν Αισχινης κ. λ.) Locus, quem indicat Philodemus, hic esse videtur: επειπεν, εντειναμενος ταυτην την οξειαν και ανοσιαν φωνην, ὡς δεινον, ει ὁ μεν τους Καριωνας και Ξανθιας ὑποκριναμενος, οὑτως ευγενης και μεγαλοψυχος γενοιτο, εγω δ᾽ ὁ της μεγιστης πολεως συμβουλος, ὁ τους μυριους Αρκαδων νουθετων, ου κατασχοιμι την ὑβριν · *adiecit, contenta acuta ista et nefaria voce, quam acerbum sit, quum is, qui Cariones et Xanthias repraesentet, adeo generosum et magnanimum se praebuerit, me qui sim urbi maximae a consiliis, qui illos decem mille Arcados admoneam, petulantiam meam non coërcuisse.* Aeschines *De Legat.* pag. 296. *Ed. Taylor. Cantabrig.* 1774. Fortasse vero alium locum prae oculis habuit: ει δ᾽ αρα εγω ετολμων τουτο ποιειν, επετρεψας αν, ω Δημοσθενης; Και ουκ ενεπλησας βοης και κραυγης την αγοραν ὁρων με, ὡς εφης αρτιως, ωθουντα απο των ἱερων τον πρεσβευτην; *Quod si istud ego*

facinus non reformidassem, tu passus esses, Demosthenes? Non vociferationibus et clamoribus forum complesses, quum videres me, ut modo aiebas, a sacris legatum repellere? Idem *ibid.* pag. 269. Tum etiam illud : Ταυτα δε μου μεταξυ λεγοντος, αναβοᾳ παμμεγεθες Δημοσθενης, ὡς ισασι παντες οἱ συμπρεσβεις ἡμων · και γαρ προς τοις αλλοις κακοις βοιωτιαζει · *haec me dicente, maxima voce exclamat Demosthenes, ut sciunt omnes collegae: nam praeter caetera mala, rusticos Boeotorum clamores edere consuevit.* Id. *ibid.* pag. 276. Quo in loco, dum verbum βοιωτιαζει vertimus, ab Taylori interpretatione discessimus; quandoquidem, monente Reiskio, potest significare *vocem crassum aliquid et latum, atque rusticum sonantem.* T. III. pag. 278. *Lips.* 1771. Simile quidpiam habes etiam in *Orat. Adv. Ctesiph.* pag. 612. *eiusd. edit.*



Carlo Oratj dis. *Gio. B. Casanova inc.*

COLUMNA XVI.

την γεγονεναι, και περιττον,
ουχ απλουν δε, ουδε κατα τον
γενναιον τροπον, αλλ' εις το
μαλακωτερον, και ταπεινο-
τερον αποκλινοντα. Οἱ
δ' ουν πολλοι των Σοφιστων
εοικασιν, εξ ὡν γεγραφα-
σιν, αθλιως ὑποκεκρισθαι.
πονηρον γαρ εις Ὑποκρι-
σιν αἱ μακραι περιοδοι, κα-
θαπερ και παρα Δημητρι-
ω κειται περι των Ισοκρα-
τους. Ἱερωνυμος δε φη-
σιν αναγνωναι μεν αυ-
του τους λογους ῥαδιως
δυνησεσθαι τινα, δημη-
γορησαι δε την φωνην,
και τον τονον επαιρον-
τα, και εν ταυτῃ τῃ κατα-
σκευῃ μετα της ἁρμοττου-
σης Ὑποκρισεως ειπειν,
ου παντελως· το γαρ με-
γιστον, και κεινητικω-
τατον παρεισθαι των
οχλων· αψυχον γαρ αυτου,
και ανυπακουστον ειναι

usus, et egregia; non autem simplici, neque nervosa, sed ad molliorem, et humiliorem formam declinante. ¶ Itaque Sophistarum multi videntur ex his, quae scripserunt, infelicem habuisse Pronuntiationem; nocent enim rectae Pronuntiationi longae periodi, uti etiam Demetrius de Isocratis *periodis* notat. Hieronymus autem dicit eius *Isocratis* orationes quempiam bene quidem lecturum esse, minime autem pronuntiaturum elata voce et accentu, neque in hac dicendi ratione cum Actione conveniente perseveraturum: quod enim praecipuum esset, et populum valde commoveret, id languidum reddit; eius enim inanimis est, nec libenter auditur

CAP. XIII.


Sophistarum orationibus recte pronuntiandis quid obsit.

Lin. 3. et seqq. εις το μαλακωτερον κ. λ.) Quod Demetrius non semper probet Demosthenicam dictionem, satis evincunt ea, quae leguntur in Tractatu *De Eloquut.* §. CCLXII. Sed ubi id dicat, quod memorat Philodemus, non invenio. Quapropter quum Philodemus non Demetrium, sed Phalereum heic citet; ac paucos post versiculos Demetrium, non Phalereum in medium proferat; haud leve accedere videtur momentum ad confirmandam Valesii coniecturam *ad Excerpta Peiresciana* pag. 65. (cui adstipulantur Thomas Galeus in *Notis ad Demetrium*, Fabricius *Biblioth. Graec.* Lib. IV. cap. 23. et Harlesius Introd. in Hist. L. Gr. I. pag. 493.), auctorem libri *De Eloquutione* esse quidem Demetrium, sed non illum Phalereum, quem *ultimum ex Atticis, qui dici possit orator*, appellat Cicero, *De Orat.* Lib. II. n. 23. Huius enim opera plane perierunt; ac propterea quo respiciat Noster, ignoramus: sed solum legi mox agnoscemus in laudato Tractatu ea, quae a Demetrio de Isocrate scripta fuisse testatur.

Lin. 9. et seqq. πονηρον γαρ κ. λ.) Quod prolixiores periodi aegre pronuntiari possint, colligi potest ex his, quae *de Periodo* Demetrius in Tract. *De Eloquut* §. IV. et seqq. et Quinctilianus *Instit.* L. IX. cap. 4. fuse tradiderunt. Quum enim periodus πνευμα τελειον ανδρος, *spiritum viri integrum* non debeat excedere; si nimis longa fuerit, Pronuntiationi incommoda erit. Dion. Halicarn. *De Struct. Orat.* Cap. XXIII. p. 202. Hanc vero vitiosam prolixitatem in Isocratis periodis is minime notavit. *Ibid.* p. 216. *Londini* 1747.

Lin. 11. et seqq. παρα Δημητριω κ. λ.) Locus fortasse, de quo agit Philodemus, is est: της ερμηνειας ἡ μεν ονομαζεται κατεστραμμενη· οἱον ἡ κατα περιοδους εχουσα, ὡς ἡ των Ισοκρατειων ρητων, και Γοργιου, και Αλκιδαμαντος· ὁλαι γαρ δια περιοδων εισι συνεχων, ουδεν τι ελαττον ηπερ ἡ Ομηρου ποιησις δι᾽ ἑξαμετρων. *Loquutionis haec quidem nominatur tortuosa, ceu quae periodis constat: quemadmodum est illa Isocratis scriptorum, et Gorgiae, et Alcidamantis: totae namque periodis continentibus conflatae sunt, non minus atque Homeri poësis hexametris. De Eloquut.* §. XII.

Lin. 13. et seqq. Ἱερωνυμος δε κ. λ.) Magnum nostrae lectioni atque interpretationi pondus adiiciunt ipsius Hieronymi verba a Dionysio Halicarnassensi recitata: Ἱερωνυμος ὁ φιλοσοφος φησιν αναγνωναι μεν αν τινα δυνηθηναι τους λογους αυτου καλως, δημηγορησαι δε την τε φωνην και τον τονον επαραντα, και εν ταυτη τη κατασκευη μετα της ἁρμοττουσης Ὑποκρισεως ειπειν, ου παντελως· το γαρ μεγιστον και κινητικωτατον των οχλων, παραιτεισθαι, το παθητικον και εμψυχον· δουλευειν γαρ αυτον τη λειοτητι δια παντος· το δε κεκραμενον και παντοδαπον επιτασει τε και ανεσει, και το ταις παθητικαις ὑποθεσεσι διειλημμενον, ὑπερβεβηκεναι· καθολου δε φησιν αυτον εις αναγνωστου παιδος φωνην καταδυντα μητε τονον, μητε παθος, μητε Ὑποκρισιν δυνασθαι φερειν. Πολλοις δε και αλλοις ταυτα και παραπλησια τουτοις ειρηται, περι ὡν ουδεν δεομαι γραφειν. *Hieronymus philosophus dixit orationes eius pulchre quidem legi posse; sed in concione, altiore et contentiore voce, et in hac structura cum Actione conveniente nequaquam posse pronuntiari. Neque enim illae admittunt (id quod maximum est, et ad commovendum populum aptissimum) affectuum vehementiam, et vivum quemdam vigorem; quum ipse lenitati perpetuo serviat; temperationem vero et varietatem tum intentione et remissione, tum interpositis acrioribus affectibus distinctam transilierit. Denique pueri lectoris vocem ita eum exhibere dicit, ut neque contentionem, neque affectum, neque Actionem ferre possit. Multi etiam alii haec et his similia dixerunt, de quibus mihi nihil necesse est scribere. De Isocrate Iudic.* Cap. XIII. pag. 158. *Oxon.* 1704. Porro de Hieronymo, quem Noster adlegat, quum plures extiterint celebres hoc nomine viri, consulendus est Fabricius *Bibl. Graec.* Lib. III. Cap. 8.



ΤΗΝΛΕΞΙΝΚΑΙΟΙΟΝΕΙΠΡ
ΤΟΝΟΝΠΕΠΟΙΗΜΕΝΗΝΤΟΔΕ
ΚΕΚΛΑΣΜΕΝΟΝΚΑΙΠΑΝΤΟ
ΔΑ ΚΑΙΕΠΙΤΑΣΕΙΤΕΚΑΙ
ΑΝΕΣΕΙΚΑΙΤΑΙΣΠΑΘΗΤΙΚΑΙΣ
ΥΠΕΡΘΕ ΕΣΙΝΔΙΕΙ ΜΕ
ΝΟΝΑΠΟ ΕΒΛΗΚΕΝ ΤΗΙ Ε
ΛΗΟΤΗΤΙΔΙΑ — ΠΑΝΤΟΣ
ΔΟΥΛΕΥΕΙΝ ΤΟΙΓΑ ΥΝ
ΑΝΑΓΝΩΣΤΟΝΜΕΝΕΙΝΑΙ
ΦΩΝ ΥΦΕΙΜΕΝΗΣΕΠΑ
ΘΕΙΣΗΣΔΕΝ ΑΝ ΤΑΙΣΠΕ
ΡΙ ΙΣΚΑΙΠ ΕΙ ΟΥΣΑΝΤ
ΛΕΓΟΝΤΑ ΚΑΙΤΗΝΥΠΟΚΡΙ
ΣΙΝΑΦΑΙΡΟΥ ΕΝΟΥΚΑΙΣΧΕ
ΔΟΝΕΝΑΝΤΙΑΝ ΤΗΙΤΩΝΠΟ
ΛΕΙΤΙΚΩΝ ΝΔΕΠΟΛΕΙΤΕΥ
ΟΜΕΝΩΝ ΕΠΙ ΤΑΤΗΣΟΝΤΑ
ΠΟΛΕΙΤΙΚΗΝ Δ ΙΝΚΑΙΔΗΜΗ
ΓΟΡΙΚΗΝΚΑ ΚΕΧΥΣΘΑΙ
ΛΕΞΙΝ ΚΑΙΜΙ ΗΝΕΠΙΔΙ
ΡΙΟΝ ΚΑΙΚΑΤΑΨΙΘΥΡΙΖΟΥ
ΑΝΤΟΝΛΟΓΟΝ ΟΜΟΙΟΝ
ΟΥΝΕΙΝΑΙΤΩΙΔΑΣΥΚΑΙ
ΜΕΓΑΠΕΡΙΘΕΜΕΝΟΝΠΡΟ
ΩΠΟΥ ΠΑΙΔΙΟΥΦΩΝΗΝΑ
ΦΙΕΝ ΓΟΤΟΙΣΕΛ

COL. XVII

Carlo Oratij dis. e inc.

COLUMNA XVII.

την λεξιν, και οἷονει προς ἕνα τονον πεποιημενην· το δε κεκλασμενον, και παντοδαπον, και επιτασει τε, και ανεσει, και ταις παθητικαις ὑπερθεσεσιν διειλουμενον απο βεβληκεναι, τη δε λειοτητι δια παντος δουλευειν. Τοιγαρουν ευαναγνωστον μεν ειναι φωνης ὑφειμενης, επαρθεισης δε μη, καν ταις περιοδοις και προειλουσαν τον λεγοντα, και την Ὑποκρισιν αφαιρουμενου, και σχεδον εναντιαν τη των πολειτικων. Των δε πολειτευομενων επιστατησοντα πολειτικην δειν, και δημηγορικην κατεγκεχυσθαι λεξιν, και μη την επιδιφριον, και καταψιθυριζουσαν τον λογον. Ὅμοιον γουν ειναι τω δασυ, και μεγα περιθεμενον προσωπου παιδιου φωνην αφιεναι, και το τοις Ἑλ-


dictio, et veluti ad unum accentum concinnata est: dicendi autem genus intercisum, atque omnigenum tum intentione, tum remissione, tum patheticis mutationibus distinctum *ipse* reiecit, lenitati autem perpetuo servit. Itaque facile quidem legi potest submissa voce, elata autem, nequaquam: atque in periodis etiam involvit perorantem, eiusque vi destituti Pronuntiationem ac ferme contraria est eorum dictioni, qui de rebus publicis agunt. Is autem, qui hominibus in Rep. agentibus praeest, debet dictionem politicam cum oratoria miscere, et non mollem, et verba susurrantem. Itaque perinde est, ac si persona asperum, et grande *orationis genus* suscipiens pueri vocem edat, atque si is, qui

Lin. 3. et seqq. κεκλασμενον, κ. λ.) Tum Dionysius, tum Philodemus ita Hieronymi sententiam protulisse videntur, ut eius verba passim immutarint. Sed non abs re suspicamur Dionysii lectionem librariorum incuria fuisse corruptam, aut saltem ei, quam Noster servavit, minime praeferendam; utpote quae minus lata est, et quibusdam opportunis argumentis sententiae confirmandae idoneis caret. Certe illud παραιτεῖσθαι pro παρεισθαι, nec non κεκραμενον pro κεκλασμενον, atque ὑπερβεβηκεναι, pro αποβεβληκεναι laudari haud merentur.

Lin. 15. αφαιρουμενου). Eo sensu vertimus hanc vocem, quo αφαιρεθες apud Xenophontem legitur, ut sit *detrimento affectus*. Saepe enim post verbum accusandi casum invenies, qui rem ablatam designet, uti Aristophan. *Nub.* v. 624, Plutarch. *Poplic.*, Philon. *De Mundo*: aliquando vero subandiri debet, quemadmodum heic intelligimus την φωνην, το πνευμα, vel quidpiam simile: quod omisisse Philodemus videtur ob nimiam propinquitatem alterius accusativi την Ὑποκρισιν. Nimirum αφαιρουμενου ad praecedens λεγοντα referendum est.

Lin. 16. et seqq. εναντιαν τη των πολειτικων κ. λ.) En tibi similis sententia de tanto Oratore: αναγνωσεως τε μαλλον οικειοτερος εστίν, η ῥησεως. Τοιγαρτοι τας μεν επιδειξεις τας εν ταις πανηγυρεσι, και την εκ χειρος θεωριαν φερουσιν αυτου οἱ λογοι· τους δ' εν εκκλησιαις, και δικαστηριοις αγωνας ουχ ὑπομενουσι. Τουτου δ' αιτιον, ὅτι πολυ το παθητικον εν εκεινοις ειναι δει, τουτο δε ἡκιστα δεχεται περιοδος· αἱτε παρομειωσεις, και παρισωσεις, και τα αντιθετα, και πας ὁ των τοιουτων σχηματων κοσμος πολυς εστι παρ' αυτῳ, και λυπει πολλακις την αλλην κατασκευην προσισταμενος ταις ακοαις. *Est ad legendum, quam dicendum accommodatior. Ac ostentationem quidem in ludorum celebritatibus, et lectionem otiosam ferunt eius orationes: sed a forensi strepitu, concionumque procellis sunt remotissimae. In causa illud est, quod multum in illis acrimoniae, et affectuum esse oportet: id quod periodus minime recipit. Nam et similiter finita, et comparia, et antitheta, et universus talium figurarum mundus multus apud eum est; auriumque saepe fastidiis adhaerescit, et structuram orationis turbat.* Dionys. Halic. *De Isoc. Iudic.* Multum tamen a Dionysio Tullius discrepat, qui de Isocrate passim minus severum iudicium profert. Cap. II. *magnus orator* inquit *et perfectus magister, quamquam forensi luce caruit. De Clar. Orat.* n. XXXII.

Lin. 21. et seqq. επιδιφριον). *Ignavum*, et *effoeminatum* sermonem haec vox indicat; sed nimis acerbe; nam potius *molliorem* dixeris; siquidem Isocrates *primus instituit dilatare verbis; et mollioribus numeris explere sententias.* Cic. *Orat.* XLI. *Dulce orationis genus, et solutum, et effluens, sententiis argutum, verbis sonans, est in illo epidictico genere, quod diximus proprium Sophistarum; pompae, quam pugnae aptius; gymnasiis, et palaestrae dicatum; spretum et pulsum foro.* Id. *ibid.* n. XLII. *Festivitates numerorum Isocrates.....moderatius temperavit.* Id. *ibid.* n. CLXXIV. Philodemus tamen eos sectatus est, qui dictionem Isocrateam ὑπτιαν, και κεχυμενην πλουσιως, *supinam*, et *prae copia elumbem* esse pronuntiarunt. Dionys. Halic. *De Isocr. Iudic.* Cap. II.



Λ ... ΙΝϹΥΜΒΟΥΛΕΥΟΝΤΑΚΑΙ
ΠΛΑϹΜΑ ΚΑΙΤΗΝΑΛΛΗΝΚΑ
ΤΑϹΚΕΥΗΝΔΗΜΗΓΟΡΟΥΠΕ
ΡΙΒΑΛΛΟΜΕΝΟΝ ΕΠΑΙ ... ΝΩϹ
ΤΟΥΠΑΙΔΟϹΦΩΝΗΝΑΠΟ
... ΛΡΑΚΕΝΑΙΜΗΤΕΤΟΝΟΝ
... ΗΤΕΠΑΘΟϹΜΗΘΥΠΟΚΡΙ
ϹΙΝΔΥΝΑΜΕΝΟΥΦΕΡΕΙΝΤΟΥϹ
... ΝΥΝ—ΟΥΤΑΥΤΟΜΟΝΟΝ
... ΕΝΕΧΟΝΤΑ ... ΑΛΛΑ
... ΩΝ ΕΚΕΙΝΟΥΠΟΤΙΜΩΝ
... ΕΙΛΩΜΕΝΩϹΤΑΠΟΛΛΑ
... ΗΝΚΑΙΤΟΝΩΚΕΚΛΙΜΕ
ΝΩ ... ΚΑΙΔΙΩΡΓΙϹΜΕΝΩϹΕΚ
ΦΕΡΟΝΤΑϹΟΤΑΝΔΗΘΟϹΕΜ
ΦΑΙΝΕΙΝΘΕΛΩ ϹΙΚΟΙΛΟΦΩ
ΝΩϹΚΑΙΠΕΠΛΑϹΜΕΝΩϹ
ΛΑΡΥΓΓΙΖΟΝΤΑ ... ΑΛΛΑ
ΔΗΤΑΜΕΝΠΕΡΙΤΗϹΥΠΟΚΡΙ
ϹΕΩϹΠΑΡΑΓΓΕΛΜΑΤΑΠΡΩ
ΗΝΤΙϹΙΝΕΦΛΥΑΡΗΘΗΘΑΥ
ΜΑϹΤΩϹΔΕΚΑΙΤΩΝΗΡΩ
ΩΝΚΑΙΤΩΝ ΜΕΤΑΥΤΟΥϹ
ΥΠΕΚΡΕΙ ... ΙΟΝΤΟΠΟΛΛΟΙ
ΚΑΘΑΠΕΡΕϹΤΙΝΛΑΒΕΙΝ
ΤΑΜΕΝΠ ... ΑΡΑΠΟΙΗΤΩΝ

COL. XVIII

Carlo Oratj dis. *Bart. Oratj inc.*

COLUMNA XVIII.

λησιν συμβουλευοντα, και πλασμα, και την αλλην κατασκευην δημηγορου περιβαλλομενον επ' αναγνωστου παιδος φωνην αποδεδρακεναι, μητε τονον, μητε παθος, μηθ' Υποκρισιν δυναμενου φερειν. Τους δε νυν ου ταυτο μονον δωρμεν εχοντας, αλλα και των εκεινου ποτιμων εψειλωμενως, τα πολλα ρυδην, και τονω κεκλιμενω, και διωργισμενως εκφεροντας · οταν δ' ηθος εμφαινειν θελωσι, κοιλοφωνω και πεπλασμενως λαρυγγιζοντα Αλλα δη τα μεν περι της Υποκρισεως παραγγελματα πρωην τισιν εφλυαρηθη. Θαυμαστως δε και των Ηρωων, και των μετ' αυτους υπεκρει οντο πολλοι, καθαπερ εστιν λαβειν τα μεν παρα ποιητων,

Graecis consilium dat, atque sermonis structura, et reliquo apparatu oratorio se exornat, ad pueri lectoris modum vocem effingat; qui *puer* neque accentum, neque affectum, neque Pronuntiationem sustinere valeat. ¶ Hos autem *Sophistas* nunc cernimus non modo istud *vitium* habere, sed etiam ea, quae ab illo *Isocrate* hauriuntur, *videlicet* imberbis pueri more, ut plurimum impetuose, et accentu depresso, atque concitate proferre; quando vero morem *suum* ostendere volunt, rotunda voce et diducto gutture clamitare. At vero *obiiciunt*: praecepta quidem de Pronuntiatione dudum nonnulli effutierunt. Sed mirum in modum multi tum Heroum, tum eorum, qui post ipsos *fuerunt Heroas*, in Pronunciatione excelluerunt; quemadmodum disci potest *de Heroibus* quidem a poëtis,

CAP. XIV.

Vitia Pronuntiationis in Sophistis.

ADNOTATIONES.


Lin. 1. Ἑλλησιν συμβουλευοντα). Lectionem confirmant ea Isocratis verba, quibus animum intendisse noster Auctor videtur: ὑπερ της των Ἑλληνων σωτηριας παρεσκευασμαι συμβουλευειν, *de tuenda Graecorum salute consilia dare institui. Ep. ad Philipp.* p. 416. *Paris* 1782. Paullo post: επιχειρω τοιν μεγιστοιν, ὑπερ της Ἑλλαδος λεγειν, και σοι συμβουλευειν · *duo maximi momenti adgredior, videlicet de Graeciae statu dicere, et tibi consilium dare.* p. 418.

Lin. 4. et seqq. επ' αναγνωστου παιδος κ. λ.) Paullo ante audivimus Dionysium eadem de culpa Isocratis orationes accusantem. Sed is in Sophistas recitantes hanc culpam reiecit: και τοι με ου λεληθεν, ὁσον διαφερουσι των λογων εις το πειθειν οἱ λεγομενοι των αναγινωσκομενων, ουδ' ὁτι παντες ὑπειληφασι τους μεν περι σπουδαιων πραγματων, και κατεπειγοντων ῥητορευεσθαι, τους δε προς επιδειξιν, και προς εργολαβιαν γεγραφθαι. Και ταυτ' ου κακως εγνωκασιν. Επειδαν γαρ ὁ λογος αποστερηθη της τε δοξης του λεγοντος, και της φωνης, και των μεταβολων των εν ταις ῥητορειαις γιγνομενων, ετι δε και των καιρων, και της σπουδης της περι την πραξιν, και μηδεν η το συναγωνιζομενον, και συμπειθον, αλλα των μεν προειρημενων ἁπαντων ερημος γενηται και γυμνος, αναγινωσκη δε τις αυτον απιθανως, και μηδεν ηθος ενσημαινομενος, αλλ' ὡσπερ απαριθμων, εικοτως οιμαι φαυλος ειναι δοκει τοις ακουουσιν. *Neque vero me latet, quantum intersit ad persuadendum, orationes inter, quae pronuntiantur ab ipso oratore, et eas quae recitantur; neque ignoro omnes existimare illas de rebus gravibus et necessariis haberi, has autem ostentationis aut quaestus gratia scriptas esse. Ac in his quidem non male iudicant. Nam si dicentis et auctoritate, et voce, et artificiosa Actionis varietate destituatur oratio, atque etiam occasiones desint et studium gerendae rei, nihilque sit quod huius vires augeat, et ad persuadendum adiuvet, sed quum his omnibus careat, tum vero inepte, nulloque affectu recitetur ab aliquo, verba quasi numerante, eam contemni ab auditoribus quis miretur?* Isocrat. *Orat. ad Philipp.* pag. 324. *et seq.* T. I. *Paris.* 1782.

Lin. 7. μητε παθος). Quod frigida interdum Isocratis oratio, et affectibus commovendis impar fuerit, praeter Dionysium Halicarnassensem, tum Cicero in *Oratore*, Cap. LII. et LXI., tum Plinius, *Hist. Natur.* Lib. VIII. cap. 30, tum Plutarchus, tum alii passim animadverterunt. Qui plura hac de re legere desiderat, adeat Schirachium Disput. II; is enim omnia collegit, atque discussit, quae ad laudem eloquentiae Isocrateae faciunt, et quae Philonicus, Hermogenes, Longinus, aliique in Isocrate culparunt.

Lin. 16. et seq. κοιλοφωνως). Uti modo εψειλωμενως, ita nunc novum hoc adverbium Lexicis inserendum est, quod analogia, et sensus evidenter comprobant.

Lin. 21. et seqq. Θαυμαστως κ. λ.) Haec verba praecipue referenda sunt ad eas conciones, quas mira Pronunciatione et audientium commotione ab Heroibus prolatas Homerum, aliosque poëtas, qui Heroum gesta cecinerunt, narrasse comperimus. Referenda quoque sunt ad alias passim ab egregiis viris habitas, quas Philodemus legerat apud Herodotum, cui adcensendi sunt caeteri antiquiores Historici, de quibus vide Vossium *De Historicis Graecis*, Cap. I. et II.



Carlo Oratj dis. *Gio. B. Casanova inc.*

COLUMNA XIX.

τα δε και παρ' ἱστορικων , κα-
ξ ὧν αυτοι γραπτων καταλε-
λοιπασιν. Οἱ δε τεχνογρα-
φοι και φανερον καθιστασιν
το κατ' αληθειαν μεν ὑπαρ-
χον , επικρυπτομενον δ' ὑ-
πο των πολειτικων · ὁτι
του φανηναι σεμνοι, και κα-
λοικαγαθοι, μαλιστα δε του
πλανησαι τους ακουοντας,
ετι δε του δεινωσαι, μεθο-
δευουσι τας Ὑποκρισεις ·
ὧν ουδενος ὁ των αλλων
τεχνειτης, ουχ ὁτι των
κατα Φιλοσοφιαν, προσ-
δειται. Διο και των προς
τι την επιτετευγμενην
Ὑποκρισιν ειναι τις λεγων,
ουκ αν διαμαρτανοι. Ῥητο-
ρι μεν γαρ ἡ τοιαυτη, τα-
χα δε και τῳ πολειτικῳ,
και τῳ Σοφιστῃ διαφο-
ρωτερα προσηκει,
Φιλοσοφῳ δ' ἑτερα, τοις
δ' επ' αλλων μαθηματων
αλλη, και νεῳ δη αμεινων,

de aliis vero etiam ab historicis, et ex iis, quae ipsi scripta reliquerunt. Verum artis *Rhetoricae* scriptores etiam perspicue exhibent id, quod secundum veritatem quidem est, sed a politicis *Oratoribus* celatur; quoniam *hi* eo dirigunt suas Pronuntiationes, ut graves viri et honesti videantur; praesertim vero ut auditores decipiant, immo etiam ut percellant: quarum rerum nulla indiget is, qui aliis artibus incumbit, nedum qui Philosophiam profitetur. ¶ Quare si quis dicat quamlibet Pronuntiationem esse inter res relativas, utique non aberraverit. Ea enim Rhetori, fortasse etiam politico *Oratori*, et Sophistae diversa convenit; alia vero etiam Philosopho, alia vero his qui alias disciplinas persequuntur, et iuveni utique accuratior,

CAP. XV.

Pronuntiatio est inter res relativas.

Lin. 1. seq. καξ). Crasim vocularum και ἐξ inusitatam quidem esse fatemur, sed generalibus regulis consentaneam, et Grammatistarum ferulae minime obnoxiam censemus.

Lin. 10. πλανησαι τούς ακουοντας, ετι δε του δεινωσαι κ. λ.) Duae Sophistarum fraudes heic deteguntur; altera, quod ad decipiendum suas instituerent orationes: altera, quod auditores percellere conarentur. Ad primam quod attinet, Sophistarum responsiones απορους, ατοπους, λαβυρινθωδεις vocat Lucianus *Fugit.* C. X. Erat porro Rhetoribus sollemne illud praeceptum: παραπειστεον τους δικαστας.......μοιχῳ συνηγορητεον, η ἱεροσυλῳ, *secus ac res est, persuadendum est iudicibus.....adulter defendendus est, aut sacrilegus:* ita Sextus Emp *Adv. Rhet.* L. II. segm. 11. Is deinde Critolaum etiam, atque Platonem adlegat, qui Rhetoricam utpote *decipiendi artificium* εκακισαν, *vituperarunt*, segm. 12., quibus adiiciendus est Athenaeus, qui eam *fallendi artem* nuncupavit, uti testatur Quinctilianus. *Instit.* Lib. II. cap. 15. Ad alterum quod spectat, idem Empiricus Rhetores ψηφοπαικταις, *praestigiatoribus* comparat; quia δια πανουργιαν τας των δικαστων διανοιας αμαυρωσιν, *per astutiam animis iudicum tenebras offundunt. Ibid.* segm. 39: deinde plura agglomerat, quo ostendat Sophistarum artificia eo intendere, ut *perculsos* auditores ad suam sententiam pertrahant.

Lin. 16. et seqq. των προς τι την επιτετευγμενην κ. λ.). Pronuntiationem tum in vocis figura, tum in corporis motu innumeras admittere varietates pro varietate rerum, quae aguntur, satis ingenue fatentur, qui de ipsa scripserunt. *Quoniam multitudo vocis in tres partes divisa est, et hae partes ipsae in octo partes alias distributae; harum octo partium quae cuiusque idonea Pronuntiatio sit, demonstrandum videtur.......Ad easdem igitur partes, in quas non est distributa, motus quoque corporis ratio videtur esse accommodanda. Auct. ad Herenn.* Lib. III. n. 24 et 26. Id fusius docet Quinctilianus, ubi *multiplicem rationem utendi voce, et gestu docet. Inst.* Lib. XI. cap. 3.

Lin. 26. και νεῳ δη αμεινων). Interstitiolum, et verborum reliquiae supplementum hoc exposcere videntur. Certe iuvenibus Actionem sedulo discendam esse probat idem Fabius: *sunt, qui rudem illam, et qualem impetus cuiusque animi tulit, Actionem iudicent fortiorem.......sed nostro labori dent veniam, qui nihil credimus esse perfectum, nisi ubi natura cura iuvetur.* l. c.

ΚΑΙΓΕΡΟΝΤ..ΠΑΡΑΛΛΑΤΤΟΥ
ΣΑ ΚΑΙΓΥΝΑΙΚΙΔΗΛΟΝΟΤΙ
ΜΑΛΛΟΝΔΕΚΑΙΚΑΤΑΤΟΠΟΥΣ
ΕΤΕ..ΙΑΠΡΕΠΕΙΠΑΡΑΛΛΟΙΣ
ΠΑΡΑΛΛΗΔΙΑΧΩΡΕΙΚΑΙΚΑ
ΤΑΓΕΛΑΤΑΙ ΠΡΟΣΕΙΛΗΦΘΩ
ΔΟΤΙ ΚΑΙΤ..ΠΛΕΙΩΤΩΝΠΑΡ
ΑΝΓΕΛΜΑΤΩΝΠΑΙΔΑΓΩ
ΓΟΙΣΕΟΙΚΕΝ ΟΙΔΕΤΗΝΤΕ
ΧΝΗΝΚΑΙΔΙΑ—ΤΟΥΤΩΝΥ
ΠΟΛΑΜΒΑΝΟΥΣΙΜΕΓΑΛΥ
ΝΕΙΝ ΑΛΛΑΜΗΝΟΙΜΕΝ
ΤΩΝΣΟΦΙΣΤΩΝΤΑΣΚΟΙ
ΝΑΣΦΡΕΝΑΣΕΧΟΝΤΕΣΟΥ
ΠΕΡΙΤΩΝΕ..ΠΑΝΤΙΠΡΟ
ΒΛΗΜΑΤΙΠΡΟΟΙΜΙΩΝΚΑΙ
ΔΙΗΓΗΣΕΩΝΚΑΙΠΙΣΤΕΩΝ
ΚΑΙΥΠΕΞΑΙΡΕΣΕΩΝΚΑΙ
ΕΠΙΛΟΓΩΝΕΑΥΤΟΙΣΟΙΟΝ
ΤΑΙΠΡΟΣΗΚΕΙΝΑΛΛΑΤΩΝ
ΕΝΤΩΙΠΟ...ΚΩΙΤΟΔΕ
ΤΩΝΠΑΧΥΤΕ..ΝΠΛΗΘΟΣ
ΩΣΜΟΝΟΙΣΤΑΥΤΕΚΠΟΝΕΙ
ΤΑΙΛΕΓΕΙΔΙΕΙΛΗΦΕΔΟΤΟΥ
ΤΕΙΜΟΝΑΤΑΠΟΛΕΙΤΙΚΑ
ΔΙΑΤΟΥΤΩΝΦΗΣΙΝΠΡΟ
ΒΑΙΝΕΙΝΤΩΝΜΕΡΩΝΟΥΤΕΙ

COL. XX

Carlo Oratij dis. e inc.

COLUMNA XX.

και γεροντι παραλλαττουσα, και γυναικι δηλονοτι. Μαλλον δε και κατα τοπους ἑτεροια πρεπει · παρ' αλλοις γαρ αλλη διαχωρει, και καταγελαται. Προσειληφθω δ', ὁτι και τα πλειω των παρανγελματων Παιδαγωγοις εοικεν · οἱ δε την τεχνην και δια τουτων ὑπολαμβανουσι μεγαλυνειν. Αλλα μην οἱ μεν των Σοφιστων τας κοινας φρενας εχοντες ου περι των εν παντι προβληματι προοιμιων, και διηγησεων, και πιστεων, και ὑπεξαιρεσεων, και επιλογων ἑαυτοις οιονται προσηκειν, αλλα των εν τῳ πολειτικῳ. Το δε των παχυτερων πληθος, ὡς μονοις ταυτ' εκπονειται, λεγει · διειληφε δ' ὁτι ουτ' ει μονα τα πολειτικα δια τουτων φησιν προβαινειν των μερων, ουτ' ει

et seni differens, et mulieri omnino. Magis autem pro locorum ratione varia convenit; apud alios enim alia libenter excipitur, alia deridetur. ¶ Adsumatur autem, pleraque praeceptorum etiam Paedagogis convenire: illi autem *Sophistae* Artem etiam per haec magnificandam suscipiunt. At vero ii quidem Sophistae, qui sensum communem habent, non de quolibet argumento, sed de politico tantum prooemia, et narrationes, et probationes, et exceptiones, et epilogos sibi convenire arbitrantur. Rudiorum vero *Sophistarum* turba adseverat has orationis partes ab ipsis solis elaborari: censet autem, neque si sola *argumenta* politica per has partes procedere dicat, neque si

CAP. XVI.

Quaenam, et quam falso sibi adrogent nonnulli Sophistae.

Lin. 5. διαχωρει). Hoc verbum tam in bonam, quam in malam partem adcipi potest: interdum enim *vigere, non reiici,* interdum vero *egerere*, *excrementa deponere* significat. Si primum intelligas, opponitur τῳ καταγελαται, idque nobis magis placuit, tum ad vim intransitivam, huius verbi propriam, exprimendam, tum ad αντιθεσιν servandam. Sin alterum, tunc subsequenti verbo cohaerebit. Nemo autem ignorat Pronuntiationem, ipsamque Rethoricam quibusdam civitatibus placuisse, ab aliis vero fuisse eiectam. Vide Sextum *Adv. Rhet.* Lib. II. seg. 20. et seqq. Quin etiam adversus Actionis praestigia tenebris se muniebant Areopagitae. Vide Lucian. *Hermot.* cap. LXIV.


Lib. 6. Προσειληφθω κ. λ.) Apud Dialecticos vox προσληψις eam propositionem significat, ex qua ad primam propositionem adsumpta oriuntur τα επιφερομενα, *illationes*. Vide Bud. *Comm.* p. 144. Adsumit itaque Philodemus plura Sophistarum praecepta ad quamdam Παιδαγωγιαν pertinere, eique adsimilari, ut pote quae iuvenculis instituendis proponebantur. Contendit autem hoc nomine Rethoricam non esse magnificandam; quandoquidem neque Παιδαγωγοι, neque Παιδαγωγια magnam sibi laudem unquam adrogarunt. Etenim apud Latinos quidem *Paedagogus* est in contemptu, uti apud Plautum: *hic ille est Paedagogus: hunc ego cupio excruciari. Pseud.* Act. I. Sc. 5. v. 32. Quare in proverbio videtur fuisse *Paedagogi vultus.* Suet. *Vit. Ner.* cap. XXVII. Apud Graecos pariter in derisione fuerunt huiusmodi magistri: quod satis probat Aristophanis locus, *Nub.* v. 964. Παιδαγωγια pariter adeo spernebatur, ut φευγηται το Παιδαγωγιας ονομα, *fugeretur Paedagogiae nomen.* Plut. *Vit. Alex.* T. IV. p. 10. *Londini* 1723.

Lin. 15. περι των εν παντι κ. λ.) Quod de quolibet argumento nonnulli Sophistae se disputaturos spoponderint, paullo ante indicavimus pag. 67. Sed alii praecipue argumentis politicis incumbebant, uti demonstravimus in *Vol.* IV. p. 21. et seqq. Illos autem Philodemus το των παχυτερων πληθος adpellat, quia neminem latebat vetus effatum:

Ουδεις ανθρωπων αυτος άπαντα σοφος.
Nemo homines inter noscere cuncta potest.

Hos autem κοινας φρενας εχοντας nuncupat, quia unum sibi scopum praefigebant, quo et se, et suos discipulos dirigerent. Etsi enim Aristoteles, aliique Rhetoricae artis Scriptores hanc εν παντι προβληματι versari docuerint, tamen non ita intelligendi sunt, ut promittant se discipulos universis disciplinis instructuros; sed tantum ea praecepta daturos, quibus discipuli, aliunde aliqua disciplina instructi, recte et facunde de ipsa forent acturi. Vide Aristotelem *Rhet.* Lib. I. cap. 2.

Lin. 18. ύπεξαιρεσεων). Sollerter adnotat Spengelius hanc vocem explicans: *non exornatio, figura est, de qua Rhet. Graec. VIII. 437. 675. 699, sed ex quorundam divisione pars orationis, de qua vid. Fortunatianus p. 78. 88. Capp. cuius ars cum Stoicos sequatur, Philodemi adversarium item Stoicum fuisse probabile est. Ceterum in illorum sophistarum numero* των τας κοινας εχοντων φρενας *non est Aristoteles; non enim ut posteriores* εν πολιτικῳ πραγματι *omne munus esse rhetoricae concessit, sed* εν παντι προβληματι *eam versari confirmavit.* Addendum est eam voce a Quinctiliano verti *exceptionem Instit.* Lib. III. cap. 8. Num vero Stoicus fuerit Philodemi Adversarius, in Praefatione discussimus.



ΠΑΝΤΑΜΕΝΜΟΝΟΙΔΑΥΤΟΙ
ΤΑΣΕΙΣΠΑΝΤΕΝΑΡΜΟΤΤΟΥ
ΣΑΣΜΕΘΟΔΟΥΣΥΠΟΓΡΑΦΟΥ
...ΟΥΤΕΙΜΟΝΟΙΠΕΡΙΤΩΝ
ΙΔΙΩΝ ΗΜΑΛΙΣΤΑ...ΑΝΤ...Ν
ΠΑΡΕΔΟΣΑΝ ΟΙΑΛΛΟΙ ΠΑΡΑ
ΛΕΛΟΙΠΑΣΙΝΗΒΡΑΧΕΩΣΕ
Φ...ΣΤΗΚΑΣΙΤΑΙΣΙΔΙ...ΙΣ
ΕΑΥΤΟΙ...ΕΜΠΡΕΨΑΙΔΥΝΑ
ΜΕΝΑΙΣΩΝΤΟΠΡΩ ΤΟΝ (ΜΕΝ written above)
ΑΘ...ΙΟΝ ΕΣΤΙΝΟΤΙΣΧΕΔΟΝ
ΠΑΝΣΚΕΜΜΑΔΙΑΤΟΥΤΩΝ
ΑΛΛ...ΥΤΟΠΟΛΕΙΤΙΚΟΝΜΟ
ΝΟΝΔΙΟΙΚΕΙΤΑΙ ΤΟΔΕ (Α written above)
ΔΕΥΤΕΡ...ΟΤΙΠΕΡΙΤΩΝΚΑ
ΤΑΦΙΛΟΣΟΦΙΑΝΚΑΙΓΡΑΜ
ΜΑΤΙΚ...ΝΚΑΙΜΟΥΣΙΚΗΝ
ΚΑΙ...ΤΡΙΑΝΚΑΙΤΑΛ
ΛΑ...ΙΣΟΛΟΙΣΟΥΔΕΝΟΙΤΕ
ΧΝ...ΓΟΙΠ...ΔΕΔΩΚΑ
ΣΙΝ...ΟΙΝΑΤΙΝΑ
ΤΑ...ΙΤΑΠΑΝ
ΤΩΝ...ΑΝΓΕΛΜΑΤΑΟΥ
ΔΕΙΠ...ΜΑΛΛΟΝΑΥ
ΤΟΙΣ...ΝΕΚΕΧΩΡΗΤΟΗ
ΔΙΕ...ΣΤΟΤΩΝΑΛΛΩΝ
...ΚΑΤΑΛΟΓΟΝΕΞΕ

COL. XXI

Carlo Oratij dis. *Bart. Oratij inc.*

COLUMNA XXI.

παντα μεν, μονοι δ' αυτοι τας εις παντ' εναρμοττουσας μεθοδους ὑπογραφουσιν · ουτ' ει μονοι περι των ιδιων, η μαλιστα παντων παρεδοσαν, οἱ αλλοι παραλελοιπασιν, η βραχεως εφεστηκασι ταις ιδιολογιαις, ἑαυτοις εμπρεψαι δυναμεναις. Ω῾ν το μεν πρωτον αθλιον εστιν, ὁτι σχεδον παν σκεμμα δια τουτων, αλλ' ου το πολειτικον μονον διακειται. Το δε δευτερον, ὁτι τερι των κατα Φιλοσοφιαν, και Γραμματικην, και Μουσικην, και Γεωμετριαν, και τ' αλλα τοις ὁλοις ουδεν οἱ τεχνολο γοι παραδεδωκασιν, αλλ' εστιν κοινα τινα τα γε συνεχοντα παντων παραγγελματα · ουδ' ειπερ ην, μαλλον αυτοις συνεκεχωρητο, η διεγνωστο των αλλων · αλλ' ει το κατα λογον εξε-

omnia *argumenta procedere*, et quidem ipsos solos universis *argumentis* convenientes commentationes concinnare *dicat*; neque si soli de propriis *doctrinis*, aut prae caeteris scriptoribus omnibus egerunt; alios *scriptores huiusmodi tractationes* praetermisisse, aut breviter tractasse peculiaribus sermonibus, qui eis ipsis poterant convenire. Quorum primum quidem ineptum est, quia per hos *scriptores* omnis fere commentatio, non politica solum habetur. Alterum autem *pariter ineptum* est, siquidem de rebus ad Grammaticam, et Musicam, et Geometriam, et ad alia spectantibus, nihil omnino *Rhetoricae* Artis Auctores tradiderunt, sed *ab eis* quaedam universis *disciplinis* communia et compendiaria praecepta eduntur; neque si *quid de iis disciplinis a Sophistis scriptum* extaret, ipsis potius, quam aliis attributum esset aut cognitum; sed si id, quod secundum rationem est,

ADNOTATIONES.

Lin. 1. et seqq. παντα μεν κ. λ.) Rhetorum audaciam eo usque increvisse, ut haec se, et quidem solos praestituros iactarent, quae commemorat Auctor noster; discimus etiam a Cicerone, qui idcirco scripsit: *quasi vero perpetua oratio Rhetorum solum, non etiam Philosophorum sit. De Fin.* Lib. II. n. 17. Ii nimirum ad Sophistas pertinebant, de quorum scientia, et ambitione Plato plurimum disserit, in *Euthyd.* T. I. p. 273. et seqq. *edit. Steph.* De eorum technis ad omnigenam eruditionem ostentandam comparatis, vide Senecam, Epist. CXI.


Lin. 8. ιδιολογιαις.) Aristoteles fatetur cuiuscumque disciplinae cultoribus ita de ea esse scribendum, ut ad docendum simul et persuadendum, quod quidem est proprie Rhetoricae munus, rite perveniant. Inquit enim: των αλλων ἑκαστη περι το αυτη ὑποκειμενον εστι διδασκαλικη, και πειστικη, οἷον Ιατρικη περι ὑγιεινον, και νοσερον, και Γεωμετρια περι τα σύμβεβηκοτα παθη τοις μεγεθεσι, και Αριθμητικη περι αριθμον· ὁμοιως δε και αἱ λοιπαι των τεχνων, και επιστημων. *Nam ex aliis* disciplinis *unaquaeque in re sibi subiecta exercet vim docendi, et persuadendi; quemadmodum Medicina in sanabili, et morboso: et Geometria in affectionibus, quae adcidunt magnitudinibus, et Arithmetica in numero: similiter vero etiam reliquae artes, et scientiae. Rhet.* Lib. I. cap. 2. Quare nihil est, quod Philodemo heic Sophistas perstringenti improbemus sententiam, quae etiam a Philosophorum Principe prolata fuerat: neque nobis temeritatis nota est, quod ιδιολογιαις legendum putavimus.

Lin. 11. αθλιον). Hoc adiectivum vertimus *ineptum:* quo sensu αθλιος ζωγραφος, et συγγραμμα αθλιον apud Demosthenem legitur. Vide Reiskium, *Ind. Graec. Demosth.* Profecto αθλιος Hesychio est ατιμος, atque Polluci αδηλος, απορος. Porro hoc verbum Philodemus semel heic adhibet, deinde subintelligendum relinquit, dum tria a Sophistis intoleranter se iactantibus perperam usurpata recenset, eisque deneganda esse breviter demonstrat. Eodem plane sensu vertenda mox occurret αθλιοτης, Col. XXIV. lin. 14.

Lin. 19. et seqq. τεχνολογοι). Modo hanc vocem, modo τεχνογραφους adhibet Noster: quod magis magisque probabitur verbo εκτετεχνολογηται in sequenti Columna v. 10. legendo. Ita nimirum vocat Rhetoricae Artis auctores et Sophistas, quos quidem usque ad eius aetatem nullum de memoratis disciplinis tractatum edidisse affirmat, quum revera sequiori aevo complures ab eis concinnati in lucem prodierint.

Lin. 21. αλλ' εστιν κ. λ.) Si quis legere malit ουδ' εστιν, non intercedimus. Potuit enim Auctor dicere non posse omnes disciplinas contineri communibus, et generalibus iis praeceptis, quae a Sophistis tradebantur.

Lin. 24. ειπερ ην). Mens Philodemi haec esse videtur: si generalia praecepta sufficerent, ea potius a Philosophis, quam a Rhetoribus expetenda forent.



Carlo Oratij dis. *Gio. B. Casanova inc.*

COLUMNA XXII.

ταζειν βουλοιτο τις, τοις Φι-
λοσοφοις. Το δε τριτον,
ὁτι και τοις αλλοις μεν ὑ-
περ των οικειων, αλλα
δη μαλιστα τοις Φιλοσο-
φοις ὁ συντελει κατηχεισ-
θαι, και ὁ δει αποδεικνυ-
ειν, και επι ατοπων τους
ενισταμενους ευθυνειν,
εκτετεχνολογηται. Διη-
γησεσιν δ' ισως, και τοις
επιλεγομενοις ου δαψι-
λως χρωνται · πλην ου-
δ περι τουτων αμελεσ-
τερον εκεινων ανεστρα-
φησαν. Της δ' αυτης α-
διαληψιας εχεται και του-
το λεγομενον ὑπο τινων,
ὁτι μονης, η μαλιστα
της Ῥητορικης εστιν το
τους ενδεχομενους
εις ἑκαστον λογους εξ-
ευρισκειν · διο και τελος
αυτης τουτ' ειναι τινες
εφησαν. Πρωτον μεν
γαρ ουθεν διαφερει του-
το της Εὑρεσεως, μαλ·

expendere quispiam velit, Philosophis. Tertium denique *etiam ineptum est*; quoniam etiam ab aliis *scriptoribus* de *disciplinis* ad se pertinentibus, immo praecipue a Philosophis id, quod operae pretium est exponi, quodque oportet demonstrari, atque eos, qui in erroribus versantur, corrigere, adcurate tractatum est. Fortasse vero narrationibus, et perorationibus *Philosophi* non affatim utuntur: verumtamen in his *orationis partibus* haud negligentius, quam illi *Sophistae* versati sunt. ¶ Porro aeque absurdum est illud etiam, quod a nonnullis dicitur: *videlicet* ad Rhetoricam solam, aut praecipue *ad eam* spectare, ut sermones singulis argumentis adcommodatos inveniat: quapropter etiam eius finem hunc esse quidam adseruerunt. Primum enim nihil differt hoc ab Inventione;

CAP. XVII.
Alia Rhetorum absurditas de Inventione refellitur.


ADNOTATIONES.

Lin. 5. seqq. μαλιστα τοις Φιλοσοφοις κ. λ.) Hanc sententiam sequutus est alter Epicuri discipulus, nempe Polystratus, uti ab eo scriptum invenimus: τους τη Φιλοσοφια χρωμενους περι ἑκαστων λαλειν....και τουτο της πασης Φιλοσοφιας εργον εστιν, *viros Philosophia utentes de singulis rebus loqui.....atque hoc est omnis Philosophiae opus. Herc. Vol.* T. IV. p. 17. Qua de re non dissentit Tullius; ait enim: *Philosophus, qui de sua vi, ac sapientia unus paene omnia profitetur, is est, qui omnium rerum divinarum, atque humanarum naturam, caussasque noscit, et omnem bene vivendi rationem tenet, ac persequitur.* I. *De Orat.* n. 212. *Philosophi....omnia, sicut propria sua, esse, atque a se possideri volunt. Ibid.* n. 217. Is etiam de Philosophia haec habet: *Philosophiam laudandarum artium omnium procreatrix, et quasi parens. Ibid.* 9. *Omnis optimarum rerum cognitio, atque in iis exercitatio, Philosophia nominatur. Ibid.* III n. 57. Porro quid Plato, Aristoteles, aliique Sectarum Antesignani de Philosophiae fine senserint, fuse exponit, discutitque Maximus Tyrius duabus Dissertationibus de hac quaestione concinnatis, scilicet XIX. et XXXIV. Sufficit autem nobis ad explicanda Philodemi verba, ea praesertim quae supplevimus, meminisse non absimilem doctrinam ab Epicuro eius institutore traditam fuisse, ut ex pluribus Graecorum testimoniis probat Gassendus in *Lib. X. Laërt. de Phil. Epic.* T. I. p. 68. et seqq. Quod vero Philosophiae illud tribuat Epicurus, ut *eos, qui in errore versantur, corrigat*, quemadmodum divinando heic legimus; vide *ibid.* p. 74. et seqq. *Lugd.* 1675. Adde etiam Polystrati locum: ευθυνεις.....κατα παντα και σαυτου, και των αλλων ανθρωπων, *corriges......in omnibus tum quae tui ipsius sunt, tum quae sunt aliorum. Herc. Vol.* T. IV. p. 49.

Lin. 10 εκτετεχνολογηται). Quum του τεχνολογειν plura adsint exempla, licuit utique Philodemo, *signatum praesente nota procudere* verbum εκτεχνολογειν. Nimirum praeposuit particulam εκ, quae verbis in compositione ornatum, et vehementiam addit, uti passim notant Grammatici. Itaque perbelle indicavit Philosophorum *scribendi cacoëthes*, cuius testimonia nobis luculentissima praebent Catalogi a Menagio *in Laërtium*, a Fabricio, atque ab Harlesio elucubrati. De omnigenis porro argumentis, quae hi pertractanda susceperant, nonnulla narrat Stobaeus, *Serm.* XIX. Quin etiam non unum eorum opus illam meruit Tullii censuram: *hominis est intemperanter abutentis et otio, et litteris. Tuscul.* Lib. I. n. 6.

Lin. 16. et seqq. Της δ' αυτης αδιαληψιας κ. λ.) Novum quidem verbum est αδιαληψια, sed eius significatio facile intelligitur a nomine αδιαληπτος, quod occurrit in Philosophi Secundi *Sententia* V. Vertitur per nos *absurditas*, quum proprie indicet *ratiocinationis et consilii defectum.* Vide Bud. *Comm.* pag. 559. et seqq.

Lin. 23. et seqq. τελος αυτης κ. λ.) Hos inter, qui Rhetoricae finem esse statuerunt, ut de quolibet argumento orationes inveniat, Philodemus fortasse Aristotelem prae oculis habuit: quod et mox observabimus.



ΛΟΝΔ ΥΔΕΤΟΠΕΡΙΤΩΝΠΕΝ
ΤΕΤΟΥΛΟΓΟΥΜΕΡΩΝΤΗΣ
ΕΥΡΕΣΕΩΣΕΥΡΕΣΕΙΣΓΑΡΕΙ
ΙΝΔΙΚΑΘΕΚΑΣΤΟΝΕΠΙ
ΤΞΕΙΣ ΟΙ ΔΩΣΠ ΚΑΙ
ΦΕΡΟΝΤΑΠΡ Λ Ν
ΤΩΣ ΚΑΙ ΕΥΘ ΟΙ Υ
ΤΟΥΣΕΝ ΟΝ
ΔΙΑ
ΣΛ ΣΠ ΛΟΝ
Ι ΔΕΥΤΕΡΟ ΔΕΕΙΜΕΝ
ΚΑΙΠΡΟΣΕΚΑΣ ΝΤΩΝΕΝ
ΙΑΤΡΙΚΗΙΚ ΙΜΟΥΣΙΚΗΙΚΑ
ΓΕΩΜΕΤΡΙΑ ΚΑΙΤΩΝΑΛ
ΛΩΝΤΟΥΣΕΝΔΕΧΟΜ ΝΟΥΣ
ΕΥΡΙΣΚΕΙΝΛΟΓΟΥΣΦΑΣΙ
ΤΗΝΡΗΤ ΡΙΚΗΝΤΑΠΑΝ
ΤΑΥΤΗΝΕΙΝΑΙΝΟΜΙΖΟΥ
ΣΙΚΑΙΔΗΛΟΝΟΤΙΦΑΙΝΟΝ
ΤΑΙΚΑΤΑΤΗΝΕΠΑΝΓΕΛΙ
ΑΝΠΡΟΣΠΑΝΤΕΥΠΟΡΟΥΝ
ΤΕΣΟΥΔΕΓΑΡΩΣΗΔΗΠΟΛ
ΛΑΚΙΣΕΙΠΑΜΕΝΑΥΤΟΙΣ
ΠΡΟΣΗΚΕΙΤΑΣΚΟΙΝΑΣ
ΠΕΡΙΠΑΝΤΩΝΜΕΘΟΔΟΥΣ
ΠΑΡΕΓΓΥΑΝΜΑΛΛΟΝΗ
ΤΙΣΙΝΤΩΝΑ ΛΩΝΟΥΔΕΙ
ΣΙΜΕΝΚΟΙΝΑΙΠΕΡΙΠΑΝ

COL. XXIII

Carlo Oratij dis. e inc.

COLUMNA XXIII.

λον δ' ουδε το περι των πεντε του λογου μερων της Ευρεσεως. Ευρεσεις γαρ εισιν αἱ καθ' ἑκαστον επιτευξεις · οἱ δ' ὡς πλειστα και διαφεροντα προβαλλοντως, και παρευθυς εκποιουσιν, ῥᾳον τους ενδεχομενους λογους διαδιδοντες. Δευτερον δε, ει μεν και προς ἑκαστον των εν Ιατρικῃ, και Μουσικῃ, και Γεωμετριᾳ, και των αλλων τους ενδεχομενους εὑρισκειν λογους φασι την Ῥητορικην, τα παντ' αυτην ειναι νομιζουσι. Και δηλον, ὁτι φαινονται κατα την επαγγελιαν προς παντ' ευπορουντες · ουδε γαρ, ὡς ηδη πολλακις ειπαμεν, αυτοις προσηκει τας κοινας περι παντων μεθοδους παρεγγυᾳν, μαλλον η τισιν των αλλων, ουδ' εισι μεν κοιναι περι παν-

potius vero neque quidquid de quinque orationis partibus dicitur, *differt* ab Inventione. Inventiones enim sunt ea, quae in singulis partibus menti obveniunt: hi *Sophistae* autem quam plurima et varia in promtu, atque ex tempore effingunt, dum facilius quaslibet orationes depromunt. Deinde si quidem adfirmant Rhetoricam invenire sermones quoslibet pertinentes etiam ad singula, quae sunt in Medicina, et in Musica, et in Geometria, et in aliis disciplinis; omnia ipsam esse existimant. Et patet eos videri secundum pollicitationem ad omnia affatim paratos: neque enim, uti iam saepe diximus, ipsis potius, quam aliquibus aliis, convenit communes de omnibus *argumentis* commentationes promittere; neque sunt communes de omnibus,

Lin. 1. et seq. πεντε του λογου μερων). Id referas ad eas partes, quae recensentur in Col. XX. lin. 16. et seqq.


Lin. 3. et seqq. Ευρεσεις γαρ κ. λ.) Quod *invenire, et iudicare quid dicas*, ad singulas orationis partes spectet, vide Cic. *Orat.* Cap. XIV. Quum enim in unaquaque parte ea pervestiganda sint, quae ad rem probandam faciunt; utique in singulis necessaria est Inventio, quae definitur ἐπινοια νοηματων ἁρμοδιων τω ὑποκειμενω πραγματι, *excogitatio animadversionum subiectae rei convenientium.* Auct. Συνοπτ. παραδ. Ῥητ. p. 18. Audiatur et Tulliana definitio: *Inventio est excogitatio rerum verarum, aut verisimilium, quae causam probabilem reddant. De Invent.* L. I. n. 9. Vide etiam Quinctil. *Inst.* L. VIII. in prooem. Quare εὑρεσεις plurali numero usurpat Philodemus, easque ad singulas partes pertinere recte adfirmat. Fatemur autem alibi hoc numero nos minime eam vocem invenisse: siquidem Plutarchus την εὑρεσιν scribit, *Mor.* p. 45. et Dionysius εὑρεσεως denominationem esse antiquiorem, quam παρασκευης animadvertit. *De Vi Dem.* cap. LI. p. 1113. Ita etiam vocem adhibent vetustiores Graeci Rhetores.

Lin. 5. et seqq. πλειστα και διαφεροντα κ. λ.) Delio, ut aiunt, urinatore quinque hi versiculi indigebant: nos tamen verba et sententiam ita expiscati sumus, ut memoretur illa *Rhetorum tanta merces, ille campus Leontinus*, qui ad omnigenas disputationes perveniebat. Cic. *ad Quint. Fr.* L. III. epist. 3. Scilicet hi modo Ῥητορες, modo Σοφισται, modo Πολιτικοι, modo Φιλοσοφοι audiebant pro rerum, de quibus agebant, varietate: quod fuse exponit Cresolius *Theatr. Vet. Sophist.* L. I. c. 2. et seqq.

Lin. 6. et seqq. προβαλλοντως). Etsi huius adverbii desint exempla, ausi tamen sumus illud paucis tantum interiectis litterulis in lucem edere: nullum enim aliud sententiae, spatio, atque extantibus elementis aptius nobis succurrit. Profecto παραλλαττοντως, κατατεινοντως, εψιλωμενως, aliaque inusitata usurpare N. A. non dubitavit, uti suo cuiusque loco animadvertimus. Praeterea το προβαλλειν Rhetoribus adeo sollemne erat, ut hoc verbo sese ad quodlibet argumentum eis *propositum* ex tempore tractandum promptos offerrent. Nam Gorgias eorum antesignanus primus in theatro auditoribus dicere ausus est: προβαλλετε, *proponite, quodcumque vultis dicendi argumentum.* Philost. *De Sophist.* L. I. p. 481. et seqq. *ed. Olear.* Atque eodem sensu a Rhetoribus verbum usurpatum testatur Plutarchus: ὁταν τους ακουοντας ὁ λεγων ερωταν, και προβαλλειν κελευση κ. λ. *quando auditores orator interrogare et proponere iusserit, etc. De Auditione*, pag. 42. T. II. *Opp. Francof.* 1599. Gorgiam hac in re sequuti sunt Rhetores, uti testatur Tullius: *quod primum ferunt Leontinum fecisse Gorgiam, qui permagnum quiddam suscipere ac profiteri videbatur; quum se ad omnia, de quibus quisque audire vellet, esse paratum denuntiaret. De Orat.* Lib. I. n. 103. *Primus est ausus Leontinus Gorgias in conventu poscere quaestionem, id est iubere dicere, qua de re quis vellet audire: audax negotium, dicerem impudens, nisi hoc institutum postea translatum ad Philosophos nostros esset. De Fin.* Lib. II. n. 1. Igitur haec in memoriam revocantes, προβαλλοντως, atque παρευθυς heic non invita prodire arbitramur.

Lin. 9. et seqq. λογους διαδιδοντες). Iis, quae perpendenda erant, rite observatis verbum διαδιδοναι caeteris praetulimus, quippe quod usitatam praestabat loquutionem. Nam διαδιδοναι λογον, aut λογους invenimus apud Plutarchum, et Polybium, uti notarunt plures Lexicographi; qui quidem huic Φρασει vim tribuunt significandi *divulgare famam, sermonem*; sed a *distribuendo sermone* (quae prima est eius significatio, et ad quam rediit Philodemus) loquutionem ductam fatentur. Vide *Bud. Comm. Linguae Graec.* p. 175. Quapropter Sophistae, qui suas *orationes* pro re nata *distribuebant*, et *divulgabant*, proprie vereque λογους διαδιδοντες dicebantur. Vide Cresolium *Theatr. Vet. Rhet.* L. III. c. 2. et seqq. Fortasse Amanuensis, ut probat superstes π, scripserat προσδιδοντες, sed Orthographus emendavit διαδιδοντες; nisi tamen aliquod verbum decompositum heic extitisse autumemus.

Lin. 26. τισιν των αλλων). Ad Philosophos hoc referatur, oportet, qui τας μεθοδους universis disciplinis tradendis consentaneas concinnare consueverunt. Enimvero μεθοδος non modo *viam et rationem commentandi*, sive *investigandi*, ut Budaeus docet, indicare solet; sed ipsum quoque *tractatum*, et *librum* significat; cuius significationis plura praebet exempla Aristoteles *De Gen. Anim.* Cap. V. *Polit.* L. IV. et VI.



Carlo Oratj dis. Bart. Oratj inc.

COLUMNA XXIV.

των, αλλ' ιδιαι καθ' ἑκαστην επιστημην αἱ γε συνεχου-σαι. Και γαρ εστιν εν ἑτοι-μῳ λεγειν, ἡς αν επιχαι-νωσι, τοις επ' αυτης τε-χνειταις · αρκειτε χρησθαι της Εὑρεσεως των εν τοις ῥητορικοις ενδεχο-μενων λογων. Αλλως δε ουδε των Φιλοσοφων τους κατ' αλλην Φιλοσο-φιαν προς ἑκαστον εν-δεχομενους λογους εὑ-ρισκειν δυναμενων, αθλι-οτης βαθεια τους εν ἑτε-ρογενει τεχνῃ προσποι-εισθαι · και το περας ουδε εφηρ-μοσται τι τοις αλλοις εν ταις τεχνολογιαις αυ-των, αλλα τοις πολειτικοις μονον προβλημασιν. Αἱ γαρ αυ περι των θετι-κων λεγουσιν, ἡδονης μεν γεμει πολλης, ου-χι ευκαιρα δ' εστιν νυν εξ-εταζεσθαι. Το δε τοσου-το και νυν ειπειν απο-

sed propriae secundum unamquamque disciplinam, quae et *ipsam* continent. Etenim in promtu est, ut dicatur eis *Rhetoribus* in disciplina, cui inhiant, ab eius professoribus: sufficiat vobis uti Inventione sermonum, qui ad res rhetoricas pertinent. Caeterum quum neque Philosophi sermones, qui secundum aliam Philosophiam singulis *argumentis* conveniunt, invenire valeant; valde ineptum est, sibi adrogare sermones ad alienam artem pertinentes: et denique in eorum *Rhetorum* tractationibus nihil invenitur congruum aliis quaestionibus, sed dumtaxat politicis. Quae enim contra de thesibus dicunt, delectationem quidem multam praebent, non autem opportuna sunt, ut in praesenti discutiantur. Hoc autem et nunc dixisse satis est.

ADNOTATIONES.

Lin. 1. ιδιαι). Ita scriptum fuisse censemus, quia αἱ κοιναι, quae paullo ante memorantur, ταις ιδιαις opponi solent, apud Thucyd. II. 61. Isocr. p. 96. D. et p. 184. E. Sophistae autem difficile poterant *propria* de argumento sibi proposito dicere, sed ad *communia* confugiebant; quandoquidem nihil melius excogitare licebat in ea eloquentia, qua delectabantur. Nimirum eorum erat illa, quae a Cicerone dicitur *subita, et fortuita oratio*, *De Orat.* L. I. n. 150; et a Fabio *extemporalis*, *Instit.* L. XI. c. 2. Inde est illud Martialis L. V. Epigr. 55.

Extemporalis factus est Rhetor meus.


Lin. 4. επιχαινωσι). Verbum cum dativo construitur: idcirco pronomen ῆς fortasse corrigendum est. Caeterum si επιμαινωσι, aut επιφαινωσι leges: sensum duriorem, et συνταξιν inusitatam deprehendes. Quare non abs re erit το ῆς ab aliqua particula caussali, vel ab επι rectum intelligere. V. Matthiam *Gram.* Vol. II. §. 376.

Lin. 6. αρχειτε). Quae heic ex ingenio restituimus, sensui congruere videntur; ut Noster inducat caeterarum disciplinarum professores silentium indicentes Rhetoribus, qui de scientiis a se minime excultis disputare audebant. Et nimirum his verbis, quae Philodemus refert, saepe reiectos ab eiusmodi disceptationibus fuisse Rhetores, quos utpote δεινους, et αλαζονας, *vafros*, *et iactabundos* plurimi odio prosequebantur indicant. *Suid. V.* Σοφιστης, et Philostrat. in *Antiph.* Sophistae enim πανεπιστημοσυνην φιλοσοφικην, *omniscientiam philosophicam* profitebantur, ut ait Dion. Halic. in *Iud. Isocrat.* immo erant παρεπιδεικνυμενοι ιατρικων ονοματων εμπειριαν, *ostentantes medicarum vocum peritiam.* Plutarch. *De Tuenda Sanit.*

Lin. 11. et seqq. τους κατ' αλλην Φιλοσοφιαν.) Vocat *aliam Philosophiam* vel diversam Philosophiae partem, vel potius philosophandi rationem in alia Secta constitutam. Saepe enim distinctam apud veteres legimus *Philosophiam Stoicam*, a *Platonica*, a *Dialectica*, ab *Epicurea etc.*

Lin. 17. et seqq. και το περαν κ. λ.) Τεχνολογιαν Sophistarum de politicis praecipue quaestionibus egisse, patet ex eo, quod civilem eloquentiam αληθινην Φιλοσοφιαν, *veram Philosophiam esse duxerint.* Halic. in *Iud. Isocr.* Quin etiam σφας ειναι φασι την πολιτικην Φιλοσοφιαν, *suam esse dicunt politicam Philosophiam.* Iul. Imp. *Epist.* Non iniuria igitur Philodemus ex hac ipsa eorum opinione Rhetoras perstringendos putat.

Lin. 22. et seqq. περι των θετικων). Quod Rhetores ad *quaestiones* illas *infinitas*, quae consultationes, sive θεσεις nominabantur, libentissime sese reciperent, notum est. *Orator a propriis personis, et temporibus semper, si potest, avocat controversiam; latius enim de genere, quam de parte disceptare licet; ut quod in universo sit probatum, id in parte sit probari necesse. Cic. Orat.* n. XLV. Noster itaque vocat τα θετικα, ea, quae de *quaestionibus infinitis*, *et interminatis* disserebantur a Rhetoribus, ipsaque *delectationi* potius, quam *opportunitati* inservire adfirmat. Qui plura quaerit de discrimine inter θεσιν, atque ὑποθεσιν, adeat Quinctilianum *Inst.* L. II. c. 4. Theonem *Progymn.* p. 242. aliosque Artis Rhetoricae Scriptores. V. Sturm. *ad Hermog.* Στασ. p. 10. et seq. Et Hermog. *Progymn. in Bibl. Litt. et Art. Gotting.* p. IX.


ΧΡΗΔΙ…ΤΙΚΑ … ΤΕΧΝΗΝ
ΚΑΙΜΑΘΗCΙΝΕΚΑCΤΗΝ
Τ… ΤΙΝΑΚΑΙΠΕΡΙΑΟΡΙCΤΩΝ
ΚΑ… ΠΕΡΙΩΡΙCΜΕΝΩΝΥΠΕΡ
Ν… ΕΚΑΤΕΡΟΥΤΟΥCΕΝΔΕ
ΧΟΜΕΝΟΥCΕΞΕΥΡΕΙΝΛΟ
ΓΟΥCΜΟΝΩΝΕCΤΙΤΩΝ
ΚΑ… ΕΚΑCΤΗΝΕΠΙCΤΗΜΟ
ΝΩΝΩCΤΕΚΑΙΡΗΤΟΡΩΝ
ΤΑΚΑΤΑΤΗΝΡΗΤΟΡΙΚΗ
ΩΡΙCΜΕΝΑΚΑΙΑΡΙCΤΑ
ΤΟΔΕΤΩΝΑΛΛΩΝΤΙΝΟC
ΑΝΤΙΠΟΙΕΙCΘΑΙΜΑΡΓΕΙ
ΤΟΜΑΝΙΑCΟΡΟΥCΙCΤΗCΙ…
ΕΞΕCΤΩΤΟΙΓΑΡΟΥΝΚΑΙ
ΤΕΛΟCΑΠΟΦΑΙΝΕCΘΑΙ
ΤΗ… ΗΤΟΡΙΚΗC ΕΙΚΑΙΚΑ
ΤΑΓΕΛΑCΤΟΝΤΟΤΟΥCΕΝ
ΔΕΧΟΜΕΝΟΥCΕΙCΕΚΑCΤΟΝ
ΠΡΟΒΛΗΜΑΡΗΤΟΡΙΚΟΝ
ΕΞΕΥΡΙCΚΕΙΝΚΑΙΛΕΓΕΙΝ
ΤΟΔΕΠΡΟCΕΚΑCΤΟΝΑ
ΠΛΩC ΔΕCΜΩΝΕΧΕΙΧΡΕΙ
ΑΝΕΚ… ΤΕΡΙΟΥCΙΑCΔΕΧΕ
ΓΩ ΜΕΝ ΗΜΕΙCΤΟΜΗ
ΔΕΝΑΓΑΘΟΝΥΠΑΡΧΕΙΝ

COL. XXV

Carlo Oratij dis. *Bart. Oratij inc.*

COLUMNA XXV.

χρη. Διοτι κατα τεχνην, και μαθησιν ἑκαστην εστι τινα, και περι αοριστων, και περι ὡρισμενων, ὑπερ ὡν ἑκατερου τους ενδεχομενους εξευρειν λογους μονων εστι των καθ' ἑκαστην επιστημονων. Ὡστε και Ῥητορων τα κατα την Ῥητορικην ὡρισμενα, και αοριστα· το δε των αλλων τινος αντιποιεισθαι, μαργειτομανιας ὁρους ἱστησιν. Εξεστω τοι γαρ ουν και τελος αποφαινεσθαι της Ῥητορικης (ει και καταγελαστον) το τους ενδεχομενους εις ἑκαστον προβλημα ῥητορικον εξευρισκειν, και λεγειν· το δε προς ἑκαστον ἁπλως, δεσμων εχει χρειαν. Εκ περιουσιας δε λεγωμεν ἡμεις το μηδεν αγαθον ὑπαρχειν,

CAP. XVIII.

In singulis disciplinis ad quosnam pertineat Inventio.

¶ Quamobrem in singulis artibus, et disciplinis sunt quaedam tum de infinitis, tum de definitis, de quorum utroque obtingentes invenire sermones illis solis datur, qui in eorum singulis versati sunt. Propterea et ad Rhetores spectant definita, et infinita in Rhetorica: sibi autem adrogare id, quod ad aliquam aliam *disciplinam* pertinet, stolidae amentiae fines exhibet. Concedatur itaque et finem Rhetoricae denunciari eum esse, (tametsi deridiculum *hoc sit*) ut inveniat et dicat sermones de qualibet quaestione rhetorica obtingentes: at de qualibet omnino *etiam in aliis disciplinis*, *opinio est* amentis vinculis adligandi. Ex abundantia vero dicamus nos, nihil boni esse,


ADNOTATIONES.

Lin. 11. ὡρισμενα, και αοριστα). Ita refinximus pro αριστα, emendato amanuensis dormitantis errore. Porro quid sint *definita et indefinita in Rhetorica*, discimus a Tullio: *omnem*, ait, *civilem orationem in* horum alterutro *genere versari, aut definita controversia certis temporibus ac reis hoc modo: placeatne a Carthaginensibus captivos nostros redditis suis recuperari; aut infinita de universo genere quaerentis, quid omnino de captivo statuendum ac sentiendum sit: atque horum superius illud genus causam aut controversiam adpellant; eamque tribus, lite, aut deliberatione, aut laudatione definiunt: haec autem altera quaestio infinita et quasi proposita, consultatio nominatur. De Orat.* Lib. III. n. 107. Idem docet Suidas *v.* Θεσις, ubi quid significent τα ὡρισμενα, και αοριστα in quaestionibus Rhetoricis, facile intelliges. Pariter apud Nicolam Rethorem πραγμα λογικην επισκεψιν ενδεχομενον ανευ προσωπων ὡρισμενων, και πασης ἑτερας περιστασεως, *res disceptationem speculativam suscipiens, sine definitis personis, et sine quavis alia circumstantia*, distinguitur ab ea re, quae haec definita habeat. Patet itaque Philodemi mens.

Lin. 13. et seqq. μαργειτομανιας ὁρους ἱστησιν.). Ut huius loquutionis vis elucescat, pauca quaedam enucleanda sunt. Duo nomina, omnino ignota, sed quorum facilis est interpretatio, apud Philodemum invenimus, videlicet μαργειτομανης, et μαργειτομανια. Alterum profecto, quod heic occurrit, a precedenti procul dubio originem ducit. Nimirum μαργειτομανης legitur in Vol. IV. Col. XX. in lin. 4. ὁ δε Παντειδημων...εστι μαργειτομανης, *Omniscius autem....est stolide furens:* ubi refinximus μαργοτομανης, etymon ducentes απο της μαργοτητος, *ab insania:* sed praesens eiusdem Auctoris locus lectioni emendandae, et vi nominis melius reddendae viam sternit. Repetendum enim est verbum απο του Μαργιτου, seu potius Μαργειτου, qui adeo stolidus fuit, ut hoc cognomen meruerit, et proverbio eius stoliditas locum dederit; uti testatur Eustathius pag. 1669. *Romae* 1549., et Suidas *h. v.* Philodemus autem huiusmodi nomina *Omniscio*, adeoque Sophistis attribuit; immo eos dicit *fines stolidae amentiae statuisse*, seu *tetigisse;* ut probet eos prae intolerabili adrogantia *stolidos* simul esse, et *furentes;* quemadmodum alii quoque de Sophistis loquuti sunt, quos vide apud Cresolium, *Theatrum Vet. Rhetor.* Lib. V. cap. 1. et seqq.

Lin. 16. et seqq. τελος αποφαινεσθαι της Ρητορικης κ. λ.) Inventionem esse Rhetoricae finem multi docuerunt: *quidam recesserunt ab eventu, sicut Aristoteles, qui dicit: Rhetorice est vis inveniendi omnia in oratione persuasibilia. Qui finis et illud vitium habet, de quo supra diximus, et insuper quod nihil nisi Inventionem complectitur, quae sine eloquutione non est oratio.* Quinctil. *Instit.* L. II. cap. 15. Num autem revera id senserit Aristoteles, adhuc sub iudice lis est: verba enim Aristotelis haec sunt: εστω δη Ρητορικη δυναμις περι ἑκαστον του θεωρησαι το ενδεχομενον πιθανον, quae Francius ita explicat: *sit nimirum Rhetorica vis videndi, quid in quaque re possit esse persuasibile.* Victorius quoque *videndi*, non *inveniendi* explicandum esse censuit illud του θεωρησαι, et pluribus egit de hac Aristotelis definitione, et Quinctiliani criminatione, pag. 33. *Edit. Basil.* Verumtamen tum ex praesenti Philodemi loco, tum ex Columna XXII. Lin. 16 et seqq. maius videtur Quinctiliani adfirmationi pondus adcedere, quum ad Aristotelis verba animum intendisse Philodemus videatur.

Lin. 23. et seqq. δεσμων εχει χρειαν). Quum *vinculis* furentes *adligentur*, quasi per proverbium vinculis digni dicebantur, qui insanis opinionibus indulgebant, utpote qui cerebro laborare videbantur. Etenim δεσμος ἠν προχειροτατος etiam iis, qui ebrii erant. *Athen. Deipn.* XV. pag. 675. *ed. Casaub.*


ΕΙΠ . . ΔΥΝΑΤΟΝΕΥΡΗ . Ι
ΛΟΓΕ . . ΥΝΑϹΘΑΙΚΑΝΗΤΟ
ΦΑΥΛΟΤ . ΤΟΝ ΑΛΛΑ ΜΗ
ΜΟΝΟΝ ΤΟΧΡΗϹΙΜΟΝ ΕΙΚΑΙ
ΤΟΤΗΝΔΙΑΘΕϹΙΝΕΧΕΙΝ
ΕΤ . ΤΙΝΩΝ Α Φ . ΗϹΕΥΡΕΘΗ
ϹΕ . Ι ΤΕΙΜΙΩΤΑΤΟΝ ΕΙ
ΔΕΠΕΡΙΤΩΝΚΑΤΑΤΑϹΚΟΙ
ΝΑϹΑΙϹΘΗϹΕΙϹ ΕΠΙΒΛΕΠΟ
ΜΕΝΩΝ ΚΑΝΥΠΟΠΑΙΔΟϹ
ΕΛΕΝΧΘΕΙΗ ϹΑΝ ΤΟΔΗΛΕ
ΓΟΜΕΝΟΝΧΩΡΙϹΓΑΡ ΤΟΥ
ΦΙΛΟϹΟΦΙΑϹΑΝΤΙΠΟΙΗϹΑϹ
ΘΑΙΔΗΛΟΝΩϹΟΤΟΥϹΕΝ
ΟΝΤΑϹΟΥ . ΝϹΕΥΡΙϹΚΩΝ
ΛΟΓΟΥϹ Ο ΦΕΙΛΕΙΚΑΙΤΟΥϹ
ΑΝΑΓΚ . ΙΟΥϹΕΙΔΕΙΝΑΙΚΑΙ
ΤΟΥϹ ΕΝΔΕΧΟΜΕΝ ΟΥϹ
ΜΕΝΟΥΜΗΝ ΑΝΑΓΚΑΙΟΥϹ
ΕΝΕΙϹΙ ΓΑΡΕΚΑΤΕΡΟΙΤΟΔΕ
ΤΙΔΙΑΝΑΓΚΑΙΩΝ ΚΑΙΤΙΔΙ
ΕΝΔΕΧΟΜΕΝΩΝ ΠΕΡΑΙ
ΝΕΤΑΙ ΠΟΛΛΟΥΔΕΔΕΗΚΑ
ϹΙΓΕΙΝΩϹΚΕΙΝ ΗΚΑΙΚΤΥ
ΠΟΥϹΙΕΝΤΟΙϹϹΥΜΒΟΥΛΕΥ
ΤΙΚΟΙϹ ΤΟΠΟΙϹ ΤΑϹΟΝΟ

COL. XXVI

Carlo Oratj dis. *Bart. Oratj inc.*

COLUMNA XXVI.

ειπερ ην δυνατον, εὑρησι-
λογειν δυνασθαι, κἂν ῃ το
φαυλοτατον, αλλα μη
μονον το χρησιμον · ει και
το την διαθεσιν εχειν
επι τινων, αφ' ἧς εὑρεθη-
σεται, τειμιωτατον. Ει
δε περι των κατα τας κοι-
νας αισθησεις επιβλεπο-
μενων, κἂν ὑπο παιδος
ελενχθειησαν, το δη λε-
γομενον. Χωρις γαρ του
φιλοσοφιας αντιποιησασ-
θαι, δηλον, ὡς ὁ τους εν-
οντας οὑτως ἑυρισκων
λογους οφειλει και τους
αναγκαιους ειδεναι, και
τους ενδεχομενους
μεν, ου μην αναγκαιους ·
ενεισι γαρ ἑκατεροι. Το δε
τι δι' αναγκαιων, και τι δι'
ενδεχομενων περαι-
νεται, πολλου δεδεηκα-
σι γεινωσκειν, ει και κτυ-
πουσι εν τοις συμβουλευ-
τικοις τοποις τας ονο-

si tamen esset possibile, *Rhetoricam* argumenta invenire posse, etiamsi res, *de qua agitur*, sit valde inepta, non modo si utilis sit; etsi ad aliquas res eam dispositionem habere, per quam argumenta inveniuntur, maximi faciendum sit. Si autem de rebus, quae secundum communes sensiones perspiciuntur, hoc utique dicatur, possent vel a puero refelli. Nam praeterquam quod Philosophiae iura sibi vindicaverunt, patet eum, qui ita invenerit argumenta ad rem pertinentia, debere nosse tum necessaria, tum contingentia quidem, sed non necessaria; utraque enim ad rem pertinent. At quid per necessaria, quid per contingentia concludatur, longe abest ut noverint *Rhetores*; etiamsi in deliberativis locis magno strepitu *illas* adpellationes proferant:

ADNOTATIONES.

Lin. 1. et seq. εὑρεσιλογειν κ. λ.) Heic quum de *Inventione* agatur, verbum εὑρεσιλογειν adcipiendum est *prompte et sollerter verba invenire*, non autem *verba funditare*, uti interpretatur Bud. ex Cic. et Plaut. Quod autem ad Rhetores peculiariter pertineat qui audebant προς παν το προτεθεν διαβουλιον εὑρεσιλογειν, *de quavis proposita deliberatione infinitam orationis copiam invenire*, discimus ex Polyb. *Exc. Vat.* pag. 443. Conf. etiam Diog. Lib. II. seg. 134. Id autem ad *eloquentiae ostentationem* faciebant, ut ait Macrobius *Saturn.* Lib. I, seu ad suas δειξεις, atque επιδειξεις magno fastu peragendas Vid. Isocrat. *Orat. De Big.* Athen. *Deipn.* Lib. VI.

Lin. 2. et seq. κἀν η το φαυλοτατον). Isocrates non sine animi indignatione scribit quosdam εγκωμιαζειν τα φαυλοτατα των οντών, aut παρανομωτατους των γεγεννημενων, *res omnium vilissimas*, aut *mortalium nequissimos laudare. Panathen.* Rursus haec vocat πονηρας ὑποθεσεις, *improba argumenta, Busir.*, et πονηρα πραγματα, *improbatas res. Helen. Enc.* Nos autem vertimus, *valde ineptum*, ut sequenti χρησιμῳ antithesin servaremus.

Lin. 8. et seq. κοινας αισθησεις. Quid eae sensiones sint, discimus ab Epicuro apud Laërtium L X. segm. 31. et seqq.

Lin. 10. κἀν). Ita pro και αν, *utique etiam*, significatione parum obvia, sed minime abnormi. Porro loquutio in proverbium cedens, qua heic utitur Noster, Graecis est admodum familiaris. Vide Platonem *Gorg.* T. III. p. 205. et p. 210. *Lond.* 1826.

Lin. 11. et seq. το δη λεγομενον) Supplendum εστι, vel legendum τοδ' η.

Lin. 13. et seq. Φιλοσοφιας αντιποιησασθαι). Philosophos universalem eruditionem, et praecipuam, quae ad *communes sensiones* spectat, sibi vindicasse probant innumeri Tractatus de mira rerum varietate ab ipsis elucubrati. Caeterum *infames materias, sive* αδοξους ὑποθεσεις *veteres adorti sunt: non Sophistae solum, sed Philosophi quoque.* A. Gell. *Noct. Act.* Lib. XVII.

Lin. 17. ειδεναι). In schemate legitur ειδειναι: librarii oscitantiae veniam demus. In quo autem *necessaria a contingentibus* differant, quorum et meminit Philodemus, et Oratores φιλοσοφουντες notitiam habere debent, vide Aristotelem *Rhetor.* Lib. II. Cap. 19.

Lin. 24. et seqq. κτυπουσι εν τοις κ. λ.) Deest ν παραγωγικον, scribentis incuria. Sed hisce quisquiliis omissis animadvertimus verbum ad Oratores maxime pertinere, qui κτυπον γλωττης nimis amabant: quod probari potest pluribus Philostrati locis, Vita *Polemon. Phavor.* et *Adrian. Soph.* Quare *tumorem magna flandi* Sophistis attribuit Quinctilianus *Instit.* Lib. II. cap. 16. Isti itaque declamatores, perinde ac si universas philosophiae partes callerent, quaedam earum τεχνικα nomina suae vocis sonoritate usurpabant, atque ita se *omniscios* exhibebant, ut τῳ μεγαλειῳ, *magnifico dicendi genere* se adtollerent. Conf. Photius *De Himer. Sophist.* Praesertim *necessariorum, et contingentium* adpellationes in deliberativis locis, de quibus plura disserit Aristoteles *Rhetor. ad Alex.* Cap. II. Rhetores inflatis buccis iactabant.

ΜΑϹΙΑϹΕΤΙΑ…ΠΡΟΤΕΡΟΝ
ΤΙΔΥΝΑΤΟΝ ΕϹΤΙΝ ΓΕΝΕϹ
ΘΑΙ ΚΑΙ ΤΙ ΤΟΙϹ ΟΛΟΙϹ ΑΔΥ
ΝΑΤΟΝ ΕΠΙϹΤΑϹΘΑΙ ΠΡΟϹ
ΗΚΟΝ ΟΠΩϹ ΑΝ ΤΟΜ…ΝΕΙϹ
ΤΟΝ ΛΟΓΟΝ ΠΑΡΑΛΑΒΩϹΙ ΤΟ
ΔΥΠΕΡΒΩϹΙ ΜΑΝΙΑΔΕ ΠΟΛ
ΛΗ ΤΟ ΠΕΡΙΑΠΤΕΙΝ ΑΥΤΟΙϹ
ΤΑΔΙΑΜΕϹΗϹ ΘΕΥ…Ρ…
ΜΕΝΑ Φ…ϹΙΟΛΟΓΙΑϹ ΚΑΙ
ΜΑΛΛΟΝ ΔΕ ΚΟΙΝ…ΤΕΡΟΝ
Ε…ΤΙ ΤΟΥϹ ΑΛΗΘΕΙϹ ΕΝΕΙ
ΝΑΙ ϹΥΜΒΕΒΗΚΕΝ ΟΥΧΙ ΤΟΥϹ
ΨΕΥΔ…Ϲ…ΑΙ…ΑΤΑΙ…ΥϹΑ
ΝΑΓΚΗ ΚΡΙϹΙΝ ΑΥΤΟΥϹ Ε
ΧΕΙΝ ΤΑ…ΘΟΥϹ ΤΕ ΚΑΙ
ΨΕΥΔΟΥϹ…ΥΠΟΛΥ ΜΑΛΛΟΝ
Η ΠΤΕΡ…Ν ΕΝΔΕΟΥϹΙΝ Ε
ΠΕΙ ΚΑΙ Τ…ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΙΚΑ…
ΟΝ ΕΙΝΑΙ ΤΟ ΔΕ ΤΙ ΚΑΙ ϹΩ
ΦΡΟΝ ΚΑΙ ΓΕΝΝΑΙΟΝ ΚΑΙ ΜΕ
ΓΑΛΟΨΥΧΟΝ ΚΑΙ ΦΙΛΙΚΟΝ
ΚΑΙ ΠΡΟϹ ΘΕΟΥϹ ΕΥϹΕΒΕϹ
ΚΑΙ ΠΡΟϹ ΕΥΕΡΓΕΤΑϹ ΕΥ
ΧΑΡΙϹΤ…Ν ΚΑΙ ΤΟ ΠΡΟϹΗ
ΚΟΝ ΑΠΛΩϹ ΑΠΑϹΑΙϹ ΤΑΙϹ
ΑΡΕΤΑΙϹ ΕΞΕΥΡΙϹΚΕΙΝ

COL. XXVII

Carlo Oratj dis. — *Bart. Oratj inc.*

COLUMNA XXVII.

. . . . .

μασιας. Ετι δε προτερον τι δυνατον εστιν γενεσθαι, και τι τοις ὁλοις αδυνατον, επιστασθαι προσηκον, ὁπως ἀν το μεν εις τον λογον παραλαβωσι, το δ' ὑπερβωσι. Μανια δε πολλὴ το περιαπτειν αυτοις τα δια μεσης θεωρουμενα Φυσιολογιας. Και μαλλον δε κοινοτερον, ει τι τους αληθεις ενειναι συμβεβηκεν; ουχι τους ψευδεις και ματαιους, αναγκη κρισιν αυτους εχειν τ' αληθους τε, και ψευδους· οὗ πολυ μαλλον, ἡ πτερων, ενδεουσιν. Επει και το περι του δικαιον ειναι, το δ' ετι και σωφρον, και γενναιον, και μεγαλοψυχον, και Φιλικον, και προς Θεους ευσεβες, και προς ευεργετας ευχαριστον, και το προσηκον ἁπλως ἁπασαις ταις αρεταις εξευρισκειν

Praeterea quid facta possibile sit, et quid omnino impossibile, *eos* prius scire convenit; ut illud quidem in sermonem adsumant, hoc autem praetermittant. At magna est amentia illis *Rhetoribus* ea tribuere, quae per Physiologiae studium cognoscuntur. Potius autem communior error est, ut si forte contigerit vera *argumenta*, non autem falsa et inania *Rhetoribus* inesse, *putetur* ipsos necessario habere facultatem iudicandi de veritate, et falsitate: cuius rei multo magis, quam alis carent. Quandoquidem et quod pertinet ad iustitiam, nec non et quod ad temperantiam, et ad fortitudinem, et ad magnanimitatem, et ad amicitiam, et ad pietatem erga Deos, et ad gratitudinem erga benefactores, et quod plane universis virtutibus convenit, id invenire

ADNOTATIONES.

Lin. 1. et seqq. Ετι δε κ. λ.) Alterum, quod Rhetoribus, utpote Physiologiae ignaris, deesse adseverat Philodemus, est nosse *quid possibile*, et *quid impossibile sit*. Enimvero Orator debet prae oculis habere multa περι δυνατων, και αδυνατων...Ει γαρ το ὁμοιοον δυνατον, και το ὁμοιον · και ει το χαλεπωτερον δυνατον, και το ῥᾳον · και ει το σπουδαιον, και καλον γενεσθαι δυνατον, και ὁλως γενεσθαι δυνατον...και ου ἡ αρχη δυναται γενεσθαι, και το τελος κ. λ. De *possibilibus*, et *impossibilibus...si enim simile fieri potest, simile non est impossibile: et, si difficilius potest fieri, etiam facilius: et, si quid honestum et pulchrum fieri potest, etiam aliquid honestate et pulchritudine carens fieri potest....et, cuius rei est possibile principium, possibilis est etiam finis. etc.* Arist. *Rhet.* Lib. II. cap. 19. Cur autem huiusmodi cognitiones A. N. in Rhetoribus non agnoscat, subiecta ratio ostendet.

Lin. 10. Φυσιολογιας). Quantam Epicurus Physiologiae tribuerit utilitatem, ex eius Epistolis ad Herodotum, et Pythoclem ediscimus: praecipue si legamus Diog. Laërt. Lib. X. segm. 76. 78. 86. Nimirum ille πολλοις και αλλοις χρησιμην...Φυσιολογιαν γνησιον, *aliis atque aliis utilem...genuinam Physiologiam* censuit. segm. 85. Quare Epicurei se physiologos caeteris praestantiores esse iactabant, uti testatur Plutarchus *De Orac. Defectu. Opp.* T. II. p. 434. *Franc.* 1599. Atque hanc scientiam ad omnes Philosophiae partes extendi, ex illo Aristotelis loco eruimus, ubi περι παντων φυσιολογουντες legitur. *Metaph.* L. I. c. 7. Porro Polystratum Epicureae doctrinae ex asse haeredem eadem confirmasse animadvertimus in eius Tractatu, quem edidimus, Vol. IV. Adnot. Ad Col. V. 9. et VI. 20, et 24. VII. 1. X. 5. XXI. 8. Quae quum ita se habeant, mirum non est, quod Philodemus heic Sophistas Physiologiae ignaros, ac propterea ad discernendum *possibilia* ab *impossibilibus* ineptos, orationibus recte instituendis impares esse contendat. Minime itaque *Stoicos Noster lacessit; apud eos enim physicae res locum suum, et illum quidem permagnum obtinuerant, etc.* E. Gros *in h. l.*

Ibid. et seqq. Και μαλλον δε κοινοτερον κ. λ.) Quod fuisse vertendum *communis*, heic verti potest *communior error*, ut referatur ad praecedentem vocem *amentia*. Vulgus enim, si ab Oratore aliquam concionem, in qua veritas suscipitur ac tenetur, audiebat; facile eum putabat ita Logices peritum, ut veritatem a falsitate discerneret. In hoc autem errabat; siquidem erant Sophistae, ut Tullii verbis utar, *Graeci contentionis cupidiores, quam veritatis. De Orat.* Lib. I. n. 47. Idcirco eos ob Philosophiae imperitiam verum a falso distinguere non posse adserit Noster; atque hic tertius est defectus, propter quem sermonibus rite componendis minime idoneos probare conatur. Certe Aristoteles multa docet oratorem ad veritatem detegendam demonstrandamque opportuna, praecipue in *Rhet.* Lib. I. cap. 15. et Lib. II. cap. 23. et seqq.

Lin. 14. ψευδεις, και ματαιους). Sophistarum orationes saepe *fallaces* esse ac *futiles*, pluribus ostendit Sextus Empiricus, praesertim ubi probare nititur την Ρητορικην κατα των νομων εισκεκυκλησθαι, *Rhetoricam adversus leges fuisse arcessitam. Adver. Rhet.* Lib. II. segm. 34. et seqq. Ipsi enim παραδοξους εννοιας sectabantur Philostr. *Vit. Critiae.* Immo ξενας νοησεις, *novos et inusitatos conceptus*, atque καινοσπουδον περι τας νοησεις, *studium novitatis informandis animi conceptibus* amabant. Dion. Long. *De Subl.* cap. III. et seq. Quo factum est, ut iure meritoque a Philodemo heic taxentur.

Lin. 18. η πτερων). Ita perspicue in textu, cui vim inferre nolumus emendando, uti Spengelius autumat, η γ' ἑτερων. Nam ut ostendat Philodemus Rhetores veri falsique cognitione carere, *alarum* mentionem iniicit, quae desunt hominibus, et frustra in eis desiderantur. Sic verbum ενδει exponitur in illo Demosthenis loco: μαλλον δ' ἁπαντος ενδει του πορου. *Olynth.* I. Profecto *alae* proverbiis locum dederunt, uti apud Aristophanem illud: λεγων ανεπτερηκεν, *alas loquendo adfixit. Av. v.* 1449. De quibus vide Erasmum Chiliad. I. cent. 6.

Lin. 19. et seq. δικαιον.) Si cum E. Gros δικανικου legas, genuinam αυτογραφῳ fidem, et perspicuam sermoni sententiam negabis; simulque nullum Rhetoricae Artis Scriptorem, qui hac in re *iudiciale* cum *deliberativo genere* confundat, fautorem habebis.

ΦΑΝΑΙΤΟΥΣΩΣΟΝΟΣΛΥΡΑΣ
ΤΩΝΦΥΣΕΙΚΑΙΚΑΤΑΛΗ
ΘΕΙΑΝΑΡΕΤΩΝΕΠΗΣΘΗΜΕ
ΝΟΥΣΕΥΗΘΙΑ ΝΟΜΙΖΕΙΝ
ΕΙΔΕΡΟΥΣΙΤΑΦΑΙΝΟΜΕΝΑ
ΤΟΙΣΠΟΛΛΟΙΣΤΟΙΑΥΤΕΙ
ΝΑΙΚΑΙΑΛΗΘΗΚΑΙΔΥΝΑΤ ΚΑΙ
ΑΝΑΓΚΑΙΑΜΟΝΟΝΕΞΕ ΙΣΚΕΙΝ
ΚΑΙΤΑΠΙΘΑΝΟΤΗΤΕΧΟΝ Α
ΧΩΡΙΣΤΟΥ — ΜΗΔΕΝΕΤΙ Ι
ΛΕΓΕΙΝ ΗΤΟΤΟ ΣΕΝΟΝΤΑΣ
ΠΟΛΕΙΤΙΚΟΥΣΛΟΓΟ ΕΞΕΥ
ΡΙΣΚΕΙΝΤΟΝΠΟΛΕ ΚΟΝΟΥ
ΔΕΣΤΗΚΕΝΤΑΦΑΙΝΟΜΕΝΑ
ΤΟΙΣΠΟΛΛΟΙΣΩΣΤΕΚΠ ΣΟΥΝ
ΤΑΙΠΟΛΛΑΚΙΣΟΚΑΙΣΥΜΒΑΙ
ΝΟΝΘΕΩΡΟΥΜ ΤΟΥΣΔΕ
ΠΙΘΑΝΟΥΣ Ι ΗΠΑΛΙΝΤΟΥΣ
ΤΟΙΣΠΟΛΛΟΙΣΦΑΝΗΣΟΜΕ
ΝΟΥΣΛΑΜΒΑΝΟΥΣΙΤΑΥΤΑ
ΡΗΤΕΟΝΕΙΔΕΤΟΥΣΣΥΝΕΝ
ΓΙΖΟΝΤΑΣΤΟΙΣΟΥΣΙΝΗΚΑΙ
ΤΟΥΣΠΡΟΧΕΙΡΩΣΕΙΣΣΥΝ
ΚΑΤΑΘΕΣΙΝΕΠΙΣΠΩΜΕΝΟΥΣ
ΟΝΤΑΣΟΤΙΜΗΤΩΝΟΝΤΩΣ
ΤΟΙΟΥΤΩΝΕΠΙΓΙΝΩΣΚΟΜΕ
ΝΩΝΑΥΤΟΙΣΟΥΔΕΤΕΡΟΝ

COL. XXVIII

Carlo Oratij dis. *Bart. Oratij inc.*

COLUMNA XXVIII.

φαναι τους, ὡς ονος λυρας, των φυσει, και κατ' αληθειαν αρετων επησθημενους, ευηθι' αν νομιζειν· Ει δ' ερουσι τα φαινομενα τοις πολλοις τοιαυτ' ειναι, και αληθη, και δυνατα, και αναγκαια μονον εξευρισκειν, και τα πιθανοτητ' εχοντα, χωρις του μηδεν ἑτερον λεγειν, η το τους ενοντας πολειτικους λογους εξευρισκειν τον πολειτικον, ουδ' ἑστηκεν τα φαινομενα τοις πολλοις· ὡστ' εκπεσουνται πολλακις· ὁ και συμβαινον θεωρουμεν. Τους δε πιθανους ει μεν παλιν τους τοις πολλοις φανησομενους λαμβανουσι, ταυτα ρητεον. Ει δε τους συνενγιζοντας τοις ουσιν, η και τους προχειρως εις συνκαταθεσιν επισπωμενους οντας, ὁτι μη των οντως τοιουτων επιγινωσκομενων αυτοις, ουδετερον

videri eos, qui ut asinus lyram, illas, quae naturaliter ac vere sunt virtutes, sentiunt, stultitia omnino est existimare. Si autem *Rhetores* dicent se dumtaxat ea, quae multis videntur talia esse tum vera, tum possibilia, tum necessaria, tum probabilitatem habentia, invenire; praeterquam quod nihil aliud dicunt, nisi argumenta re vera politica per virum politicum inveniri; ne exhibita quidem sunt a Rhetoribus ea, quae multis *talia* videntur: adeo ut hi saepe exciderint: quod et evenire conspicimus. Rursus *argumenta* ad persuadendum apta si ea intelligunt, quae multis *talia esse* videbuntur; idem dicendum est, *quod modo diximus*. Si autem ea intelligunt, quae ad illa adcedunt, aut etiam ea, quae facile ad assensionem adtrahunt *auditores*; quoniam *argumenta*, quae re vera *ad persuadendum* apta sunt, non cognoscuntur ab ipsis *Rhetoribus*; neutrum

ADNOTATIONES.


Lin. 1. ὡς ονος λυρας. Adagium notissimum heic opportune usurpatum, ad significandum *Rhetorem*, qui propter imperitiam nullo est iudicio, ut veram virtutum naturam definiat. Lucianus saepe utitur hoc proverbio: e. g. ονος λυρας αχουεις χινων τα ωτα, *asinus lyram audis movens auriculas. Advers. Indoct.* cap. 4. pag. 127. T. III. *Amstelod.* 1743. *et alibi.* Pariter Clemens Alex. hoc uti testatur τους παροιμιαζομενους. *Stromat.* L. I. p. 270. *ed. Paris.* Quapropter D. Hieronymus, *asino quippe*, inquit, *lyra superflue canit.* Epist. XXVII. *ad Marcellam* n. 1. col. 131. et seq. T. I. *Ed. Vallars.* fol. Hinc Latini, *asinus ad lyram*, dixerunt, atque M. Varro Satyrae suae cuidam hunc titulum proverbialem inscripsit, de quo vide A. Gellium *Noct. Attic.* Lib. III. cap. 16.

Lin. 5. et seqq. Ει δ' ερουσι κ. λ.) Quartum Rhetorum vitium heic carpitur: quod scilicet illudere auditoribus conarentur, dum non quae re ipsa erant *vera*, *et possibilia*, *et necessaria*, *et persuadendi vim continentia*, sed quae talia apparebant, in suis orationibus proferrent: de quo vitio loquitur Noster in Libro *de Rhet.* Col. XX. p. 33. *Herc. Vol.* T. V. Nimirum tali ac tanto vitio eos laborasse, indicat etiam Empiricus *Adv. Rhet.* L. II. segm. 15, 93 et seqq. Isocrates porro, qui Rhetorum institutor habitus est, modo το ψευδολογειν, *Helen. Enc.* pag. 332. T. II. *Opp. Paris.* 1782. modo την ψευδολογιαν, *Panathen.* pag. 424. ipsis tribuit. Quare in omnium ore illud fuit: Ῥήτορων ἡ περι το ψευδεσθαι τεχνη. S. Bas. Homil. XXIV. Est et illud: *in Oratoria diu versati*, *non ad virtutem*, *sed plane ad argutam malitiam iuvenes erudiebamus.* Lact. *De Falsa Rel.* L. I. c. 1.

Lin. 11. et seqq. τους ενοντας πολειτικους λογους κ. λ.) Concedit Noster Sophistas, qui politicis condendis orationibus addicti erant, eas ita exornare, ut populo fucum facerent, eumque ad suam perducerent sententiam: μεταγαγοντες απο των πραξεων την ασκησιν επι τους λογους, Σοφισται προσηγορευθησαν, *ab actu rerum traducentes exercitationem ad verba*, *Sophistae sunt adpellati*: ita Plutarchus agens de Mnesiphilo *Vit. Themist.* p. 112. *Francofurti* 1599. Negat vero omnes auditores ita esse rudes, ut plures non sentirent eorum fallacias, et probarent alios oratores, in quibus erat *sine ullo fuco veritatis nitor*, Cic. *De Clar. Orat.* n. CLXII. et in quibus elucebant *sententiae verae*, *novae*, *sine figmento fucoque puerili.* Id. *De Orat.* L. II. n. 188.

Lin. 15. et seqq. εκπεσουνται πολλακις). Verbum εκπιπτειν, etiam in media θεσει, potest referri ad Rhetores quibus oratio non suppetit, et verba deficiunt; quo sensu Aeschines adhibet εκπιπτειν του λογου. Περι Παραπρ. p. 32, 42. Ita bene conveniret Sophistis, quos nuper diximus *in subdiali area magis mutos videri*, *quam pisces*, p. 55. *et alibi.* Nos autem vertendum duximus, *explodentur;* quia eorum conciones saepe *exsibilabantur*, nec plausum tantopere ab eis exoptatum obtinebant. Vide Cresolium *theatr. Vet. Soph.* L. III. c. 20. Quod autem verbum hanc habeat significationem, iamdiu animadvertit Budaeus *Comm.* p. 536. et probari potest pluribus locis tum Demosthenis p. 315. lin. 10. tum Luciani *Pro Merc. Cond.* c. V.; utrubique enim simul iunguntur εκπιπτειν, και συριττεσθαι, *explodi*, *atque exsibilari.*

Lin. 17. et seqq. Τους δε πιθανους κ. λ.) Quintus Rhetorum error is erat, quod suis sermonibus persuadendi vim temere tribuerent, dum erant πεφραγμενοι τη πιθανοτητι του ψευδους, *fallaci persuadendi artificio cataphracti.* S. Greg. Nyss. *contra Eunom.* Idcirco eos neque ad vim persuadendi propius adcedere, neque persuasionem loquacitatis praestigio obtinere contendit Philodemus. Nimirum Rhetores non tam de persuasione auditorum, quam de eorum admiratione ac stupore erant solliciti; optabant enim εκπληττειν διανοιαν, Luc. *Philopat.* cap. 2. pag. 586. T. III. *Amstelod.* 1743. ac proponebant eum finem suae Arti: τελος αυτης ἡ εκπληξις. Clem. Alex. *Strom.* L. I. cap. 8. pag. 339. *Oxon.* 1715. Quod autem το πιθανον aliud omnino esse debeat, eius definitio satis probat: το μεν ὡς επι το πολυ γινομενον, και μη πανταχου αληθες, μετεχον μεντοι μαλλον ἀληθειας, η ψευδους, πιθανον εστιν, *quod plerumque evenit*, *et non semper verum est*, *sed ad veritatem potius*, *quam ad falsitatem adcedit*, *probabile est.* Anon. *Ecthes. Rhet.* apud *Rhet. Graec.* edit. Walz. T. III. pag. 736.


ΚΑΤΑΝΟΗΘΗCΕΤΑΙΤΩΝΕΙΡΗ
ΜΕΝΩΝΙCΩCΔΕΤΙCΕΡΕΙΜΗΔΟ
ΛΩCΤΗΝΔΥΝΑΜΙΝΑΦΗCΕC
ΤΙΤΑΠΟΛΕΙΤΙΚΑΠΑΝΤΑΚΑΙ
ΤΑCΟΦΙCΤΙΚΑΤΩΝΡΗΤΟΡΩΝ
ΕΞΕΥΡΙCΚΕΙΝΚΑΙΛΕΓΕΙΝΟΦ
ΛΟCΕΧΕΙΝΤΙΠΡΟCΤΗΝΩC
Ν ΑΝΘΡΩΠ ΥΜΑΚΑΡ Ν
ΖΩΗΝΕΓΩΔΕΚ ΝΟΥC
CΟΦΙCΤΑCΜΗΔΕΠΟΛΛΟC
ΕΞΕΥΡΙCΚΕΙΝΤΩΝΕΝΔΕΧ
ΜΕΝΩΝΕΝΤΟΙCΠΟΛΕΙΤ ΟΙC
ΟCΟΝΕΠΙΤΑΙCΤΕΧΝΟΛΟΓΙΑΙC
ΠΑΛΙΔΕΤΕΡΟCΜΕΝΦΗCΕΙΚΑΙ
ΤΟΥCΜΕΓΑΛΟΥCCΟΦΙCΤΑC
ΕΝΤΟΙCCΟ ΙCΤΙΚΟΙCΑΔΥΝΑ
ΤΕ ΝΩCΚ ΤΑCΕΚΔΕΔΟΜΕ
ΝΑCΥΠΑΛΛΩΝΑΝΤΕΧΝΑC
ΚΑΙΤΑ ΤΑΡΑΠΑΝΗCΙΑΔΙΑCΑ
ΦΕΙΝ ΕΓΩΔΕΤ ΥCΜΕΝ
ΑΛΗΘΕΙCΛΟΓΟΥCΟΥΤΕΤΟΥC
CΟΦΙCΤΑCΟΥΤΕΤΟΥCΠΟ
ΛΕΙΤΙΚΟΥCΡΗΤΟΡΑCΑΝΕΥ
ΡΙCΚΕΙΝΑΠΑΝΤΑCΑΛΛΑ
ΚΑΙΤΟΥCΠΛΕΙΟΝΑCΨΕΥΔΕΙC
ΟΥΤΕΤΟΥCΤΟΝΑΓΑΘΟΝΕΙC
CΥΝΚΑΤΑΘΕCΙΝΕΠΙCΠΑCΑ

COL. XXIX

Carlo Oratj dis. *Bart. Oratj inc.*

COLUMNA XXIX.

κατανοηθησεται των ειρημενων. Ισως δε τις ερει μηδ' ὁλως την δυναμιν, αφ' ἡς εστι τα πολειτικα παντα, και τα σοφιστικα των Ῥητορων, εξευρισκειν, και λεγειν, οφελος εχειν τι προς την ὡσει ἑνος ανθρωπου μακαριαν ζωην. Εγω δ' εκεινους αν Σοφιστας μηδε πολλοστον εξευρισκειν των ενδεχομενων εν τοις πολειτικοις, ὁσον επι ταις τεχνολογιαις. Παλι δ' ἑτερος μεν φησει, και τους μεγαλους Σοφιστας εν τοις σοφιστικοις αδυνατειν, ὡς και τας εκδεδομενας ὑπ' αλλων αν τεχνας, και τα παραπλησια διασαφειν. Εγω δε τους μεν αληθεις λογους ουτε τους Σοφιστας, ουτε τους πολειτικους Ρητορας ανευρισκειν απαντας, αλλα και τους πλειονας ψευδεις, ουτε τους τον αγαθον εις συνκαταθεσιν επισπασα-

CAP. XIX. Quid sentiat de Inventione, qua Rhetores pollere dicuntur.

horum deprehendetur. ¶ Dicet autem fortasse quispiam facultatem, per quam politica omnia, et sophistica Rhetorum invenire, et dicere datur, omnino nullum habere emolumentum ad beatam vel unius hominis vitam. Ego vero *adiiciam*; eos Sophistas ne exiguam quidem partem eorum, quae in suis Commentariis proponunt, invenire, ubi de rebus ad civilem administrationem pertinentibus sermonem habent. Rursus alter dicet, vel ipsos magnos Sophistas in sophisticis *tractationibus* idoneos non esse, ut etiam eas artes, quae ab aliis traduntur, atque alia huiusmodi perspicue exponant. Ego autem *adiiciam*, neque a Sophistis, neque a politicis Rhetoribus inveniri omnia vera argumenta, sed et plura fallacia, neque ea probabilia, quae virum praestantem ad assensionem unquam adtractura sint,


ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seqq. Ισως δε τις κ. λ.) Quinam Arti Rhetoricae, ac praecipue Inventioni adeo infensi fuerint, ut per eam nullum ad vitam beatam comparandam emolumentum nancisci homines effutierint; nostrum non est recensere. Lectorem ad Ciceronem amandamus *De Orat.* Lib. I. n. XXIX. et seqq. et *De Invent.* Lib. I. n. 2. et seqq. Addamus etiam Quinctilianum *Instit.* Lib. II. cap. 16. Uberiorem hac de re disputationem instituit Ioannes Sarisb. Lib. I. cap. 7: quem vide, si lubet.

Lin. 9. et seqq. Εγω δ' εκεινους κ. λ.) Quod Sophistae plura in suis Institutionibus promitterent, quam re ipsa in Orationibus praestarent; non uti calumniator, sed uti facti testis adfirmare Philodemus videtur. Nam *veteres illi usque ad Isocratem omnem omnium rerum, quae ad mores hominum, quae ad vitam, quae ad virtutem, quae ad remp. pertinent, cognitionem et scientiam cum dicendi ratione iungebant.* Cic. *De Orat.* L. III. n. 72. Deinde vero Sophistae docendo, et scribendo πανεπιστημοσυνην prae se ferebant: sed adeo leves atque exiles fuerunt eorum orationes, ut ad contemptum diceretur *Oratio Sophistica.* Porro indulgendum est Cl. Gros, qui exemplari corrupto usus, de hoc Papyri loco satis plano scripsit: *locus paene desperatus, in quo resarciendo multa me torserunt.*

Lin. 14. et seqq. Παλι δ' έτερος κ. λ.) Plurimi tum veteres, tum recentiores adeo de Sophistis male senserunt, ut eos ad ea ipsa, quae ab aliis iam tradita fuerant, rite enucleanda ineptos esse censuerint. Ne lectorem moremur, Cresolium, qui hanc Spartam adornandam suscepit, adlegabimus, *Theat. Vet. Soph.* Lib. I. cap. 11. et seqq. et Lib. III. cap. 4. etc. Quod autem παλι pro παλιν heic scriptum occurrat, inusitatum non est; siquidem mox iterum legetur, Col. XXXI. lin. 15. Non ergo in prorsa oratione id vetitum fuit, uti perperam opinati sunt Lobeckius *ad Phrynich.* p. 284. Valck. *ad Rover.* p. XIII. et alii.

Lin. 20. et seqq. Εγω δε τους κ. λ.) Sophistae a politicis Rhetoribus heic distinguuntur, atque illis pariter et istis gloria inveniendi vera argumenta omnino aufertur. Ad primum quod adtinet, ea fuit inter eos distinctio, ut Sophistae το αγωνιστικον και εριστικον dicendi genus, quod videlicet vim et robur dictionis ad *contendendum* aptum habebat, sectarentur; Rhetores vero τῳ πολειτικῳ generi, quod in foro et *civilibus* caussis versabatur, se dicarent. Vide Cresolium *Theatr. Vet. Sophist.* L. IV. c. 3. Ad alterum vero quod spectat, memorasse satis est Quinctilianum, qui eorum Artem κακοτεχνιαν, *pravitatem Artis* dictam testatur *Instit.* L. II. c. 15. Enimvero curabant τῃ τεχνῃ λογων τ' αληθες συσκιαζειν, *sermonis artificio veritatem obnubilare.* S. Isid. Pel. L. III. Epist. 215. Habebant enim ματαιοτεχνιαν, και κενοτεχνιαν, *fallacem, et vanam Artem.* Id. L. III. Epist. 235. Quamobrem Cebes Thebanus in sua *Tabula* Sophistas ponit apud ψευδοπαιδειαν. Quamvis enim in historia veritas adprime servanda sit, tamen ait Cicero: *concessum est Rhetoribus ementiri in historiis. Brut.* n. XLII.



ΜΕΝΟΥΣΠΙΘΑΝΟΥΣΑΛΛΑΤΟΥΣ
ΠΛΕΙΟΥΣΤΟΝΦΑΥΛΟΤΑΤΟΝΚΑΙ
Τ… ΛΕ ΤΑΛΕΓΕΙΝΕΞΩΤΩΝ
ΕΝΔΕΧΟ ΕΝΩΝ … ΝΤΑΠΑΡΑ
ΛΟΓΙΖΟΜΕΝΑ ΤΟΥΣΑΚΟΥΝ
ΤΑΣ … ΟΚΕΙΜΕΝΟΝ
ΤΙΣΤ … Ν … ΛΚΑΝΕΙ
ΠΑΝΤΑΣΔΕΤΟΥΣΕΝΟΝΤΑΣ
ΞΕ … ΙΤΙΣ … ΑΝΑΠΟΤΙ
ΝΟΣΕΠΙΠΙΠΤΩ … ΩΣΤΥΧΙ
ΚΗΣΟΤΙΓΕΠΑΡΑΤΟΥΤΟΥΣ
ΟΥΔΕΝΕΣΤΙΝΕΤΕΡΟΝΕ…
ΠΕΙΝΑΔΥΝΑΤΗΣΕΙΝΕΠΕΙ
ΔΗΦΙΛΟΣΟΦΩΤΕΡΑΣΕΣΤΙ
ΚΑΙΒΑΘΕΙΑΣ…ΤΕΣΥΝΕΣΕΩΣΤΟ
ΤΟΙΟΥΤΟΝ ΑΛΛΑΤΑΥΤΑ
ΜΕΝΑΞΙΩΘΗΣΕΤΑΙΤΙΝΟΣΕΤΙ
ΛΟΓΟΥΚΑΙΚΑΤΑΛΛΑΜΕΡΗΤΗΣ
…ΕΞΟΔΟΥΝΥΝΔΕΚΑΚΕΙ
…ΑΔΙΑΛΗ…ΤΕ…ΑΥΤΩΝ
ΟΤΙΤΩΝΠΡΟΒΛΗΜΑΤΩΝ
ΤΑΜΕΝΕΣΤΙΝ ΔΙΚΑΝΙΚΑ
ΤΑΔΕΣΥΝΒΟΥΛΕΥΤΙΚΑ
ΔΕΠΕΡΙΤΟΥΣΕΠΑΙΝΟΥΣΚΑΙ
ΨΟΓΟΥΣΩΝΤΑΜΕΝΣΥΝΕ
ΧΕΙΝΕΦΑΣΑΝΤΑΣΠΡΟΣΑΛ
ΛΗΛΟΥΣΕΠΙΠΛΟΚΑΣΤΑΔΥ

COL. XXX

Carlo Oratj dis. *Bart. Oratj inc.*

COLUMNA XXX.

μενους πιθανους, αλλα τους πλειους τον φαυλοτατον· και τα πλειστα λεγειν εξω των ενδεχομενων οντα, παραλογιζομενα δε τους ακουοντας· και εικη το ὑποκειμενον τις λογων αναχανει, παντας δε τους ενοντας εξευροι τις, ει μη αν απο τινος επιπτωσεως τυχικης (ὅτι γε παρα τουτους ουδεν εστιν ἑτερον) ειπειν αδυνατησειν· επειδη φιλοσοφωτερας εστι, και βαθειας γε συνεσεως το τοιουτον. Αλλα ταυτα μεν αξιωθησεται τινος ετι λογου και κατ' αλλα μερη της Διεξοδου. Νυν δε κακεινα διαληπτεον αυτων· ὅτι των προβληματων τα μεν εστιν δικανικα, τα δε συμβουλευτικα, τα δε περι τους επαινους και ψογους· ὡν τα μεν συνεχειν εφασαν τας προς αλληλους επιπλοκας, τα δ' ὑ-

sint persuadendo, sed plura hominem ineptissimum adtractura esse; atque *eos* plurima dicere, quae ad rem non faciunt, falsa autem argumentatione auditores decipiunt: ac frustra *in eis* argumentum sermonum quispiam requiret; hos vero, quotquot contingunt, invenerit quisquam, nisi ob aliquam incidentiam fortuitam (quippe quia praeter tales nihil aliud est) *ad rem* dicere non posse; quia istud *ad rem dicere*, est magis philosophicae, atque altae intelligentiae. At haec quidem adhuc digna censebuntur aliqua ampliori expositione per alias etiam *huius* Tractatus partes. ¶ Nunc autem disputandum est de his: videlicet quaestiones alias quidem iudiciales esse, alias vero deliberativas, alias denique in laudationibus et vituperationibus versari: quarum *iudiciales* quidem dixerunt continere mutuas contentiones; *deliberativas* autem

CAP. XX.

Quid valeant Sophistae in triplici quaestionum genere.

Lin. 3. et seq. τα πλειστα λεγειν εξω των ενδεχομενων). Sententia, quam heic partim legimus, partim supplevimus, pluribus veterum Scriptorum locis comprobari potest ; qui illud in Rhetoribus vitium deprehenderunt, quod in rebus a proposito argumento alienis frequentissime immorarentur. Non enim habebant prae oculis το υποκειμενον, περι ὁ καταγινεται, περι ὁ ενεργειται. Hermog. *Rhet.* Proleg. Sed praecipue in illud intendebant, ut παραδοξους εννοιας, *mirabiles conceptus* ederent. Philost. *Vitae Sophist. de Niceta.* Quin etiam ξενας νοησεις, *novas et inusitatas excogitationes*, et καινοσπουδον περι τας νοησεις, *studium novitatis in formandis animi conceptibus* aucupabant. Longin. *De Subl.* Sect. III. et seq. Has nimirum phaleras ita iactabant, ut auditor obstupesceret, atque verborum etiam lenociniis illectus adsensionem illam daret, quae alia prorsus ex causa solidis tribuenda fuisset argumentis. Vide Aul. Gell. *Noct. Att.* Lib. XIX. cap. 1, et Le Clerk, *Not. in Ciceron.* T. XXVI. pag. 280. *edit. in 12.*

Lin. 6. et seqq. και εικη κ. λ.) Verba non ex ingenio, sed ex elementis non abrasis, et sensu restituenda fuerunt. Iis verbis Spengelius manum non admovit: Grosius autem adeo violentas admovisse videtur, ut potius laeserit, quam iuverit. Certe quidem Philodemus eos carpit oratores, qui *Posthumo* similes *de tribus capellis* minime loquebantur. Martial. Lib. VI. Epigram. 19. Hi nimirum *eloquentiam perdiderunt.* Petron. *Satyr.* Cap. II.

Lin. 9. et seqq. εξευροι τις κ. λ.) Ad rem dicere in tota oratione, non minimae sapientiae munus est, adeoque vulgaribus oratoribus id iure denegat Noster: quippe qui casu potius, quam ex instituto propositum argumentum pertractabant. De hoc eorum vitio multas veterum Auctorum sententias Burmannus, aliique Petronii adnotatores congesserunt. Ad *Satyr.* Cap. I.

Lin. 20. διαληπτεον αυτων). Subauditur περι, ad genitivum rite regendum, uti passim prostat in veterum Graecorum scriptis. Aut igitur hanc προθεσιν librarius per incuriam omisit, aut N. A. per ελλειψιν reticuit. Ex hac voce tum αδιαληψιαν Col. XXIII. lin. 16, tum αδιαληπτως Lib. De *Ira* T. I. pag. 77 *edit. Oxon.* deduxit Philodemus.

Lin. 21. et seqq. ὁτι των προβληματων κ. λ.) Quaestiones in tria genera dispesci, nimirum *Iudiciale*, *Deliberativum*, et *Demonstrativum* arbitrati sunt, quotquot Rhetorices praecepta docuerunt. Vide prae caeteris Arist. *Rhet.* L. I. c. 3. Dionys. Hal. *in Lys.* Cap. XV. Quinctilianum *Instit. Orat.* Lib. VIII. Prooem. Stoicis etiam tripartita placuit Rhetorica, utpote quia haec genera eius partes esse censebant. Laërt. Lib. VII. serm. 42.

ΠΟΓΡΑΦΕΙΝ ΤΑΣΥΜΦΕΡΟΝ
ΤΑ ΠΑΣΙΝΤΑΔΕΠΙΤΑΣΑΡΕ
ΤΑΣΠΡΟΤΡΕΠΕΙΝ ΚΑΙΤΩΝ
ΚΑΚΙΩΝΑΠΑΛΛΑΤΤΕΙΝ ΠΕ
ΡΙΜΕΝΟΥ[illegible]ΤΩΝΔΙΚΑΝΙΚΩΝ
ΚΑΙΣΥΜΒΟΥΛΕΥΤΙΚΩΝ ΕΙΣΑ[illegible]
ΛΟΝ ΚΑΙΡΟΝ ΕΠΙΤΗΔΕ[illegible]ΟΤΕΡΟΝ
ΥΠΕΡΘΗΣΟΜΑΙ ΚΑΙΓΑ[illegible]ΠΑΥ
ΤΩΝΑΔΟΛΕΣΧ[illegible]Τ[illegible]Ν ΕΚΕΙ
ΠΑΛΙΛΛΟΓΕΙΤΑΙ ΠΛΗΝΤΟΣΟΥ
ΤΕΙΠΕΙΝ ΟΤΙΤΟΔΙΚΑΝΙΚΟΝ
ΟΥΔΗΠΟΥΔΙΚΑΝΙΚΟΝΛΕΓΟΥ
ΣΙΝ ΗΤΟΥΝΑΝΤΙΟΝΑΚΟΥΣΟΝ
ΤΑΙ ΠΑΡΕΝΙΩΝΑΛΛΑΔΙΚΑΣ
ΤΗΡΙΑΚΟΝ ΚΑΙΠΑΝΤΟΣΥΜ
ΒΟΥΛΕΥΤΙΚΟΝΟΥΤΟΙΣΚΑΤΑ
ΜΕΡΟΣΑΝΘΡΩΠΟΙΣΥΠΕΡ
ΤΩΝ ΕΙΣ ΒΙΟΝΜΑΚΑΡΙΟΝΑΝΗ
ΚΟΝΤΩΝΙΝΑΜΗΦΑΝΕΡΑ
[illegible]ΩΝΤΑΙ ΚΑΙΦΗΤΙΣΑΥ
ΤΟΥΣΠΡΩ[illegible]Ν ΕΑΤΟΙΣΤΑ
ΝΑΝΤΙΩΤ[illegible]ΤΑΣΥΜΒΕΒΟΥ
ΛΕΥΚΕΝΑΙΤΗΝΖΩΙΗΝ
Ε ΤΑΥΤΗΝΕΛΟΜΕΝΟΙΣΑΛ
ΛΑΔΗΜΩΙ ΚΑΙ ΠΛΗΘΕΣΙΝ
ΚΟΙΝΩΣΠΕΡΙ[illegible]ΩΝΠΟΛΕΙ

COL. XXXI

Carlo Oratij dis.　　Bart. Oratij inc.

COLUMNA XXXI.

προγραφειν τα συμφερον-
τα πασιν, τα δ' επι τας αρε-
τας προτρεπειν, και των
κακιων απαλλαττειν. Πε-
ρι μεν ουν των δικανικων,
και συμβουλευτικων εις αλ-
λον καιρον επιτηδειοτερον
υπερθησομαι· και γαρ επ' αυ-
των αδολεσχοτερον εκει
παλιλλογειται· πλην τοσου-
τ' ειπειν, ότι το δικανικον
ου δηπου δικανικον λεγου-
σιν, η τουναντιον ακουσον-
ται παρ' ενιων, αλλα δικασ-
τηριακον· και παλι το συμ-
βουλευτικον ου τοις κατα
μερος ανθρωποις υπερ
των εις βιον μακαριον ανη-
κοντων, ίνα μη φανερα
ψευδωνται, και φη τις αυ-
τους πρωτον ἑαυτοις τ' α-
ναντιωτατα συμβεβου-
λευκεναι την ζωην
ταυτην ἑλομενοις, αλ-
λα δημω, και πληθεσιν
κοινως περι των πολει-

definire ea, quae omnibus utilia sunt; *demonstrativas* denique ad virtutes hortari, atque a vitiis *homines* avertere. Iam vero de iudicialibus, ac deliberativis *animadversiones* ad aliud tempus opportunius differam; etenim de ipsis fusius ibi sermo iterum habetur: verumtamen hoc dumtaxat dicam: *Rhetores* iudiciale genus non amplius iudiciale adpellare, sed forense, neque contrarium ab aliquibus dictum audituros esse: et rursus *eosdem dicere*, genus deliberativum non *adhiberi* pro hominibus peculiaribus de rebus ad vitam beatam conferentibus; ne manifeste mentiantur, et ne quis dicat, eos primum sibi ipsis, qui hanc vitam *beatam* elegerunt, res maxime contrarias deliberando persuasisse; sed *adhiberi* pro populo, et coetibus, ubi communiter agitur de negotiis, quae

ADNOTATIONES.

Lin. 16. et seqq. εις αλλον καιρον κ. λ.) Quum plura sint Philodemi Volumina, quae de Rhetorica agunt; quumque camdem cramben in iis saepe recoquat; utique de iudiciali et deliberativo genere alibi complura disserit, ad quae nunc lectorem amandat. Sub praelo sunt nonnulla huiusmodi Opera, atque alia nostrorum Sociorum curae explicanda iam commissa sunt.

Lin. 10. παλιλλογειται.) Rectius ita scripsit noster librarius, quam si scripsisset παλιλογειται, quod tamen nonnullorum Codicum auctoritate probatur.

Lin. 14. et seqq. δικαστηριακον). Addendum est Lexicis hoc verbum, quod in malam partem vertendum videtur, ut τω δικανικω opponatur. Hoc enim αληθη, *vera* importat, Plat. *Apol. Socrat.* pag. 20. Xenophon. *Apol.* 1. 2. 48. Illud autem ad eam oratoriam artem pertinet, qua Rhetores in foro abutebantur. Plat. in *Phaedr.* T. I. pag. 179 et seq. *Lond.* 1826. Nos *forense* vertimus; etsi enim *oratio iudicialis, et forensis* iunctim memoretur a Tullio, *Orat.* n. CLXXIX., et *iudicia cum forensi certamine* ab eodem copulentur, Ibid. n. CCVIII. atque *forense, concertatorium, iudiciale genus dicatur, De Clar. Orat.* n. CCLXXXVI.; tamen *forense* aliquando odiosum verbum videtur. Ibid. n. CCLXXVIII. et *Pro Plancio* n. XXIX.

Lin. 15. et seq. το συμβουλευτικον ου κ. λ.) Quod in deliberativo genere minus frequenter versarentur Sophistae et Rhetores, satis indicat Cicer. in *Brut.* ubi de Gorgia eorum antesignano agit, n. VIII.

Lin. 25. et seqq. την ζωην ταυτην ἑλομενοις). Quot et quanta fuerint Sophistarum ac Rhetorum vitia, ac praecipue superbia, arrogantia, avaritia, crudelitas, mendacitas, invidia, immo et impura libido; toto Libro V. ostendit Cresolius. *Theatr. Vet. Soph.* Hi enim, uti et Philosophi, se iactabant *de virtutibus et vitiis subtilia multa tractantes, dividentes, definientes, ratiocinationes acutissimas concludentes, libros implentes, suam sapientiam buccis crepantibus ventilantes.* Aug. Tract. XLV. *in Ioann.* n. 3. col. 595. T. III. P. II. *Paris* 1690. Verumtamen eorum vita talis non fuit, ut per virtutes beatitudinem sibi posset conciliare; sed vitiis obruebatur, quae in falso dictis *Sapientibus* reprehendit Apostolus *Ad Rom.* I. 22. et seqq. Hisce autem in memoriam revocatis, Philodemi sententia satis explanatam se prodit.

ΤΙΚΩΝΛΕΓΟΜΕΝΩΝΠΡΑ
ΓΜΑΤΩΝΚΑΙΔΙΟΤΙΤΟΥΤΩΝ
ΕΚΑΤΕΡΟΝΟΥΧΥΠΟΤΩΝCΟ
ΦΙCΤΩΝΚΑΙΑΠΟΤΗCΤΕ ΝΗC
ΑΛΛΥΠΑΛΛΩΝΓΙΝΕΤ ΑΙ
ΚΑΤΑΔΥΝΑΜΙΝΑΛΛΗΝΥΠΕΡ
ΔΕΤΩΝΚΑΤΑΤΟΥC ΤΑ ΟΥ
ΚΑΙΨΟΓΟΥCΝΥΝΛΕΓΩ ΕΝ
ΟΤΙΤΟΙCΠΟΛΕΙΤΙΚΟΙCΤΩΝ
ΡΗΤΟΡΩΝΠΑΡΑCΠΕΙΡΕ
ΤΑΙΜΕΝΟΥΚΟΛΙΓΩΝΕΓΚΩ
ΜΙΑΚΑΙΨΟΓΟΙΚΑΘΕΑΥΤΑ
ΔΟΥΠΟΙΕΙΤΑΙΜΑΛΛΟΝΔΟΥ
ΔΕΠΑΡΑΠΛΗCΙΑΤΟΙCΤΩΝ
CΟΦΙCΤΩΝΕCΤΙΝΟΥΔΕΠΕ
ΓΕΙΝΕΤΑΙ
ΡΙΤΙΝΩΝΑΛΛΩΝΗΤΩΝΑ
ΝΑΤΕΙΝΟΝΤΩΝΕΙCΤΟΚΟΙ
ΝΟΝΟΥΔΟΛΩCΑΝΤΙΠΟΙΟΥΝ
ΤΑΙΜΟΝΟΙΤΟΥC ΤΙΝΑC
ΕΠΑΙΝΕΙΝΚΑΙΨΕΓΕΙΝΔΥΝΑC
ΘΑΙ ΤΟΔΕCΟΦΙCΤΙΚΟΝΓΕ
ΝΟCΤΟΥΤΕΠΑΓΓΕΛΛΕ
ΤΑΙΠΡΟCΟΚΑΙΛΑΛΗCΟΜΕΝ
ΕΠΙΤΟΥCΕΚ ΔΙΔΟΜΕΝΟΥC
ΥΠΑΥΤΩΝΛΟΓΟΥCΑΝΑΦΕ
ΡΟΝΤΕC ΕΙΜΕΝΟΥΝΩC
ΠΕΡΕΝΙΟΙΠΕΡΙ ΡΑ ΤΟΝ

COL. XXXII

Carlo Oratj dis. Bart. Oratj inc.

COLUMNA XXXII.

πτικων λεγομενων πραγματων· και διοτι τουτων ἑκατερον ουχ ὑπο των Σοφιστων, και απο της Τεχνης, αλλ' ὑπ' αλλων γινεται, και κατα δυναμιν αλλην. Ὑπερ δε των κατα τους επαινους, και ψογους νυν λεγωμεν, ὁτι τοις πολειτικοις των Ῥητορων παρασπειρεται μεν ουκ ολιγων εγκωμια, και ψογοι, καθ' ἑαυτα δ' ου ποιειται· μαλλον δ' ουδε παραπλησια τοις των Σοφιστων εστιν, ουδε περι τινων γεινεται αλλων, η των ανατεινοντων εις το κοινον· ουδ' ὁλως αντιποιουνται μονοι τους τινας επαινειν, και ψεγειν δυνασθαι. Το δε Σοφιστικον γενος τουτ' επαγγελλεται, προς ὁ και λαλησομεν επι τους εκδιδομενους ὑπ' αυτων λογους αναφεροντες. Ει μεν ουν, ὡσπερ ενιοι περιδρακτον-

politica nuncupantur: *dicam* etiam horum generum utrumque non a Sophistis, atque ab Arte *Rhetorica*, sed ab aliis, et per aliam facultatem effici. ¶ Porro de his, quae ad laudationes, et ad vituperationes pertinent, nunc dicamus, politicis Rhetorum *orationibus* inseri quidem hominum haud paucorum laudes, et vituperationes; non vero fieri *ab eis orationes*, *quae* dedita opera, *laudent et vituperent;* potius autem ipsas Sophistarum *sermonibus* similes non esse, neque de aliquibus aliis agere, quam de iis quae ad remp. pertinent; neque omnino sibi solis vindicare facultatem, qua nonnullos laudent, atque vituperent. Sophistarum autem natio hoc profitetur, de quo disseremus, ubi ad orationes ab ipsis editas nostrum transferemus sermonem. Itaque si, uti nonnulli usurpant,

CAP. XXI.
Quid praecipue valeant in genere demonstrativo.

ADNOTATIONES.

Lin. 5. et seq. ὑπ' αλλων κ. λ.). Quinam sint *alii*, et quaenam sit *alia facultas*, quae prae Sophistis *iudiciale et deliberativum genus* possit recte tractare, Philodemus non explicat; sed divinare facile possumus. Nimirum I. C. per Iurisprudentiam iudicialia negotia possunt decernere: ad deliberandum vero modo Politica, modo Ethica requiritur. Porro tumidus Philosophorum, et praesertim Epicureorum fastus is erat, ut Philosophiae late sumptae tum causarum actionem, tum rerum agendarum deliberationem adrogarent. Et certe Philosophiam indicat Aristoteles, quando oratorem veritati investigandae et comprobandae idoneum *non a Rhetorica* effici docet, sed *a sapientiore et magis vera disciplina:* μητε Ρ῾ητορικης ειναι Τεχνης, αλλ' εμφρονεστερας, και μαλλον αληθινης. *Rhet.* L. I. cap. 4. At vero Rhetores, quos inter erat Philodemi adversarius, se facile acquisituros esse legum notitiam, quae ad causam tractandam necessariae forent, iactare solebant. Fuse de hoc agit Tullius, qui post multas animadversiones ita concludit: *itaque si mihi homini vehementer occupato stomachum moveritis, triduo me Iurisconsultum esse profitebor. Orat. pro Mur.* C. 13. Eodem modo philosophicas speculationes se callere, aut promte mutuari ipsi dictitabant. Vide Stanleium *Hist. Philosophic.* P. III. cap. 9. et Cesarotti *Corso di Letteratura Greca.* P. I. Tom. II. Praef. Caeterum Empiricus in id sedulo incumbit, ut consuetis suis cavillationibus evincat illud: ἡ Ρ῾ητορικη κατα των νομων εισκεκληται. *Rhetorica adcersita fuit adversus leges. Adv. Rhet.* L. II. segm. 34. et seqq.

Lin. 7. επαινους). Hoc nomen iure a nobis restitutum fuisse, sequens vox ψογους, et caetera, quae subduntur, satis demonstrant. Quod autem laudes et vituperationes in politicis orationibus passim occurrant, utique non ignorat, qui Isocratis, aliorumque Rhetorum orationes pervolutaverit. Addatur luculentissimum hac de re Halicarnassensis testimonium, *De admiranda vi dicendi in Demosthen.* Cap. XXI. Iam vero illud ουκ ολιγων nos primo verteramus, *rerum haud paucarum* laudes et vituperationes; sed secundis curis, quae sapientiores esse solent, vertendum duximus, *hominum haud paucorum;* quum revera de hominibus encomia, et vituperationes fieri soleant, et mox τους τινας επαινειν, και ψεγειν legamus.

Lin 18. et seq. αντιποιουνται). Verbum istud, quod obvio sensu interpretati sumus *vindicant*, cum Suida *reddere* possumus, φιλονεικουσιν, *occupare contendunt, affectant, adsequi conantur.*

Lin. 27. ενιοι περιδραττονται). Spengel, et Gros, si emendatum exemplar prae oculis habuissent, neutiquam legissent, alter quidem ενιοι περι ἁ φατιζονται, μονοι φασι, alter vero ενιοι, περι ἁ φατισονται, μονοι φασι. Huiusmodi enim lectiones non modo σχηματι repugnant, sed etiam in κακοφωνιαν a subsequente φασι productam labuntur. At verbum περιδραττονται satis perspicue in αυτογραφω legitur, et perspicuum sensum prodere videtur. Quum enim significet ex Budaeo *adprehendere*, *usurpare*, quumque plura eius prostent in Lexicis exempla; immo nomina περιδραξις, περιδρακτος, απεριδρακτος κ. λ. huiusmodi significationem confirment; facili negotio Philodemi sententiam exprimit, atque cum toto contextu perbelle cohaeret.

ΤΑΙ ΟΝΟΙ ΦΑCΙ ΠΑΝΟΛWC
ΠΡΑΓΜΑΔΥΝΑΜΙΝΕΧΕΙΝΕ
ΠΑΙΝΕΙΝ ΚΑΙΨΕΓΕΙΝΑΞΙΟΝ ΠΥ
ΘΕCΘΑΙΠΟΤΕΡΟΝΤΑΥΤΟΛΕ
ΓΟΥCΙ ΝΟ ΤΑΝΜΕΝΘΕΛΗCW
CΙΝ ΕΝΚWΜΙΑΖΕΙΝ ΟΤΑΝ
ΔΕΒΟΥΛΗΘWCΙ ΨΕΓΕΙΝΗΤΑ
ΜΕΝ ΕΠΑΙΝΕΤΑΜ ΝΟΝ
ΕΝ WΜΙΑΖΕΙΝ ΤΑΔΕΨΕ
ΚΤ ΜΟΝΟΝ ΨΕΓΕΙ ΕΙΜΕΝ
ΓΑΡΤΟΠΡΟΤΕΡΟΝ ΜΕΤΑΤΗC
ΠΟ
ΑΠΛΗΞΙΑCΤΟΥΤΑΨΕΚΤΑ
ΜΕΝΕΓΚWΜΙΑΞΕΙΝ ΤΑΔΕ
ΠΑΙΝΕΤΑΨΕΓΕΙΝ ΟΥΔΕCΤΙΝ
ΕΠΑΙΝΟCΟΥΔΕΨΟΓΟC ΤWΝ
ΟΥΚΕΧΟΝΤWΝΑ ΤΙCΦΗCΕΙ
ΠΟΛΛΑΔΕΟΥΔΟΛWCΕΠΑΙ
ΝΟΝ ΨΟΓΟΝΕΠΙΔΕ ΕΤΑΙ
ΤWΝΠΡΑΓΜΑΤWΝ ΕΙΔΕ
ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΟΥΜΟΝΟΝ
ΤΗΝCΟΦΙΑΝΑΥΤΟΙCΑΠΟ
ΝΕΜΟΥCΙ ΑΛΛΑΚΑΙΤΗΝΕΙ
ΔΗCΙΝ WΝΕΚΑCΤΟΝW ΦΕ
ΚΑΙ ΒΛΑΜΜΑΤWΝ
ΛΗΜΑΤWΝΠΑΡΑCΚΕΥΑΖΕΙ
ΚΑΙΘΕW ΡΟΥΝΤΑΙΠΟΛΛΑ
ΜΕΝΤWΝ ΕΠΑΙΝΕΤWΝΨΕ
ΓΟΝ ΤΕC ΥΚΟΛΙΓΑΔΕΤWΝ

COL. XXXIII

Carlo Oratj dis. *Bart. Oratj inc.*

COLUMNA XXXIII.

ται, μονοι φασι παν ὁλως πραγμα δυναμιν εχειν επαινειν, και ψεγειν· αξιον πυθεσθαι, ποτερον ταυτο λεγουσιν, ὁταν μεν θελησωσιν ενκωμιαζειν, ὁταν δε βουληθωσι ψεγειν· η τα μεν επαινετα μονον ενκωμιαζειν, τα δε ψεκτα μονον ψεγειν; Ει μεν γαρ το προτερον, μετα της αποπληξιας του τα ψεκτα μεν εγκωμιαζειν, τα δ' επαινετα ψεγειν· ουδ' εστιν επαινος, ουδε ψογος των ουκ εχοντων, ἁ τις φησει· πολλα δε ουδ' ὁλως επαινον, η ψογον επιδεχεται των πραγματων. Ει δε το δευτερον, ου μονον την Σοφιαν αυτοις απονεμουσιν, αλλα και την Ειδησιν, ὡν ἑκαστον ωφεληματων, και βλαμματων παρασκευαζει· και θεωρουνται πολλα μεν των επαινετων ψεγοντες, ουκ ολιγα δε των

dicunt se solos cuilibet omnino rei laudandae, et vituperandae idoneos esse; par est interrogare, num eamdem rem intelligant, quando voluerint laudare, et quando vituperare sibi proposuerint; an tantummodo laudanda laudare *velint*, ac tantummodo vituperanda vituperare? Si enim illud, quod primo loco diximus, *intelligunt*; non solum amentiae est vituperanda quidem laudare, laudanda vero vituperare; sed ne potest quidem esse laus, neque vituperatio rerum, quibus non insunt ea, quae quispiam dixerit: multa autem laudem, et vituperationem omnino non admittunt. Quod si alterum *intelligunt*; non modo Sapientiam sibi adrogant, sed etiam Notitiam utilitatum et nocumentorum, quae singulae res praebent: atque cernuntur *ipsi* multa quidem laudanda vituperantes, non pauca vero

ADNOTATIONES.


Lin. 6. ενκωμιαζειν). Hoc verbo maius aliquid significari, quam επαινειν, indicat Xenophon, ubi scribit: παντες μεν επηνουν, παντες δ' ενεκωμιαζον, *omnes quidem laudabant, omnes autem extollebant. Cyropaed.* L. V. Cap. 3. n. 5. Quod autem unam eamdemque rem extollere, et deprimere susciperent Rhetores, docemur ab Empirico: οποιος αν η ο Ρητωρ, παντως τους εναντιους εκμελεταν οφειλει λογους· *cuiuscunque modi sit Orator, debet omnino contrarias meditari orationes. Adv. Rhet.* L. II. segm. 47. Id autem eo redit, quod superius exposuimus, eiusmodi videlicet Oratores tanta esse temeritate, ut de re qualibet *se omnia, quae dici possent, profiterentur esse dicturos.* Cic. *De Orat.* L. I. c. 22. Etenim in illud unum intendebant, ut τα εγκωμιαστικα in singulis rebus invenirent. Vide Herm. *Partit. Rhet.* p. 36. *Argentor.* 1570.

Lin. 11. et seqq. μετα της αποπληξιας κ. λ.) Istud μετα, quod explicamus *non solum*, proprie denotat temeritatem Sophistarum, in laudando aut vituperando res nihil tale merentes, cum quadam *amentia* esse coniunctam; αποπληξια enim, μανια, et ανοια unum idemque sonant. Hesych. *h. v.* Attamen Rhetoricae Artis Scriptores passim praecepta sua exponunt, ad homines quoslibet per quamdam virtutum vel vitiorum similitudinem laudandos vel vituperandos. Arist. *Rhet.* L. I. cap. 9. Rhetores autem, his praeceptis abusi, etiam *turpitudines defendendas* suscipiebant. Cic. Epist. Ad. Q. Fratr. Lib. III. Epist. 3.

Lin. 14. et seqq. ουδ' εστιν κ. λ.). Recte docet Philodemus laudatione et vituperatione prosequenda non esse ea, quae nihil tale merentur. Nam Plato, *exagitator omnium Rhetorum* (ut ait Cicero, Orat. num. XLII.) laudem obtineri docet, εργων ευπραχθεντων, *rebus praeclare gestis Menex.* Tom. II. p. 236. *ed. Steph.* Atque αρετης λειπομενα παντα.......αισχρα και κακα· *turpia sunt, et laudem amittunt ea omnia, quae virtute destituuntur. Ibid.* II. 246. Quare percelebre est illud Tullii effatum: *vera laus uni virtuti debetur. De Orat.* Lib. II. num. 342. Adde et aliud: *omnia sunt profecto laudanda, quae coniuncta cum virtute sunt: et quae cum vitiis, vituperanda. Quamobrem finis alterius, est honestas; alterius, turpitudo. Partit. Orat.* num. 71.

Lin. 21. et seqq. την Σοφιαν κ. λ.) Nimirum *nihil est aliud eloquentia, nisi copiose loquens Sapientia.* Id. *ibid.* n. 79. Quapropter Stoici *eloquentiam, virtutem ac Sapientiam esse dixerunt.* Id. *De Orat.* Lib. III. n. 52. Vide Quinctilianum. *Institut. Orat.* Lib. VIII. *Proeem.*

Lin. 25. θεωρουνται). Nescio qua de causa Gros ευπορουνται, contra αυτογραφου fidem legere voluerit, ut Philodemi sermonem *ad divitias, quas per Rhetoricam Sophistae sibi comparabant*, detorqueret. Passim profecto *cernebantur* Rhetores laudanda vituperantes, et vituperanda laudantes, *ut ingenia sua in malis rebus exercerent, vel ostentarent.* Lactant. *Inst. Divin.* Lib. III. cap. 23. Idem testatur Fabius, qui eos ita *exercere ingenia materiae difficultate* existimat. *Inst. Orat.* Lib. II. cap. 17. Ennodius etiam memorat Faustum, qui divitias facundiae in rebus laude carentibus ostentaverat. Lib. I. Epist. 6. Consulendus est Philostratus, *Vit. Sophistarum* Lib. I. *Vit. Dion.*



Carlo Oratj dis. *Bart. Oratj inc.*

COLUMNA XXXIV.

ψεκτων επαινουντες. Ει μεντοιγε των Θεων, και των Ηρωων εγκωμια δυνασθαι ποιειν επαγγελλονται· των δ' ανθρωπων τους μεν ευλογειν, τους δε δυσφημειν, και τους αυτους, όταν προελωνται, ποιειν έκατερον· ήμεις νοησομεν (χωρις του και αναισθητων, ουχ οίον αλογων ζωών αυτους εγκωμια πεποιηκεναι), διοτι Θεων μεν ουδεις, ουδ' Ηρωων ενκωμιου δειται του παρ' ανθρωπων· εστιν τε παν ελαττον αυτών και το κατατευχθεν, αχρειεστατον δε το γεινομενον υπο των Σοφιστων. Διο και λεγουσιν Αριστοτελην, η τινα μεν τοι προς Αναξιμενην, η τινα δηποτ' ειπειν των Σοφιστων ειτε Αρτεμιδος, ειτ' Αθηνας ενκωμιον γραψαντα, και σεμνυνο-

CAP. XXII. Eorum laudationes non prosunt.

vituperanda laudantes. ¶ Iam porro si Deorum, atque Heroum praeconia se posse condere profitentur; hominum autem nonnullos quidem commendare, alios vero infamia afficere; immo et eosdem *homines*, quando sibi alterutrum facere proposuerint; nos animadvertemus (praeterquam quod *illi* rerum sensu carentium, nedum brutorum animantium laudationes condiderunt), Deorum, et Heroum neminem praeconio indigere ab hominibus condito; et *quodvis encomium* vel elaboratissimum esse illis inferius, indignissimum autem *esse* illud, quod a Sophistis editur. Quare narrant Aristotelem, aut quempiam alium dixisse Anaximeni, aut cuidam alii Sophistarum, qui sive Dianae, sive Minervae laudationem scripserat, atque *de hoc* gloriabatur:


ADNOTATIONES.

Lin. 2. μεντοιγε). Perperam Gros legit μεν το περι, siquidem ita vis σχηματι infertur, et syntaxis εγκωμια των Θεων rectior est, quam εγκωμια περι των Θεων. Profecto ob oculos habemus illud Plutarchi: Σοφιστου τινος μελλοντος αναγινωσκειν εγκωμιον Ηρακλεους, τις γαρ αυτον, εφη, ψεγει; *Sophista quodam Herculis praeconium lecturo, quis enim, inquit, eum vituperat? Lacon. Apophth.* Tom. II. pag. 217. *Francofurti* 1599. Adde et Platonem, qui ait: τους χρηστους Σοφιστας Ηρακλεους μεν, και των αλλων (Θεων) επαινους καταλογαδην συγγραφειν, *bonos et peritos Sophistas oratione soluta Herculem, aliosque (Deos) laudare. Conviv.* T. III. pag. 177. *edit. Steph.* Vide et Menandrum Rhetorem. I. pag. 26. et seqq. *Edit. Heeren.* Nimirum has materias a Sophistis ad solam compositas esse ostentationem docet Fabius *Instit. Orat.* Lib. III. cap. 7.

Lin. 7. και τους αυτους). Sensum perversa lectione corrupit Gros, ubi legit: τους δε δυσφημειν ὡς κακους, η αγαθους. Philodemus enim heic Sophistas carpit, quod unum eumdemque hominem modo laudandum, modo vituperandum susciperent, ut artem, et dicendi copiam iactarent: omnesque ingenii sui nervos intendebant, ut florida eloquutione, mirabili elegantia, atque acutis argumentationibus audientium animos percellerent. Profecto quod *adcepta mercede laudes dicerent*, tradit S. Hieronymus Epist. I. De qua re non omittendum est, quod notat Lactantius: *malum a Graecis ortum est, quorum levitas, instructa dicendi facultate et copia, incredibile est, quantas mendaciorum nebulas excitarit. De Falsa Relig.* Lib. I. cap. 15. Legendus etiam est Plato, qui ex πολλου χρονου λογων παρεσκευασμενων, *longiori tempore concinnatis orationibus* Sophistas ad laudandum usos fuisse perhibet. *Menexen*, Tom. II. pag. 234. *edit. Steph.* Interdum vero vituperandis tum Philosophis, tum Poëtis incumbebant. Ita Eratosthenes Μελετας Ρητορικας adversus Poëtas, et maxime Homerum, elucubravit: quod testatur Strabo Lib. I. p. 7. 15. 47. 54. *Paris* 1620. Dionem Prusaeum, Philosophos insectatum, nugantis eorum sapientiae absurditates in hominum luce explicuisse docet Synesius in *Dion.* pag. 41 et seq. *Opp. Ed. Dionys. Petav.* 1612.

Lin. 9. et seqq. ἡμεις νοησομεν (χωρις του κ. λ.) Mirum est, quo abierit Gros: dum legit: ἡμεις μεμφομεθα Θεων, η Αριστου. Nam neque αυτογραφον, neque sensus, neque contextus huiusmodi lectionem patiuntur. Nimirum A. N. heic το νοησομεν cum mox adiunctis διοτι κ. λ. copulavit, et interea in quadam veluti παρενθεσει inclusit interiecta verba χωρις του κ. λ. Revera Sophistas *res sensu carentes*, *nedum bruta animantia* laudibus saepe fuisse prosequutos, Aristoteles adfirmat: συμβαινει και χωρις σπουδης, και μετα σπουδης επαινειν πολλακις.... και αψυχα, και των αλλων ζωων το τυχον. *Rhet.* L. I. c. 9. Ut aliqua huius sophisticae iactantiae exempla prodamus, nonnulli ingeniosissima laude exornaverunt *salem.* Plato *in Conviv.* Tom. III. pag. 177. Pittacus ingenii vim comsumpsit in laudanda *mola.* Aelian. *Histor. Var.* L. VII. Cap. 4. Clitarchus tanta scripsit ad celebrandam *teredinem*, ac si *de Leone Nemaeo*, *aut de Minotauro Cretensi* scripsisset. Tzetz. *Chiliad.* VII. Dio Prusaeus *psittacum*, Polycrates *murem*, Lucianus *muscam*, Michaël Psellus *pulicem*, Dio Chrysostomus *culicem*, alii *asellum*, alii *scarabaeum*, Eliensis *podagram*, *surditatem*, *caecitatem*, Alcimadas *mortem*, Phavorinus *febrim quartanam*, quidam *fatuitatem*, quidam *vomitum*, etc. laudarunt: quae omnia Plutarchus *De audiendis* Poëtis Tom. II. pag. 18. *Francof.* 1599, Philostratus *Vit. Sophistarum* Lib. IV. cap. 9. Fabius *Instit. Orat.* Lib. II. cap. 17. et Lib. III. cap. 7. A. Gellius *Noct. Att.* L. XVII. cap. 12., aliique recensuerunt. Certe quidem huiusmodi orationes σοφιστικην απειροκαλιαν, και φιλοτιμον παθος, *Sophisticam insolentiam, et gloriae cupiditatem* prodiderunt.

Lin 21. et seqq. Διο και λεγουσιν κ. λ.). Quum Philodemus factum narret adeo incertum, ut dubitet num *Aristoteles, aut quisvis alius Anaximenem, aut quempiam alium* interpellaverit, ne mireris, lector, nihil certi in historiis invenire nobis licuisse. Id unum pro certo habemus Anaximenem eum fuisse, quem Lampsacenum probavimus in *Adnotationibus* ad Philodemi librum *De Rhetorica* Tom. IV. pag. 6. Verbum σεμνυνομενον, quod heic in Columnae calce occurrit, proprie dictum videtur de Sophistis, qui oratione sua *tumefiebant et se gloriose iactabant;* id enim Philostratus usurpat de quodam iuvene, qui in schola sophistica excultus, magnifica oratione Iovis laudes fuerat prosequutus, *Vit. Apollon. Tyan.* Vide etiam Doxopat. *Homil. in Aphth.* Rhet. Walz. T. II. p. 277. Marcell. *Schol. in Hermog. De Statibus.* Utrum vero Aristoteles heic memoratus Stagyrita fuerit, an Siceliotes, de quo mentionem facit Laërtius Lib. V. seg. 35., in dubitationis alea relinquendum est.



Carlo Oratij dis. *Bart. Oratij inc.*

COLUMNA XXXV.

μενον· ουκ οιει γαρ, ειπεν, εαν ποτ' ερις γενηται των Θεων, ως προτερον, ερειν την Αφροδειτην· καλον γαρ εγκωμιον σου και οδε δεινα εποιησεν. Το δε των αλογων ζωων τα μεν ενκωμιαζειν, τα δε ψεγειν, ουδεν ημων τους βιους ωφελει, δια το μητ' αισθανεσθαι των λεγομενων αυτα, μητ' επιδεχεσθαι μεταθεσιν εκ της οικειας φυσεως. Ανθρωποι δε προτρεπονται μεν επι το σπουδαιον υπο τινων επαινων, και των κακων αφιστανται δια τινας ψογους. Αλλ' οι Ρητορικοι Σοφισται Βουσειριδας, και Πολυφημους, και τοιουτους αλλους εγκωμιαζοντες τα των αγαθων επαθλα κοινοποιουσι, και πολλους ειναι πονηρους προτρεπονται. Και προκρινοντες εν ταις συμβλη-

nonne putas, inquit, si quando lis inter Deas, ut olim, oriatur, Venerem fore dicturam *alteri Deae:* pulchrum profecto elogium tui etiam quidam Sophista elucubravit. Brutorum vero animantium nonnulla quidem laudare, alia vero vituperare, nihil nostrae vitae prodesse poterit; eo quod ipsa neque dicta sentiant, neque ad propriam naturam immutandam adduci possint. ¶ Porro homines incitantur ad honestatem a quibusdam laudibus, et per quasdam vituperationes a vitiis avocantur. At vero Rhetorici Sophistae, dum Busiridas, et Polyphemos, et alios huiusmodi celebrant; illis praemia ad viros bonos spectantia communia reddunt, et multos, ut mali sint, impellunt. Quin etiam in comparationibus praeponentes

CAP. XXIII.
Immo nocent.

Lin. 1. ειπεν). Ita esse legendum σχηματος inspectio evincit, non autem ειπειν, quod Spengel, et Gros adprobarunt. Nimirum stylo crassiore usus, et praecedentis pagellae immemor Philodemus otiosum hoc verbum interiecit, perinde ac si το ειπειν nuper non posuisset.

Lin. 5. οδε δεινα). Si cum Spengel et Gros ὁ δεινα legamus, spatium satis evidens inter E et I vacuum erit; quod utique consuetae ορθογραφια omnino repugnat. Abnormis autem non videtur haec dictio, οδε δεινα, siquidem graece dicitur, αυτος ὁ δεινα. Iulian. Epist. XVII. pag. 24. Heyl. ab Schaef. cit.

Lin. 8. τα δε ψεγειν). Dormitans librarius αδε scripserat.

Lin. 8. et seqq. ἡμων). Illud καυτων, quod Spengel et Gros refinxerunt, εκτυπω suo, in quo καμων perperam legerunt, tribuendum videtur. Sensus itaque hic est: brutorum animantium laudatio, et vituperatio mores nostros emendare, atque adeo nobis prodesse non possunt; quoniam quidquid animantia natura sua faciunt, mutari nequit; ac propterea eorum vitia, et virtutes (si ita loqui fas est) semper eadem nobis obiiciuntur. Erant autem huiusmodi praeconia a Sophistis elaborata μη μικρα, αλλα σοφιστικα, *non parva, sed sophistica.* Philostrat. *Vitae Soph. Vit. Dion.* Hoc futile Sophistarum studium improbat Libanius. *Epist. ad Basil.*

Lin. 14. et seqq. Ανθρωποι δε κ. λ.) Quod heic de Rhetoricae laudationis et vituperationis fine statuit Noster, praeceptis consonum est, quae ab Artis Rhetoricae scriptoribus passim traduntur. Cic. *De Orat.* Lib. II. n. 43. et Lib. III. n. 43. *Partit.* n. 71. Iure autem N. A. queritur de Sophistis, quorum erat laudibus et vituperationibus iniuste tributis Carneadem imitari, qui lumen ingenii sui et eloquentiae ostentaturus in amplissimo hominum consessu vituperavit Iustitiam. Vide Laërt. L. IV. segm. 62. Aelian. *Hist. Var.* L. III. c. 17. Plin. *Hist. Nat.* L. VII. c. 3. Satis esto eos Sophistas in memoriam revocare, qui, quasi Venerei Oratores, exquisitas dictionis veneres, et pigmenta in suis meretricibus celebrandis insumpserunt. Sic Alcidamas Laites Gorgiae discipulus Naidis laudationem composuit. Cephalus Rhetor Lagidem scortum delicata oratione, ut Venerem ipsam, cohonestavit. Ipse Gorgias Librum *de Scortis* scripsit. Melesermus Atheniensis Sophista *Meretriciarum Epistolarum* Libros XIV reliquit. Philostratus Lemnius et ipse Sophista Litteras suas ad plures amicas cupidineo stylo misit, et non sine infamia posteritati mandavit. Vide Fabricium in *Bibl. Graeca* huiusmodi librorum notitias e veterum Scriptorum penu depromentem. Lib. IV. Cap. XXXIV, pag. 122, 126, 130, 132. Vol. VI. *Ed. Harles.*

Lin. 19. et seqq. Βουσειριδας, και Πολυφημους). Codex Urbinas Isocratis habet Βουσειριδας cum diphthongo, uti et Noster. Vide Bekk. Polycratem Busiridis laudes scribentem reprehendit Isocrates in *Busiridis Laudat.* II. Quis autem Polyphemum celebraverit, atque idcirco Philodemi censuram meruerit, nos ob veterum Scriptorum silentium ignorare fatemur.

Lin. 27. et seqq. συμβλησεσιν). Nescio cur a Spengeliana et nostra lectione discedens Gros πανηγυρεσιν fingat, et plura de panegyribus congerat; quum aperte de *comparationibus* inter probos et improbos institutis a Rhetoribus heic agat Noster. Την προς αλληλα συμβλησιν habet Seager. MSS.

..ΕΣΙΝΠΗΝΕΛΟΠΗΣΚΛΥΤΑΙ
ΜΗΣΤΡΑΝ ΚΑΙΤΟΝΠΑΡΙΝ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝΕΚΤΟΡΟΣΑ
ΦΑΝΙΖΟΥΣΙ ΤΑΣΑΡΕΤΑΣ
ΤΩΝ ΑΓΑΘΩΝ ΟΣΟΝΕΦΑΥ
ΤΟΙΣ ΟΥΔΑΥΤΟΙΜΕΝΤΟΙΓΕ
ΑΠΟΔΙΑΘΕΣΕΩΣΑΥΞΗΤ..
ΚΗΣΜΕ..ΤΩΝΑΡΕΤΗΦΟ
ΡΩΝΑΝΔΡΩΝ ΜΗΩΤΙΚΗΣ
ΔΕ ΤΩΝ ΠΟΝΗΡΩΝ ΤΟΥΣ
ΜΕΝΕΓΚΩ ΜΙΑΖΕΙΝ ΤΟΥΣ
ΔΕΨΕΓΕΙΝ ΕΠΙΧΕΙΡΟΥΣΙΝΑΛ
ΛΗΔΙΑΚΕΡΔΟΣΗΔΙΑΦΟΒΟΝΗ
ΔΥΝΑΜΕΩΣ ΕΠΙΔΕΙΞΙΝ
ΠΟΙΟΥΜ..ΝΟΙ ΚΑΝΑΡΑ
ΠΟΤΕΤΩΝΑΓΑΘΩΝΤΙΝΑΣ
ΕΝΚΩΜΙΑΖΩΣΙ ΚΑΙΤΩΝ
ΑΤΟΠΩΝΚΑΤΗΓΟΡΩΣΙΝ
ΟΥΤΩΝΚΑΤΑΛΗΘΕΙΑΝΟΝ
ΤΩΝ ΑΛΛΑ ΤΩΝ (ΤΟΙΣ) ΠΟΛ
ΛΟΙΣ ΝΟΜΙΖΟΜΕΝΩΝ ΚΑΙ
ΚΑΘΟΛΟΥΤΩΝΤΑΔΗΜΩ
ΔΕΙΣΑΡΕΤΑΣ ΚΑΙ ΚΑΚ.ΑΣ
ΕΧΟΝΤΩΝ ΕΙΓΑΡΑΥΤΩΝ
ΟΝΤΩΝΩΣΑΛΗΘΩΣΚΑΝ
ΤΑΣΚΑΤΑΦΥΣΙΝΑΡΕΤΑΣ

COL. XXXVI

Carlo Oratj dis. Bart. Oratj inc.

COLUMNA XXXVI.

σεσιν Πηνελοπης Κλυταιμνηστραν, και τον Παριν Αλεξανδρον Ε'κτορος, αφανιζουσι τας αρετας των αγαθων, ὁσον εφ' αὑτοις· ουδ' αυτοι μεντοιγε απο διαθεσεως αυξητικης μεν των αρετηφορων ανδρων, μηωτικης δε των πονηρων, τους μεν εγκωμιαζειν, τους δε ψεγειν επιχειρουσιν· αλλ' η δια κερδος, η δια φοβον, η δυναμεως επιδειξιν ποιουμενοι, κᾂν αρα ποτε των αγαθων τινας ενκωμιαζωσι, και των ατοπων κατηγορωσιν, ου των κατ' αληθειαν οντων, αλλα των τοις πολλοις νομιζομενων, και καθολου των τας δημωδεις αρετας, και κακιας εχοντων. Ει γαρ αυτων οντων, ὡς αληθως, κᾂν τας κατα φυσιν αρετας,

Penelopae Clytemnestram, et Paridem Alexandrum Hectori, virtutes bonorum obscurant, quantum in ipsis est. Neque vero ipsi ea animi inclinatione moventur, ut viros virtute praeditos augeant, et pravos homines imminuant; quando illos laudandos, atque istos vituperandos suscipiunt: sed vel ob lucrum, vel ob timorem, vel ob praestantiae ostentationem agentes, tametsi fortasse nonnullos bonorum aliquando laudent, et improborum *nonnullos* accusent; *non id agunt* circa eos, qui revera tales sunt, sed qui tales vulgo censentur, quique omnino secundum popularem aestimationem virtutes, et vitia habent. Si enim ipsorum hominum, ut revera sunt, etiam virtutes, uti sua sunt natura,


Lin. 1. et seq. Κλυταιμνηστραν). Litterulam ν incuriosus amanuensis omiserat. Quod autem Polycrates huius mulieris laudationem ediderit, testatur Quinctilianus *Instit. Orat.* Lib. II. cap. 16. Vide Perizon. *Ad Aelian.* Lib. XI. cap. 10. Quin etiam Isocrates Clytaemnestram, et Penelopem laudavit, uti nonnulli autumarunt. *Vita Isocrat.* pag. XLVI. *Bait.* Ad Penelopen vero vituperandam orationes fuisse exaratas, narrat Polybius *Fragm. Vatican.* XII. 25. *De Timaeo.* Porro quisnam Paridis Alexandri praeconium scripserit, ignoramus: certe quidem istud pluries ab Aristotele memoratur. Vide *De Rhet.* L. II. p. 158. et 170. *Oxon.* 1809. Hos nebulones haud immerito carpit Noster; quia laudem, virtuti tribuendam, vitiis impertiebantur.

Lin. 8. et seqq. αρετηφορων.) Frustra se torsit in hoc verbo intelligendo Spengelius, ipsumque perperam divisit, των αρετη φορων, quum fuerit alibi a Philodemo usurpatum, et a nobis expositum. *Herc. Vol.* Tom. V. Col. XXVIII. Lin. 3.

Lin. 9. μηωτικης). Ita scriptum est pro μειωτικης. Quid autem Philodemo sit διαθεσις, satis exposuimus in Adnotationibus ad eius Lib. *De Rhet.* Col. XV. pag. 48. *Herc. Vol.* Tom. IV. Nihil porro verba αυξητικη, et μηωτικη heic commune habent cum Rhetoricis figuris αυξησει, et μειωσει, ad quas temere se vertit Gros; nam sensus, quem sermo prodit, aliud omnino infert: videlicet, laudationis et vituperationis finem esse debere, ut numerus proborum hominum *augeatur*, et pravorum *imminuatur*: quo Sophistae, Philodemo teste, minime intendebant.

Lin. 13. κερδος). De Sophistarum avaritia plura congerit Cresollius *Theatr. Rhetor.* Lib. V. cap. 3. Nobis satis esto lectorem ad illa amandare, quae in *Vol. Herc.* Tom. IV. Col. II. et Tom. V. Col. VI. disseruimus.

Lin. 24. et seq. Ει γαρ αυτων οντων). Spengelius legit: εκ γαρ αυ των οντων, Gros autem ογε παρα των οντων. Quaenam lectio praeferenda sit, aequus iudicet lector.



ΚΑΙΚΑΚΙΑΣΗΔΕΣΑΝΚΑΙΠΤΟ
ΛΥΠΡΟΤΕΡΟΝΑΥΤΟΙΤΑΣΜΕΝ
ΕΚΕΚΤΗΝΤΟΤΩΝΔΕΚΑΘΑ
ΡΕΥΟΝ ΟΥΜΗΝΑΛΛΕΠΕΙ
ΠΡΑΓΜΑ ΚΑΘΕΑΥΤΟΤΟΙΣ
ΟΛΟΙΣΟΥΘΕΝ ΤΙΝΕΠΑΙ
ΤΟΝΗΨΕΚΤΟΝΑΛΛΑ
ΙΝΕΤΑΙΤΟΜΕΝΚΑΘΟ
ΣΟΝΟΜΟΛΟΓΕΙΤΩΙΤΕΛΕΙ
ΤΩΝΑΓΑΘΩΝΤΟΔΕΚΑ
ΘΟΣΟΝΤΩΙΤΩΝΚΑΚΩΝ
ΟΜΗΤΑΥΤΕΓΝΩΚΩΣΕΠΙ
ΛΕΛΟΓΙΣΜΕΝΩΣΟΥΔΕΚΑ
ΤΑΤΗΝΑΝΑΦΟΡΑΝΤΗΝ
ΕΠΑΥΤΑΔΟΡΙΖΗΝΔΥΝΗ
ΣΕΤΑΙΤΑΛΑΜΒΑΝΟΜΕΝΑ
ΠΡΟΣΤΟΥΣΕΠΑΙΝΟΥΣΟΔΗ
ΚΑΙΓΙΝΟΜΕΝΟΝΕΠΙΤΟΥ
ΤΩΝΟΡΩ ΜΕΝΟΥΤΕΓΑΡ
ΕΠΙΤΟΙΣΑΠΑΝΤΙΛΥΣ
ΤΕΛΟΥΣΙΝΟΥΤΕΠΙΤΟΙΣ
ΠΑΡΗΜΑΣΕΠΑΙΝΟΥΣΙΠΟΛ
ΛΑΔΟΥΔΟΛΩΣΑΓΑΘΟΥ
ΦΥΣΙΝΕΧΟΝΤΑΠΑΡΑ
ΜΒΑΝΟΥΣΙΤΙΝΑΔΕ

COL. XXXVII

Carlo Oratj dis.

Bart. Oratj inc.

COLUMNA XXXVII.

και κακιας ηδεσαν, και πολυ προτερον αυτοι τας μεν εκεκτηντο, των δ' εκαθαρευον. Ου μην αλλ' επει πραγμα καθ' ἑαυτο τοις ὁλοις ουθεν εστιν επαινετον, η ψεκτον, αλλα γινεται το μεν, καθ' ὁσον ὁμολογει τω τελει των αγαθων, το δε καθ' ὁσον τω των κακων· ὁ μη ταυτ' εγνωκως επιλελογισμενως, ουδε κατα την αναφοραν την επ' αυτα διοριζειν δυνησεται τα λαμβανομενα προς τους επαινους· ὁ δη και γινομενον επι τουτων ὁρωμεν. Ουτε γαρ επι τοις ἁπαντι λυσιτελουσιν, ουτ' επι τοις παρ' ἡμας επαινουσι· πολλα δ' ουδ' ὁλως αγαθου φυσιν εχοντα παραλαμβανουσι, τινα δε

et vitia utique nossent; ipsi etiam multo prius illas quidem sibi compararent, ab istis autem se purgarent. ¶ Quin etiam quum nulla res, si per se spectetur, omnino laudanda, aut vituperanda sit; sed alterum evenit in quantum *fini* bonorum, alterum in quantum malorum *fini* respondet; is, qui hoc ipsum adcurate non cognovit, ne poterit quidem secundum relationem ad ipsa, *idest ad bonum et malum*, discernere ea quae adsumuntur ad laudes: quod profecto etiam contingere his *Sophistis* conspicimus. Etenim neque de iis quae cuique prosunt, neque de iis quae in nobis sunt, laudant; adsumunt autem ad laudandum multa, quae boni naturam prorsus non habent, nonnulla vero,

CAP. XXIII.

Laudando, et vituperando impares sunt.

ADNOTATIONES.

Lin. 4. et seq. Ου μην κ. λ.) Quod Philodemus heic tradit de laude impertienda rebus, quae fini bonorum congruunt, et de vituperatione ad illas pertinente, qua malorum fini respondent, Epicureae Philosophiae est consentaneum; neque id diffitebitur, qui *Animadversiones De Morali Philosophia Epicuri* a Gassendo elucubratas pervolutaverit, Tom. II. pag. 77 et seqq. *Lugd.* 1675. Certe quidem Epicurus inter *Ratas Sententias*, επι το τελος της φυσεως, *ad naturae finem* singula referenda censuit. Laërt. Lib. X. segm. 148. Immo hanc *Sententiam* proposuit: το ὑφεστηκος δε τελος δει επιλογιζεσθαι, κατα πασαν την εναργειαν, εφ᾽ ἡν τα δοξαζομενα αναγομεν· ει δε μη, παντα ακρισιας, και ταραχης εσται μεστα· *subsistentem vero finem versare animo oportet, omnemque evidentiam, ad quam ea quae opinamur, referimus: alioquin omnia rationem iudicii desiderabunt, tumultuque plena erunt.* Ibid. segm. 146. Quid Tullius *De Finibus Bon. et Mal.* L. II. n. 5. et seqq.; quid etiam hac de re Aristoteles *Polit.* L. VII. cap. 14. et Isocrates *Panathen.* §. 223. et seqq. p. 279. et *Archid.* §. 50. p. 126. senserint; vide, si lubet.

Lin. 12. et seq. εγνωκως επιλελογισμενως). Contra σχηματος fidem Spengel et Gros legerant επιεικως επιλελογισμενος. Nos adcuratius legentes κακοφωνιαν praepositionis επι in duobus continenter verbis repetitae vitantes, pristinam sensui perspicuitatem restituisse videmur. Adverbium επιλελογισμενως usurpatur etiam a Clemente Alexandrino *Paedag.* L. II. p. 186. *edit. Potter.* Illud heic apposite adhibuisse videtur Noster, ob oculos habens modo citatam Magistri sui sententiam, in qua επιλογιζεσθαι occurrit. Quod autem Rhetores per Artem suam haec discere et perpendere minime possint, probat etiam Philodemus Lib. *De Rhetorica* Col. XXIV. et seqq. *Hercul. Vol.* Tom. V.

Lin. 20. et seq. επι τοις ἁπαντι λυσιτελουσιν). Probanda non est lectio, quam Gros edidit: επι τοις ἁ παντες δυστελουσιν, vertens: *propter illa, quae omnes difficulter ad bonum exitum ducunt;* siquidem a textus fide, et sensu discedit. Enimvero heic distinguit A. ea quae omnibus prosunt, ab eis quae a Philosophis laudantur *uti iusta, bona, et honesta.* Ibid. Col. XX. et seqq.

Lin. 22. et seqq. πολλα δ᾽ ουδ᾽ ὁλως κ. λ.). Vitium laudandi ea, quae bona non sunt, rursus exprobrat Philodemus Sophistis; quandoquidem *honestum quod vere dicimus, etiamsi a nullo laudetur, laudabile est natura.* Cic. *de Off.* Lib. I. n. 14. Aristoteles etiam *virtutem et vitium, et honestum et turpe*, σκοπους τῳ επαινουντι και ψεγοντι esse docet. *Rhet.* Lib. I. c. 9. Eos autem revera hoc vitio laborasse, satis superque probavimus.

ΚΑΙ . . ΑΚΟΥΚΑΙΜΕΓΑΛΟΥΠΟΛ
ΛΑΚΙϹΕΝΔΙΑΤΡΕΙΒΟΥϹΙΝ
ΤΕΜΑΛΛΟΝΗϹΥΜΦΕΡΕΙ
ΤΟΙϹΕΠΑΙΝΟΥΜΕΝΟΙϹΕϹ
ΤΙΝΔΟΤΕΧΑΥΝΩϹΙΝΕΡΓΑ
ΖΟΝΤΑΙΔΙΑΤΑϹΤΩΝΜΕΤΡΙ
ΩΝΕΚΞΟΓΚΩϹΕΙϹΚΑΙΚΑ
ΤΑΠΡΟϹΩΠΟΝΕΞΥΜΝΟΥΝ
ΤΕϹΕΙϹΜΕΓΑΛΑϹΑΓΟΥ
ϹΙΝΔΙΑΤΡΟΠΑϹΑϹΤΟΧΟΥ
ϹΙΝΔΕΚΑΙΤΩΝϹΥΝΑΚΟΥΟΝ
ΤΩΝΠΡΟϹΩΠΩΝΚΑΙΤΩΝ
ΙΔΙΩΝΚΑΙΤΩΝΠΕΡΙϹΤΑ
ϹΕΩΝΕΝΑΙϹΔΙΑΤΙΘΕΝΤΑΙ
ΤΟΥϹΕΠΑΙΝΟΥϹΑΓΝΟΟΥ
ϹΙΝΔΕΚΑΙΠΟΤΕ ΧΑΡΙΝ
ΤΩΝ ΕΠΑΙΝΟΥΜΕΝΩΝ
ΕΝΚΩΜ . . . ΤΕΟΝΚΑΙΠΟ
ΤΕΧΑΡΙΝ . . . ΩΝΚΑΙΠΟ
ΤΕΗΜΩΝΑΥΤΩΝΚΑΙΠΑΝ
ΘΟΛΩϹΑΠΕΡΗΜΕΙϹΑΝΑΓ
ΚΑΙΑΝΕΧΟΝΤΑΧΩΡΑΝ
ΠΡΟϹΤΟΥϹΟΝΗϹΙΦΟΡΟΥϹ
ΥΜΝΟΥϹΕΝΤ . . . ΕΡΙΕ
ΠΑΙΝΟΥΛΟΓΩΙΔΙΑϹΤΕΛ

COL. XXXVIII

Carlo Oraty dis. Bart. Oraty inc.

COLUMNA XXXVIII.

και κακου, και μεγαλου πολλακις· ενδιατρειβουσιν τε μαλλον, η συμφερει τοις επαινουμενοις. Εστιν δ' ὁτε χαυνωσιν εργαζονται δια τας των μετριων εκξογκωσεις· και κατα προσωπον εξυμνουντες εις μεγαλας αγουσιν διατροπας. Αστοχουσιν δε και των συνακουοντων προσωπων, και των ιδιων, και των περιστασεων, εν αἱς διατιθενται τους επαινους. Αγνοουσιν δε, και ποτε χαριν των επαινουμενων ενκωμιαστεον, και ποτε χαριν αλλων, και ποτε ἡμων αυτων, και πανθ' ὁλως ἁπερ ἡμεις αναγκαιαν εχοντα χωραν προς τους ονησιφορους ὑμνους εν τῳ περι Επαινου Λογῳ διαστελ-

quae etiam mali, et quidem magni *naturam habent*, saepe *adsumunt;* immoranturque plus, quam prodest, in rebus quas laudant. Interdum autem animorum debilitationem producunt, quum mediocria facta extollunt; atque coram laudantes, *auditorem* in magnas perturbationes adducunt. Neque vero audientibus hominibus, neque rebus propriis, neque circumstantiis, in quibus laudationes componunt, adcommodantur. Ignorant autem et aliquando propter viros laudatos, et aliquando propter alios, et aliquando propter nos ipsos instituendam esse laudationem: atque omnino *ignorant* ea, quae nos necessarium habere locum ad utiles laudes condendas in Libro *De Laude* definimus.

ADNOTATIONES.

Lin. 1. et seq. και μεγαλου πολλακις). Falsae lectioni contortam et ineptam interpretationem adposuit Gros; legit enim: και μεγαλα ου πολλακις κ. λ. vertitque: *adeo quae, suapte natura, sunt mala, magna vero saepe non eligunt. Praeterea etc.* Mens enim Philodemi est incusare Sophistas, quod suis laudationibus et vituperationibus iniuste tributis detrimenta non levia, sed gravissima civium moribus adferrent. Nimirum homines malos et malas res passim laudari indicat illud Antisthenis, qui προς τον ειποντα, Πολλοι σε επαινουσι, τι γαρ,, εφη, κακον πεποιηκα; *dicenti sibi cuidam: multi te laudant; quid enim (ait) mali feci?* Diog. Laërt. Lib. VI. segm. 8. Quantum autem huiusmodi laudandi consuetudo moribus hominum infesta fuerit, ex eo colligi potest, quod Rhetorices discipuli frequenter in laudationibus et vituperationibus male adhibitis exerciti sint, et subinde eorum animi a recta virtutis via facile declinarint. Quinctil. *Instit. Orat.* Lib. II. cap. 1. Ipsis enim pueris laus immodica nocet, ut animadvertit Plutarchus, cuius verba mox in medio ponemus.


Lin. 5. χαυνωσιν). Haec vox quam sit ad rem, probat ille Plutarchi locus: δει τους παιδας μηδε τοις εγκωμιοις επαιρειν, και φυσαν· χαυνονται γαρ ταις ὑπερβολαις των επαινων, και θρυπτονται *oportet pueros non extollere, et inflare nimiis laudibus; nam harum excessus eos molliores reddit, et luxuriantes. De Lib. Educ.* T. II. p. 9. *Franc.* 1599. Vide etiam Aristoph. Schol. ad *Nub.* vers. 874.

Lin. 9. et seq. Αγουσιν). Errat Spengelius legens αττουσιν; et num recte corrigat locum Libri *De Musica,* ubi idem verbum restituendum opinatur, videant alii. In quasnam porro *perturbationes inducat* audientem hominem eius laudator, fuse exponit Plutarchus, *De Adul. et Am. Discr.* T. II. p. 48. et seqq. *Franc.* 1599. Porro αγειν εις διατροπας, quod Philodemus usurpat, Polybio etiam placuit L. VIII. c. 7. Heic autem, quum *pudorem* etiam διατροπη significet, recte adhibetur de eo, qui suas laudes audiens, pudore, si verecundus est, suffunditur.

Lin. 15. et seq. Αγνοουσιν). Αινουσιν Gros legit, et mox ita dividit orationem, ut genuinum sensum non adsequatur. Recte enim Philodemus adfirmat laudes ab Oratore ob diversas causas pro re nata adhiberi. Cic. *ad Herenn.* L. III. n. 4. et seqq. *De Invent.* L. II. n. 59. *Part Orat.* n. 21. Quando laus perspectis omnibus περιστασεσιν opportuna est, tunc ουχ ἡττον επικοσμει των επαινουμενων τους επαινουντας, *laudantibus non minus laudi est, quam laudatis.* Plutarch. *Reip. Ger. Praec.* p. 808. *Francof.* 1599. Laudis porro materiam, et modum eius ducendae secundum illa, quae iure N. requirit, exponit Halicarnassensis *De Oratione Panegyrica* T. II. p. 61. et seqq. *Oxon.* 1704. His regulis rite servatis laudatio, si caret adfectibus, saltem τον ογκον, και το ὑψηλον περιεχει, *magnificentiam, et sublimitatem habet.* Longinus, aut potius Halicarnassensis *De Sublimi* Cap. VIII.

Lin. 21. ἁπερ ἡμεις). Temere pro his verbis αιρετεον τα refingit Gros: quae lectio quantum a Philodemi mente eum abduxerit, cuivis animadvertenti patet. Ipse caeteroquin queritur *in hoc loco multa monstruose adulterari etc.*

Lin. 24. et seq. εν τῳ περι Επαινου Λογῳ). Gros ad haec, *intelligo*, inquit, *de alio quodam Philodemi libro* περι Ῥητορικης, *ad quem ipse fortasse adludit*, Col. XLV. v. 9-10: εν τοις ὑστερον γραφησομενοις. Huic opinioni minime adstipulamur, quippe quia ὁ περι Επαινου Λογος non indicat τον περι Ῥητορικης Λογον· et postrema huius Voluminis verba, quae Gros adlegat, alias potius tractationes, quam *De Laude librum* enunciant, uti mox videbimus. Philodemum profecto Epicureorum *doctissimum*, ut eum adpellat Tullius, *De Fin.* L. II. n. 35. plurima reliquisse scripta Herculanensis Bibliotheca probat; ideirco Librum *De Laude* eum exarasse mirum non est, ad quem lectores amandat. Pariter Theophrastus περι Επαινου plures conscripsit Libros. Laërt. L. V. segm. 46.



ΛΟΜΕΝΥΠΑΚΟΥΕϹΘΩΔΕ
-Ξ ΤΑΤΟΙϹΕΙΡΗΜΕΝΟΙϹΑΝΤΙ
ϹΤΡΟΦΑ ΚΑΙΕΠΙΤΩΝΨΟΓΩΝ
ΑΛΛΩϹΑ ΤΟΥΤΟΙϹ ΑΡΑ
ΚΟΛΟΥΘΕΙ ΤΟΜΗΔΩ ΠΟ
ΤΕΝΚΩΜΙΑΖΟΥϹΙΠΙϹΤΕΥ
ΕϹΘΑΙΤΑΛΗΘΗΛΕΓΕΙΝΔΙ
ΑΤΟΚΑΙ ΠΟΝΗΡΟΥϹΕΠΑΙ
ΝΕΙΝ ΠΟΛΛΑΚΙϹΔΕΚΑΙΜΑΛ
ΛΟΝΚΑΙΤΟΥϹΑΥΤΟΥϹ ΟΥϹ
ΠΟΤΕΕΨΕΞΑΝΠΑΛΙΝΕ
ΠΑΙΝΕΙΝ ΤΟΥϹΔΕΚΑΙΕΠΙ
ΤΟΙϹ ΑΥΤΟΙϹΟΥΜΟΝΟΝΔΕ
ΤΩΝΕΙϹΕΥΔΑΙΜΟΝΙΑΝ
ΗΚΑΚΟΔΑΙΜΟΝ ΑΝΑΝΗ
ΚΟΝΤΩΝ ΑΤΟΥϹΙΝ
ΕΝΚΩΜΙΑΔΙΑΤΙΘΕϹΘΑΙΚΑΙ
ΨΟΓΟΥϹΑΛΛΑ ΚΑΙΤΩΝ ΚΑ
ΤΑΤΑϹΑΛΛΑϹΕΠΙϹΤΗ
ΜΑϹΚΑΙΔΥΝΑΜΕΙϹΕΞΕ
ΧΟΝΤΩΝΗΑΠΟ ΕΤΕ
ΜΕΝΩΝ ΕΙΜΗΤΟΠΕΡΙ
ΩΝ ΟΥΔΕΝ ΙΑϹΕΧΟΥϹΙΝ
Υ ΦΗ
ΘΛΕ ΙΕΙ ΩΜΙΑΖΕΙΝΚΑΙ
ΑΛΩϹΕΚΑ ΡΟΝΠΡΟϹΑ

COL. XXXIX

Carlo Oratj dis. Bart. Oratj inc.

COLUMNA XXXIX.

λομεν. Υπακουεσθω δε τα τοις ειρημενοις αντιστροφα και επι των ψογων. Αλλως δε τουτοις παρακολουθει το μηδ' ως ποτ' εγκωμιαζουσι πιστευεσθαι τ' αληθη λεγειν, δια το και πονηρους επαινειν, πολλακις δε και μαλλον · και τους αυτους, ους ποτε εψεξαν, παλιν επαινειν, τους δε και επι τοις αυτοις. Ου μονον δε των εις ευδαιμονιαν, η κακοδαιμονιαν ανηκοντων αδυνατουσιν εγκωμια διατιθεσθαι, και ψογους, αλλα και των κατα τας αλλας επιστημας, και δυναμεις εξεχοντων, η αποτετευγμενων · ει μη το περι ων ουδ' εννοιας εχουσιν, δυσφημειν, εγκωμιαζειν, και καλως εκατερον προσα-

Subaudiantur autem etiam de Vituperationibus ea quae rebus de *Laude* dictis ex adverso respondent. Caeterum sequitur, ut isti homines, si quando laudent, non credantur vera dicere; quia pravos quoque homines commendant; immo saepe hos potius, *quam probos;* atque eosdem, quos aliquando vituperarunt, e contrario celebrant, et quidem pro iisdem rebus. Non solum autem rerum quae ad felicitatem, aut infelicitatem adducunt; sed etiam rerum, quae in aliis scientiis et facultatibus praestant, aut aberrant, nequeunt praeconia aut vituperationes concinnare; nisi adserant se *posse* ea, de quibus nullas notiones habent, vituperare, laudare, ac belle utrumque.


Lin. 11. παλιν). Gros hoc verbum interpretatur *rursus.* Nos vertimus *contra* significatione satis obvia, quam praecipue retinet vox Παλινωδια; hac enim Sophistas gloriari, unam eamdemque rem modo laudantes, modo vituperantes, indicat Philodemus. De Stesichoro Παλινωδιας auctore, atque de Rhetoribus eum imitantibus vide, si vacat, Hernesti *Lex. Technol. Graec. Rhet.* Huiusmodi itaque oratores probatos non fuisse docet Auctor Rhetorices, quae Halicarnassensi tribuitur. XI. 1. Etenim hi vitare non poterant illud vulgo iactatum convicium: ψευδων συγκολληται, *mendaciorum consarcinatores.* Arist. *Nub.* vers. 446. De Mendaciis Sophistarum fuse disserit Themistius Orat. I. Ipsos autem hac de causa fidem non mereri recte docet Noster; siquidem verissima est illa sententia: *qui notus est mendacitate, non recipietur eius veritas. Proverb.* Centur. II. n. 49. Vide quae de mendacii turpitudine et poenis congerit Xenophon *Cyrop.* Lib. III. p. 63. et *Exped. Cyr.* p. 421. *Paris* 1625. Quo circa Indi Sacerdoti, qui ter mentitus esset, perpetuum indicebant silentium: uti refert Diod. Sicul. *Biblioth.* Lib. II. cap. 40. Eadem fere de Persis memorat Herodot. Lib. I. num. 138.

Lin. 16. αδυνατουσιν). Ita evidenter legendum, non autem αδυνατους και, quod Spengelio placuit.

Lin. 21. et seqq. αποτετευγμενων). Gros legit: η απωθεν επηγμενων, vertitque *aut ex longinquo fuerunt arcessitae:* vere haec lectio *ex longinquo arcessitur;* quum neque αυτογραφω, neque genuino sensui in hisce et sequentibus verbis inhaereat.

Lin. 24. δυσφημειν). Gros heic videt ηθελον, Spengel expiscatur θελειν; neuter autem litterulas ab orthographo superpositas novit, quae subiectas expungendas monent usque ad EIN. Profecto verbum δυσφημειν, quod in illis deprehendimus, paulo ante Philodemus Col. XXXIV. lin. 7. eodem sensu usurpavit: et ibi τω ευλογειν, ut heic τω εγκωμιαζειν opposuit. Enimvero Sophistae vocabantur κακηγοροι, *maledici.* Themist. Orat. I. eorumque ακροπολις, *supremum munimentum,* erat ἡ λοιδωρια, *contumelia.* Lucian. *Fugit.* num. 15. Nimirum *conviciis implebant vacua causarum.* Quinctil. *Instit. Orat.* L. XII. c. 9. Quin immo de Osco Rhetore scribit Seneca: *ab eloquentia multum aberat, natus ad contumelias omnium ingeniis iactandas. Controv.* L. V. Praefat.

Lin. 25. et seq. προσαγορευουσιν). Heic προσαγορευειν significat *dicere;* hanc enim interpretationem, tametsi minus frequentem, dandam tamen interdum huic verbo animadvertit Valckaenerius *ad Adoniaz.* p. 363. et 396. Quo sensu Plato scripsit προσαγορευειν, uti observat Heindorfius ad *Theaetet.* p. 344.



Carlo. Oraty dis. *Bart. Oraty inc.*

COLUMNA XXXX.

γορευουσιν. Αλλα μην ουδε τοις επαινουσι, και ψεγουσι δεινον τι πεπρακται, και τοις αυ ολοις ουδ' ενεστως ηττων αινος, ον Ποιηται, και μαλισθ' οἱ αριστοι, καθυμνουσι, ταχα δ' ουδε των Φιλοσοφων ενιοι. Τι γαρ παλιν δει λεγειν, ὁτι πασιν εστιν εξουσια το κατα μηδεμιαν αιτιαν μονοις αποδεδομενον τοις Ῥητορικοις Σοφισταις; Εαν δ' εις εκεινο καταντησωσιν, ὁτι τα τοιαυτα εγκωμια λεγειν, και γραφειν οιδασιν, οἱα περιφερεται, και τους τοιουτους ψογους, ὁσους παρειληφαμεν, ει δε βουλονται, και μονοις συγχωρησομεν. Ισον γαρ εστιν, οιμαι, τα των Ῥητορικων εργα των Ῥητορικων ειναι. Περι μεντοι του χρησιμευειν τι τοις εγκωμιαζομενοις,

¶ At vero neque laudantibus, et vituperantibus magnum aliquid actum est; et rursus omnino neque minor laus est ea, quam Poëtae, et praecipue optimi, canunt; fortasse etiam neque *minor est ea, quam condunt* Philosophorum nonnulli. Quid enim iterum dicendum est in omnium esse potestate illud, quod nulla de causa solis adtribuitur Rhetoricis Sophistis? Quum autem Sophistae ad illud devenerint, nempe se posse talia praeconia dicere, ac scribere, qualia *ab ipsis condita* circumferuntur; talesque vituperationes, quales *ab eisdem* adcepimus; si id velint, *omnia haec* vel ipsis solis concedemus. Namque par aequumque est, arbitror, Rhetoricorum opera esse Rhetoricorum. Verumtamen num haec possint aliquid utilitatis adferre laudatis hominibus,

CAP. XXIV.

De hac re quid negandum, et quid concedendum sit Sophistis.

ADNOTATIONES.

Lin. 1. et seqq. Αλλα μην κ. λ.) Adeo contorte et falso subiectam lacunam explevit Gros, ut neque ab εκτυπω, neque a sensu congruam probationem nanciscatur. En verba: αλλα μην ουδ' εφ' όις επαινουσι και ψεγουσιν, ουδ' εννοουνται (και τοις ακουουσι το καθεστως ήττον αυτοις πεποιηται, και μαλ' ει θεους λεγουσι και ὑμνουσι)· ταχα δ' ουδε των φιλοσοφων ενιοι. *At vero non ad illa, propter quae laudant et vituperant, animum advertunt (atque id quod tamquam praestitutus finis ab auditoribus proponitur, minus praestant hi laudatores, praecipue quum Deos orationibus hymnisque celebrant); immo fortasse ne philosophorum quidem nonnulli.* Prudentior fuit Spengelius, qui vacuam relinquens lacunam ita e labyrintho se extricavit: *horum facilius sensum indicare, quam verba invenire licet; res quas* οἱ ῥητορικοι σοφισται *laudant et vituperant, his propriae non sunt, sed alii quoque, in primis poëtae hoc genus excolunt, sunt et philosophi qui haud raro attingant, et male rhetores sibi solis haec vindicant.* Enimvero poëtae, quos αριστους Noster adpellat, sunt, Homerus, Orpheus, Callimachus, fortasse etiam Pindarus, atque ii omnes, qui Hymnographi audiunt. Saepe etiam celebres viros laudibus pro re nata cumulant Plato, Aristoteles, Xenophon, Theophrastus, aliique. Id omnino heic indicat Noster.

Lin. 3. et seq. και τοις αυ όλοις). Nuper eodem sensu occurrit τοις όλοις. Col. XXXVII. vers. 5. et seq. Quod si legendum quispiam putet αυτοις, referens vocem praecedentibus *dativis;* id neque lacuna respuit, neque nos intercedimus.

Lin. 11. et seq. μονοις). Si εκεινοις cum Gros legas, argumentum Philodemi male adsequeris; is enim totus in hoc est, ut auferat laudandi privilegium, quod sibi adrogabant Rhetorici Sophistae.

Lin. 14. et seq. καταντησωσιν). Gros legit καταγορευσωσιν, et sensum totius periodi ad aliud, quam quod revera significat, devertere conatur. Quae in h. l. adnotat, eodem vitio laborant. Certe καταντaω eo sensu, quem dedimus, frequenter a Graecis scriptoribus usurpatur, et απογραφον id omnino requirit.

Lin. 22. οιμαι). Spengelius effingit τῳ, Gros videre sibi videtur ὁμοια. Nos vestigiis litterarum, spatio, et sententiae insistentes οιμαι legendum censemus. Adfirmat enim Philodemus *rhetoricas orationes esse rhetoricas:* qua sententia rhetores carpit, utpote neque sapienter, neque eloquenter perorantes. Ipsorum siquidem, et Sophistarum propria erat δεινοτης φαινομενη, και μη ουσα, *vis dicendi adparens, et non vera.* Hermog. Lib. II. περ. ιδεων. Profecto isti *imitabantur oratores, et philosophos, dum re ipsa tales non erant.* Max. Tyr. Diss. X. Quin immo βατταριζειν, hoc est βαττολογειν, και φλυαρειν, *nugari, blaterare* amabant. Themist. Orat. I. Quapropter *Dodonaeum cymbalum sonantes,* atque *ut crotala loquentes* dicebantur. Id. *ibid.* et Scholiast. Aristoph. in *Nub.* v. 259. et 330. Denique αβυσσον τινα φλυαριας, *profundam quamdam futilis loquacitatis voraginem* eos vocat Synesius in *Dion.* pag. 36. et seqq. *Lutetiae* 1612. Similia habet Suidas v. Σοφιστης; et v. Δυναμις. Huiusmodi igitur ineptas orationes Rhetoribus N. A. libenter concedit.

ΚΑΙΨΕΓΟΜΕΝΟΙΣ
ΗΤ . . ΣΑΛΛΟΙΣΑΝΘΡΩΠΟΙΣΔΙΑΜ
ΦΙΣΒΗΤΗΣΟΜΕΝ . ΟΥΔΕΝΑΘΕΩ
ΡΟΥΝΤΕΣ ΕΠΑΝΟΡΘΟΥΜΕΝΟΝ
ΔΙΑΥΤΩΝ ΟΥΔΕΠΙΝΟΟΥΝΤΕΣ
ΩΣΑΝΔΥΝΑΙΝΤΟ . ΚΑΙΜΗΝΟ
Δ . . ΗΤΡΙΟΣΜΕΤΑΤΟΥΣΟΦΙΣ
. . ΓΕΝΟΥΣΤΩΝΛΟΓΩΝ
Τ . . . Ι . Σ . . ΣΤΩΔΗΜΗΓΟΡΙ
ΚΩΙΚΑΙΔΙΚΑΝΙΚΩΙΤΟΝΕΝ
ΤΕΥΚΤΙΚΟΝΑΠΑΣΙΝΕΙΜΕΝ
ΛΑΜΒΑΝΕΙΤΟΝΤΟΙΣΠΛΗΘΕ
ΣΙ . ΕΝΤΕ . . . . Α . ΤΟ
ΚΑΤΑΠΡΕΣΒΕΙΑΝΤΟΙΣΔΥΝΑΣ
ΤΑΙΣΕΧΕ . . ΩΜΕΝ ΕΠΙΤΟΥ
ΠΑΡΟΝΤΟΣ Ο . . Α . ΕΚΤΟΥΤΩΝ
ΑΓΑΘΟΝΓΕΙΝΕΤΑΙΜΕΤΑΤΑΥ
ΤΑΑΠΟΨΟΜΕΘΑ ΔΙΟΤΙ
ΔΕ . . ΑΥΤΟΥ(ΚΑΙ)ΤΑΥΤΑΚΑΙΤΟ
ΣΟΦΙΣΤΙΚΟΝΕΙΔΟΣΕΠΟΙΗ
ΣΕΝΛΕΓΕΣΘΩΔΙΑΜΑΡΤΑ
ΝΕΙΝΕΙΔΕΤΟΝΠΕΡΙΤΗΣΑ
ΛΗΘΕΙΑΣΛΟΓΟΝΙΔΙΟΝΗΜΩΝ
ΟΝΤΑ(ΚΑΙ) . . ΟΙΚΙΛΩΣΕΠΙΔΕΙ
Κ . ΝΥΜΕΝΟΝΤΩΝΦΙΛΟΣΟ
ΦΩΝΑΦΑΙΡΟΥΜΕΝΟΣΤΟΙΣ
Ι . ΗΤΟΡΙΚΟΙΣΑΝΑΤΙΘΗΣΙΤΗΝ
ΕΝΤΟΙΣΠΟΛΕΙΤΙΚΟΙΣΕΑΥ

COL. XXXXI

Carlo Oraty dis. *Bart. Oraty inc.*

COLUMNA XXXXI.

και ψεγομενοις, η τοις αλλοις ανθρωποις, διαμφισβητησομεν, ουδενα θεωρουντες επανορθουμενον δι' αυτων, ουδ' επινοουντες, ὡς αν δυναιντο. Και μην ὁ Δημητριος μετα του Σοφιστικου γενους των λογων προστιθεις τω δημηγορικω, και δικανικω τον εντευκτικον ἁπασιν, ει μεν λαμβανει τον τοις πληθεσιν εντευκτικον, και τον κατα πρεσβειαν τοις δυνασταις, εχετω μεν επι του παροντος· ὁ γαρ εκ τουτων αγαθον γεινεται, μετα ταυτα αποψομεθα. Διοτι δε ταυτου και ταυτα, και το σοφιστικον ειδος εποιησεν, λεγεσθω διαμαρτανειν. Ει δε τον περι της αληθειας λογον, ιδιον ἡμων οντα, και ποικιλως επιδεικνυμενον, των Φιλοσοφων αφαιρουμενος τοις Ῥητορικοις ανατιθησι, την εν τοις πολειτικοις ἑαυ-

et vituperatis, aut aliis; hoc in dubium revocabimus; quum neminem videamus per ipsos emendatum, neque intelligamus, quomodo utique possint *emendare*. Quin etiam Demetrius, qui una cum Sophistico dicendi genere adponit deliberativo, atque iudiciali sermonem omnibus adcommodatum, si quidem intelligit sermonem adcommodatum multitudini, et principibus in aliqua legatione obeunda; hoc in praesenti quidem admittatur; quidnam enim boni exinde oriatur, postmodum videbimus. Quoniam vero uni eidemque oratori haec omnia, et sophisticam speciem adtribuit, aberrare dicatur. Si vero sermonem de veritate, qui nobis proprius est, et vario modo se exhibet, a Philosophis aufert, et Rhetoricis adtribuit, eam facultatem, quae in politicis rebus sibimet ipsi

ADNOTATIONES.

Lin. 1. καὶ ψεγομένοις). Divinando hanc vocem ex ἀπογράφῳ Oxoniensi recte restituit Spengelius, adnotans: *vacuo spatio septem aut octo litterarum capace relicto, fortasse nihil deest, nam integra est sententia; si quid desideratur,* τὰ τοιαῦτα, *vel tale quid fuit.* Gros vero legit: καὶ ἐσομένοις ἔπειτα, ἢ παλαιοῖς ἀνθρώποις, atque interpretatur *sive posteris, sive hominibus, qui quondam exstiterunt.* Quid autem ineptius, quam *adferre utilitatem hominibus* iamdiu defunctis? Nos pagellam diligenter rimati perspeximus verba καὶ ψεγομένοις fuisse prius omissa a Librario, et deinde superposita; adeoque reliqua versus pars nullum characteris vestigium monstrat, quia ad sensus integritatem nihil desideratur, ut versio ipsa satis comprobat. Quod autem heic Philodemus docet, consonat eiusdem sententiae: τῶν δὲ Ῥητόρων ἡ τέχνη πρὸς οὐδὲν ἐπιδείκνυται τῶν εἰς μακάριον βίον ἀνηκόντων χρησιμεύουσα. *Hercul. Vol.* VI. Col. XVII. vers. 29. et seqq.

Lin. 6. et seqq. Καὶ μὴν ὁ Δημήτριος κ. λ.) Quis fuerit Demetrius, quem heic memorat Philodemus, tantisper inquirendum est. Gros ita se expedit: *Intelligo Demetrium Byzantium, cuius Noster meminit in Libro* Περὶ Ποιημάτων, Col. XI, v. 34-35. Δημήτριος ὁ βυζάντιος πάλιν, *restituent. doctiss. Dubner, Fragmenta Philodemi*, Περὶ Ποιημάτων. *Diog. Laërt.* p. 195. *ed. H. Stephan. hunc Demetrium memorat:* Γεγόνασι δὲ Δημήτριοι ἀξιόλογοι εἴκοσι . . . . τρίτος ὁ βυζάντιος Περιπατητικός. *Quid proinde mirum, si eum lacessivit Noster, peripateticae doctrinae ubique infensus?* At vero in memoriam revocare debebat se in Col. XVI. lin. 24. legisse παρὰ δὲ τῷ Φαληρεῖ, immo in *Adnot.* de suo adiecisse παρὰ δὲ Δημητρίῳ. Deinde in sequenti columna et ipse legerat παρὰ Δημητρίῳ κεῖται. Quum itaque N. A. ibi primo Phalereum citaverit, postea adiecerit eius nomen Demetrium, atque in praesenti iterum Demetrium memoret, nulla adhibita distinctione; unum eumdemque Demetrium agnoscamus, oportet, ut Artis Hermeneuticae praecepta docent. Praeterea de Demetrio Byzantino haec habet Ionsius: *Demetrius Byzantinus, Peripateticus, forte ille philosophus apud Laërtium Lib. V. Dem. scripsit* Περὶ ποιητῶν *aliquot libros. Ex quarto eorum de Pythagorae Symbolis locum adfert Athenaeus* X. 19. *De Socrate ex eodem opere quaedam citat Laërtius lib. II. Socr. Eumdem credo Demetrium citat Athenaeus XII, 12.* ἐν τῷ Περὶ Ποιημάτων, *et XIV, 8.* ἐν τετάρτῳ Περὶ Ποιημάτος. *Hunc, ut arbitror, et Apollonidem Stoicum Cato minor Uticae iam e vita discessurus circum se habebat, teste Plutarcho, Cat. min. De Script. Hist. Philos.* Lib. II. cap. 18. Porro quis credat in libro *De Poëtis* ea inveniri, quae heic refert Philodemus? Quis credat ab eo citari auctorem Catoni minori superstitem? Nonne heic potius, quam alibi ὁ Βυζάντιος adponi debuisset, ne cum Phalereo nuper citato alter hic Demetrius confunderetur? Itaque referenda sunt haec verba ad Demetrium Phalereum, de quo Cicero in exordio sui operis de Officiis: *et id quidem nemini video Graecorum adhuc contigisse, ut idem utroque in genere laboraret, sequereturque et illud forense dicendi, et hoc quietum disputandi genus, nisi forte Demetrius Phalereus in hoc numero haberi potest.* Adde et hoc testimonium: *Demetrius Phalereus primus inflexit orationem, et eam mollem teneramque reddidit; et suavis, sicut fuit, videri maluit, quam gravis. De Orat.* Lib. II. n. 95. Rursus: *Demetrius mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum otioque non modo in solem atque pulverem, sed in ipsum discrimen aciemque perduxit. De Leg.* Lib. III. n. 14. Consonat Laërtius: Χαρακτὴρ Φιλόσοφος, εὐτονίᾳ ῥητορικῇ, καὶ δυνάμει κεκραμένος· *forma dicendi in eo philosophi propria est, oratorio robore, viribusque permixta.* Lib. V. seg. 82. Ex his igitur eruimus recte de Demetrio dixisse Philodemum, *una cum sophistico dicendi genere adposuisse deliberativo sermonem omnibus adcommodatum.* Caeterum si eumdem Demetrium auctorem credas tractatus περὶ Ἑρμηνείας, in hoc animadvertes commendari eloquutionem ita temperatam, ut cuivis dicendi generi adcommodetur, ac tum populo, tum iudicibus persuadendis inserviat: immo exempla, quae ibidem adferuntur, modo a Philosophis, modo ab Oratoribus desumpta sunt. Sin autem alium Demetrium huiusce libri auctorem fuisse censeas, in quam sententiam et nos nuper abivimus pag. 82. (non tamen adhaerentes Fabricio *Bibl. Graec.* Lib. IV. cap. 23. et Harlesio in *Hist. L. Gr.* I. pag. 493. qui ad M. Antonini tempora ipsum pertinere suspicantur) nunquam ad alium quempiam ex viginti Demetriis, quos recenset Laërtius *l. c.* aut ad caeteros, qui a Bibliographis posterioribus additi sunt, Philodemi sermonem devertes. Potius autem memoratam sententiam hic in Phalerei libris *De Rhetorica* invenerat; siquidem γέγραφε. . . . τὰ Ῥητορικά, inquit Suidas *h. v.* quin etiam, πλήθει βιβλίων. . . . ἅπαντας παρελήλακε τοὺς κατ' αὐτὸν Περιπατητικούς. . . . ὧν ἐστὶ τὰ. . . . . ῥητορικά: *librorum multitudine omnes ferme sui temporis Peripateticos superavit. . . . . quorum librorum nonnulli. . . . rhetorici sunt.* Laërt. L. V. segm. 80. Quid quod Philodemus ipse heic prodit se de illo Demetrio agere, de cuius πολιτεύμασι mira narrantur? Plut. *De Reip. Ger.* T. II. p. 818. et T. I. *Vit. Dem.* p. 892. *Francofurti* 1599. scilicet cum *facultate in politicis rebus praeditum* fatetur: quibus verbis quisnam Demetrius signatur, nisi Phalereus, qui *et doctrinae studiis, et regenda civitate princeps fuit?* Cic. *De Leg.* L. III. n. 14. Mox nimirum de ipso legemus illud: τὴν ἐν τοῖς πολειτικοῖς ἑαυτοῦ ποτε γενομένην ἐξουσίαν κ. λ. lin. 27. et seqq. Quae quum ita se habeant, neque ad Byzantinum, neque ad ullum ex caeteris Demetriis spectare poterit, sed ad unum Phalereum haec Papyri περιοχή, quam explicamus.

Lin. 10. et seq. εντευκτικον). Non ad rem, neque secundum σχημα Gros legit επι ευνοιαν. Quae adnotat, non moramur, utpote extra chorum. Neque adsentimur Spengelio, qui τον λογον εντευκτικον novum genus intelligit, et comparat *historico*, de quo in Τεχνων συναγωγη p. 185, et apud Maerkerum ad Theodectem p. 90. fit mentio. Est enim εντευκτικος *facilis*, *comis*, *humanus*; adeoque λογος εντευκτικος ille est, quem Tullius Phalereo tribuit, mollis nimirum, suavis, parum vehemens, dulcis, uti ex locis modo adlatis, aliisque similibus colligi potest. Quod autem huiusmodi esse debeat λογος πρεσβευτικος, seu κατα πρεσβειαν τοις Δυναϛαις, ut N. indicat, satis probat Polybius *Excerpt. Vatic.* XII. 10.

Lin. 14. et seq. κατα πρεσβειαν τοις Δυναϛαις). Hanc sententiam refero ad gloriam, qua Rhetores saepe potiti sunt, quum publico iudicio eos ad res magnas conficiendas deligebant civitates. Nimirum Gorgias legatus missus est a Leontinis ad Athenienses, atque omnia ex animi sui sententia τεχνη ρητορικη, *dicendi artificio*, confecit. Diod. Sicul. *Bibl.* Lib. XII. cap. 53. Hippiae quoque non semel legationes commissae sunt, quas feliciter absolvit. Plat. *Hipp. Mai. in princ.* Sequiori aevo Marcus Sophista Byzantius, Polemon Smyrnaeus, Scopelianus, aliique Βασιλειους πρεσβειας, non sine ingenii gloria et civium utilitate, susceperunt, uti narrat Philostratus in eorum *Vitis*.

Lin. 22. et seq. αληθειας). Quisquis oculos in Papyrum iniiciet, liquido perspiciet nunquam in eo scriptum fuisse ασκησεως μιας, quod intrusit Gros, sed potius αληθειας. *Veritatis* enim inquisitionem, et notitiam *sibi* esse *propriam* dictitabant Epicurei. Vide Gassendum *Animadv. in L. X: Laërt.* T. I. p. 71. et seqq. T. II. p. 5. *Philos. Epic. Syntagm.* P. I. Can. III. *Lugd.* 1625.

ΤΟΥΠΟΤΕΓΕΝΟΜΕΝΗΝΕΞΟΥ
ϹΙΑΝΚΑΙΕΠΙΤΑϹΚΕΨΕΙϹΜΕ
ΤΑΓΕΙΤΑϹΠΙϹΤΕΩϹΔΕΟΜΕ
ΝΑϹΑΠΟΤΕΘΕΩΡΗΜΕΩΝ
ΤΟΙΓΑΡΟΥΝΩΓΑΙΕΠΑΙΑΠΑΝ
ΤΩΝΑΜΕΡΗΦΑϹΙΤΙΝΕϹΚΑΙ
ΔΙΔΑΓΜΑΤΑΤΗϹΡΗΤΟΡΙΚΗϹ
ΥΠΑΡΧΕΙΝΟΤΙ ΤΑ ΜΕΝ ΚΑ
ΤΕΨΕΥϹΤΑΙΤΑΔΟΥΘΕΝΧΡΗ
ϹΙΜΕΥΕΙΤΟΙϹΜΗΤΑ ΡΗΤΟ
ΡΙΚΑϹΟΦΙϹ ΤΕΥΟΥϹΙΔΗΛΟΝΟ
ΤΙΠΟΜΠΕΥΕΤΑΙΠΑΡΑΥ
ΤΟΙϹΤΟΜΗΤΕΡΑΤΩΝΜΑ
ΘΗΜΑΤΩΝΚΑΙΤΩΝΤΕΧΝΩΝ
ΕΙΝΑΙ ΚΑΙΤΙΝΕΝΘ..ΚΗΝΚΑΙ
ΑΦΕΤΗΡΙΟΝ ΤΗΝΡΗΤΟΡΙΚΗΝ
ΚΑΙΜΑΛΛΟΝ ΕΤΙΜΕΤΑΤΗϹ
ΠΕΙΘΟΥϹ ΛΑΜΒΑΝΟΜΕΝΗΝ
ΤΟΓΑΡΥΠΕΝΙΩΝΛΕΓΟΜΕ
ΝΟΝ ΟΤΙ ΚΑΙΒΛΑΠΤΕΙΠΡΟϹ
ΤΕΘΕΙϹΑΠΑΤΑΙϹ ΕΙϹΑΛΛΟΝ
ΚΑΙΡΟΝΗΜΕΙϹΥΠ..ΡΒΑΛΛΟ
ΜΕΘΑ ΤΟΜΕΝΤΟΙΜΑΡΤΥ
ΡΕΙϹΘΑΙΔ..Α..ΩΝ ΑΠΟΤΕ
ΛΕϹ..ΑΤΩΝ ΩϹΟΙΤΗΙΡΗΤΟ
ΡΙΚΗΙΠΡ..ΔΙΑΤΡΕΙΨΑΝΤΕϹ

COL. XXXXII

Carlo Oratij dis. *Bart. Oratij inc.*

COLUMNA XXXXII.

του ποτε γενομενην εξουσιαν και επι τας σκεψεις μεταγει τας πιστεως δεομενας. Αποτεθεωρημενων τοιγαρουν, ω Γαϊε παι, ἁπαντων, ἁ μερη φασι τινες, και διδαγματα της Ρ῾ητορικης ὑπαρχειν, ὁτι τα μεν κατεψευσται, τα δ' ουθεν χρησιμευει τοις μη τα ρ῾ητορικα σοφιστευουσι, δηλον, ὁτι πομπευεται παρ' αυτοις το μητερα των μαθηματων, και των τεχνων ειναι, και τιν' ενθηκην, και αφετηριον την Ρ῾ητορικην, και μαλλον ετι μετα της πειθους λαμβανομενην. Το γαρ ὑπ' ενιων λεγομενον, ὁτι και βλαπτει προστεθεισα απαταις, εις αλλον καιρον ἡμεις ὑπερβαλλομεθα. Το μεν τοι μαρτυρεισθαι δ' αυτων αποτελεσματων, ὡς οἱ τῃ Ρ῾ητορικῃ προδιατρειψαντες

aliquando propria erat, etiam reducit ad disquisitiones, quae egent probatione. ¶ Perspectis itaque, o Cai puer, iis omnibus, quae nonnulli dicunt esse partes, et documenta Rethoricae, quoniam nonnulla quidem ementita sunt, alia vero nihil prosunt, iis qui res Rhetoricas methodo Sophistarum non profitentur; patet vano fastu iactari ab ipsis Rhetoricam esse disciplinarum artiumque matrem, earumque promptuarium quoddam, ac principium; atque multo magis id esse, si cum persuadendi vi coniungatur. Quod enim a quibusdam adseritur, eam etiam nocere, quia ad decipiendum adhibetur, nos in aliud tempus discutiendum reiicimus. Porro quod ipsi effectus testentur viros, qui Rhetoricae prius operam navarunt,

CAP. XXV.

Epilogus.

ADNOTATIONES.

Lin. 1. ποτε.) Που pro ποτε evidenti errore exhibet Gros: sensum autem hunc esse censeo: *si Phalereus aufert a Philosophis veritatis sermonem, qui ad eos pertinet, ipsumque Rhetoricis tribuit. politicam facultatem, in qua aliquando ipse excelluit, in dubium, et disputationes ancipites deïicit.* Nimirum si in hoc graviter errabat, ut omnem veritatem subiiceret Sophistis; etiam in Politicis praeceptis suis errores plures, eosque gravissimos admittere facile potuit: adeo ut ipsa a nemine, nisi post discussionem reciperentur.

Lin. 4. et seqq. Αποτεθεωρημενων). Erravit Amanuensis scribendo αποτεθεωρημεων, neque errorem emendavit Orthographus. Quod autem mirum est, Gros non deprehendit hinc periodi initium esse sumendum; quum nota marginalis id satis indicet, ac πιστεων αποτεθεωρημενων neque σχηματι congruat, neque recte, uti et ipse animadvertit, dicatur.

Lin. 5 ω Γαϊε παι). Heic hallucinatus est Gros; legit enim: ὧδε πως, quum perspicue legatur nomen illius discipuli, cui Tractatum suum Philodemus dicasse videtur. Quis autem fuerit iste *Caius puer*, in Praefatione exposuimus.

Lin. 8. ὑπαρχειν). Ita litterula superaddita legendum docet, quod Spengel quidem autumavit, Gros autem adeo non est suspicatus, ut periodum temere perturbarit: quod et mox facit eam in verbo σοφιστευουσι praepropere concludens, ubi alterum eius membrum incipit. Philodemus enim duo adversus Sophistas probare sategit: alterum quod plura ad Rhetoricae laudem ab eis praedicata *falsa sint:* alterum autem, quod ea ipsa, quae vera sunt, *nullam utilitatem adferant.* Haec itaque in epilogo memorat, ut et conclusionem suam deducat, et Epicuri Magistri sui vestigiis insistat: quemadmodum in Praefationibus ad eiusdem Libros *De Rhetorica* videre est. *Hercul. Vol.* T. IV. P. II. et Tom. V. P. I.

Lin. 15. et seq. τιν' ενθηκην και αφετηριον). Spengel somniatur παρενθηκην, et queritur hoc nomen *non apparere in iis, quae supersunt.* Gros vero fingit διενθηκην, et *vocem in Lexicis deesse* fatetur. Per nostrum απογραφον genuina lectio restituitur, atque vox ενθηκη ab aliis Scriptoribus usurpata cum alia item obvia, i. e. αφετηριον, recte copulatur. Sophistae enim persuadere nitebantur Rhetoricam non modo esse ενθηκην *promptuarium* omnium disciplinarum et artium, sed etiam inde esse incipiendum, ut ad hasce addiscendas perveniatur; quemadmodum e *carcere* equi cursu certaturi dimittebantur, et in *portu* naves profecturae rebus necessariis instruebantur: atque utrumque vox αφετηριον denotare noscitur.

Lin. 20. et seq. προστεθεισα απαταις.). Προσφθοραις ἁπασαις Gros, invita Minerva et renuentibus Lexicographis, legere contendit. Rhetorica nimirum, si mendaciis, et deceptionibus inservit, procul dubio perniciosa est: quamobrem veracitas in oratore requiritur, Cic. *De Orat.* Lib. II. n. 229. Quod autem Sophistae *expertes veritatis homines* fuerint, ut Tullii verbis utar, *ibid.* II. 81. superius indicavimus, et Philodemus in sua ανακεφαλαιωσει praetermittendum non putat. Illi enim *contentionis cupidiores erant, quam veritatis, ibid.* L. I. n. 47. Immo etiam audiebant απατεωνες. Hesych. *h. v.* Suidas *h. v.* Aristophanis Scholiastes in verba βοσκειν Σοφιστας. Themist. Orat. I.

Lin. 22. et seq. ὑπερβαλλομεθα). Gros substituit ὑπερβαλλομεν. Τουτο. Secus habet σχημα; atque ὑπερβαλλεσθαι activa significatione, *in aliud tempus reiicere*, adhibetur ab Herodoto III. 76. VIII. 112. IX. 44. 51. Αποτελεσματα porro, de quibus mox agit, quidnam sint, vide Doxop. *Homil. in Aphthon.* et Ioann. Sicel. *Schol. in Hermog. Rhet. Gr.* Walz. T. II. p. 110. et T. VI. p. 70.

Lin. 26. προδιατρειψαντες). Ita per diphthongum ει, ut in sequenti pagella αποπειπτοντας, et μεισουμενους.

ΑΜΕΙΝΟΥϹΓΙΝΟΝΤΑΙΤΩΝΟΜΟ
ΓΕΝΩΝΔΙΑϹΤΕΛΛΟΜΕΘΑΦΑϹ
ΚΟΝΤΕϹ ΕΙΜΕΝΕΝΤΟΙϹΙΔΙ
ΟΙϹΑΜΕΙΝΟΥϹΓΕΙΝΕϹΘΑΙΛΕ
ΓΟΥϹΙΝΜΗΜΟΝΟΝΨΕΥΔΕϹ
ΘΑΙΦΑΝΕΡΩ...ΑΛΛΑΚΑΙΔΙΑ
ΝΟΗϹΕΩϹ ΕΚΠΕΙΠΤΟΝΤΑ...
ΠΑϹΗϹ ΕΙΜΗΔΙΑΝΟΗΤΟΝ
ΑΡΑΤΟΝΜΑΘΟΝΤΑΜΟΥϹΙΚΟΝ
ΤΑΡΗΤΟΡΙΚΑΜΟΥϹΙΚΩΤΕΡΟΝ
ΑΠΟΤΕΛΕΙϹΘΑΙ ΤΗϹΡΗΤΟΡΙ
ΚΗϹ ΤΑΜΟΥϹΙΚΑΜΗΔΙΔΑϹ
ΚΟΥϹΗϹ ΕΙΔΕΤΑΚΩΛΥΟΝΤΑ
ΤΟΙϹ ΘΕΩΡΗΜΑϹΙΝΧΡΗϹΘΑΙ
ΠΕ...ΙΑΙ...ΕΙΝ ΤΟ ΤΗ ΦΙΛΟϹΟ
ΦΙΑΙ ΠΡΟϹΟΝϹΦΕΤΕΡΙΖΕϹ
...ΑΙΜΗΔΕΝΕΙϹΤΟΤΟΙΟΥΤΟ
Φ...ΡΟΝΠΡΟϹΦΕΡΟΜΕΝΟΥϹΕΙ
ΔΕΠΡΟϹΤΟΚΑΤΕΡΓΟΛΑΒΕΙΝ
ΜΑΛΛΟΝ ΑΛΛΩΝ ΚΟΜΨΕΙ
ΑΝΤΙΝΑΠΕΡΙΠΟΙΟΥΜΕΝΟΥϹ
ΟΥΤΕΠΑΝΤΑϹ ΕΠΙΔΕΙΞΕΙΝ
ΤΟΥΤΕΚΠΟΡΙΖΟΜΕΝΟΥϹ
ΑΛΛΑΚΑΙ ΤΟΥΝΑΝΤΙΟΝΠΟΛ
ΛΟΥϹΑΠΟΠΕΙΠΤΟΝΤΑϹΚΑΙ
...ΟϹ...ΤΙΜΕΙ...ΟΥΜΕΝΟΥϹ

COL. XXXXIII

Carlo Oratij dis. *Bart. Oratij inc.*

COLUMNA XXXXIII.

αμεινους γινονται των ὁμογενων, διαστελλομεθα φασκοντες, ει μεν εν τοις ιδιοις αμεινους γεινεσθαι λεγουσιν, μη μονον ψευδεσθαι φανερως, αλλα και διανοησεως εκπειπτοντας πασης· ει μη διανοητον αρχ τον μαθοντα Μουσικον τα Ῥητορικα, Μουσικωτερον αποτελεισθαι, της Ῥητορικης τα Μουσικα μη διδασκουσης· ει δε τα κωλυοντα τοις θεωρημασιν χρησθαι περιαιρειν, το τη Φιλοσοφια προσον σφετεριζεσθαι, μηδεν εις το τοιουτο φορον προσφερομενους· ει δε προς το κατεργολαβειν μαλλον αλλων κομψειαν τινα περιποιουμενους, ουτε παντας επιδειξειν τουτ' εκποριζομενους, αλλα και τουναντιον πολλους αποπειπτοντας, και προσετι μεισουμενους,

praestantiores fieri aliis eiusdem disciplinae studiosis, distinguimus dicentes *hoc*: si quidem in peculiaribus *disciplinis* praestantiores fieri dicunt, *eos* non solum manifeste mentiri, sed etiam ab omni recta cogitatione excidere; nisi forte mente concipi possit Musicum, qui res Rhetoricas didicit, in Musica arte perfici, quum Rhetorica res Musicas minime doceat: si autem *praestantiores fieri contendunt*, quia auferunt a mente ea, quae doctrinarum usum praepediunt; *tunc dicimus ipsos* id, quod Philosophiae proprium est, sibi adrogare, quum nihil ad hunc finem obtinendum adferant opportunum: si denique *praestantiores fieri dicunt*, quia ad aliquid elaborandum prae caeteris elegantiam quandam sibi comparant; *nos respondemus* eos non posse ostendere omnes *Rhetores* id praestare, sed etiam contra *posse ostendere* multos decidentes, immo et invisos,

Lin. 5. et seq. εν τοις ιδιοις). Ιδια vocat Noster ea, quae *peculiaris materia* sunt cuiusvis disciplinae: uti ιδιαιτερον μερος της Γραμματικης legitur apud *Sext. Empir. Advers. Gramm.* L. I. c. 4. p. 236. Quo sensu dicitur ιδιον, και ου κοινον apud Aeschinem, p. 67. *ed. Steph.* Iam vero eam fuisse Sophistarum audaciam, ut quae *propria* sunt cuiusque scientiae et artis, se callere dictitarent; atque adeo πανεπιστημοσυνην φιλοσοφικην sibi tribuerent, Dionysius Halicarnassensis in *Isocr.* T. II. p. 150. *Oxon.* 1704. et Sextus Empir. *Advers. Rhet.* p. 288. *Lips.* 1718. tradiderunt. Cur autem Musicae, quam memorat Philodemus, se peritos esse iactarint Sophistae, ex eo fortasse ortum est, quod scribit Athenaeus: παντας τους χρωμενους τη τεχνη ταυτη Σοφιστας απεκαλουν; *omnes hac utentes arte* (*Musica*) *Sophistas adpellabant.* Subiciit etiam Aeschyli testimonium:

Ειτ' ουν Σοφιστης καλα παραπαιων χελυν.
Deinde probe testudinem pulsans Sophista.


Dipnos. L. XIV. pag. 292. *Argentor.* 1805.

Lin. 8. ει μη διανοητον). Emendat verbum Gros, legitque διανοητεον. Nos Artis Hermeneuticae praecepta tenentes emendationem, utpote minime necessariam, non recipimus. Vox enim διανοητος saepe occurrit in Philosophorum scriptis eo sensu, quem heic sequuti sumus. Vide Aristotelem *Anal. Prior.* L. I. c. 33. Quin etiam ex eadem voce fit superlativus διανοητοτατος apud Philonem, Vol. II. pag. 20. 28.

Lin. 17. et seq. το τοιουτο φορον). Ex ingenio προς praeponens Gros legit το τοιουτο προσφορον, quod aperte respuit pagellae margo; sed et durissima dictio προσφορον προσφερομενους ab auribus omnino arcenda videtur. Quod autem το φορον significet aliquid *commodum et perferens ad finem destinatum*, iam notavit Budaeus, *Comm. L. G.* pag. 540. *Basil.* 1557. Adsunt exempla apud Alex. Aphrod. *De Anima* pag. 158. *Ven.* 1535. Immo etiam apud Plutarchum Tom. II. p. 5. et 405. *Franc.* 1599. et apud Strab. T. I. pag. 403. *Amstel.* 1707.

Lin. 20 μαλλον αλλων). Ex tripode dictat Gros μαλλον των αλλων, quum sine illo articulo rectius heic procedat sermo, atque Oxoniense, aeque ac nostrum εκτυπον, ipsum non admittant.

Lin. 26. μεισουμενους). Dormitat Gros, dum heic legit ατιμουμενους. Spengelius legit μειουμενους. Mitto utriusque *Adnotationes*, in quibus eorum dubitatio de verbo ita lecto exponitur. Nos, qui in Herculanensibus Voluminibus ipsissimum μεισειν cum diphthongo scriptum saepe deprehendimus, quovis pignore contendimus aliud non esse heic restituendum. Quod autem Sophistae *in invidiam et offensionem* adeo *inciderint*, ut *odiosi et invisi* haberentur; fuse ostendit Cresollius *Theat. Vet. Rhetor.* Lib. I. c. 10. et seq.



ΟΥΤΕΜΑΛΛΟΝΗΠΛΕΙΟΝΑϹ
ΥΠΟΤΗϹΡΗΤΟΡΙΚΗϹΗΠΟΙΗ
ΤΙΚΗϹΚΑΙΓΡΑΜΜΑΤΙΚΗϹΚΑΙ
ΦΙΛΟϹΟΦΙΑϹϹΥΝΕΡΓΟΥΜΕΝΟΥϹ
ΑΔΕΓΟΡΓΙΑϹΕΙϹΗΚΤΑΙΛΕΓΩΝ
ΠΑ.Α ΠΛΑΤΩΝΙΠΕΡΙΤΟΥ
ΤΟΝΡΗΤΟΡΙΚΟΝΑΠΑΝΤ..ΤΕ
ΧΝΕ..ΤΟΥΤΕΧΝΙΚΩΤΕΡΟΝΕΙ
ΝΑΙΔΟΞΕΙΝΕΝΤΟΙϹΥϹΤΕΡΟΝ
ΓΡΑΦΗϹΟΜΕΝΟΙϹΛΟΓΟΙϹΑΠΟ
ΘΕΩΡΗϹΟΜΕΝ

ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ
ΠΕΡΙΡΗΤΟΡΙΚΗϹ
) Δ)

Τ..Ν...ΙϹ.....ΔΕΥ..ΕΡ..Ν

COL. XXXXIV

Carlo Oratj dis Bart: Oratj inc.

COLUMNA XXXXIV.

ουτε μαλλον, η πλειονας, ὑπο της Ρ῾ητορικης, η Ποιητικης, και Γραμματικης, και Φιλοσοφιας συνεργουμενους. Α῾ δε Γοργιας εισηκται λεγων παρα Πλατωνι περι του τον Ρ῾ητορικον ἁπαντος τεχνει του τεχνικωτερον ειναι δοξειν, εν τοις ὑστερον γραφησομενοις λογοις αποθεωρησομεν.

neque magis, aut plures a Rhetorica, quam a Poëtica, et Grammatica, et Philosophia adiutos. Quae autem Gorgias dicere inducitur apud Platonem, nempe Rhetoricum quovis artifice artificiosiorem visum iri, id in sermonibus posterius scribendis expendemus

ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ

Περι Ρ῾ητορικης

Δ

PHILODEMI

De Rhetorica

IV

Lin. 2. et seqq. Ποιητικης, και Γραμματικης, και Φιλοσοφιας). Haec tria adfert Philodemus, quae ad bene dicendum maximo *adiumento* esse solent. Id nimirum in harum vestibulo praedicat quisquis ipsas tradendas suscipit, uti in Praefationibus passim legimus. Quare Sextus Empiricus hanc laudem eis praeripere suis cavillationibus conatur in libris, quos adversus eos elucubratus est.

Lin. 6. παρα Πλατωνι). Oxoniense απογραφον perspicientes Spengel, et Gros, articulum praeposuerunt, legeruntque: ὁ παρα Πλατωνι. Sed genuina lectio, quam sequimur, non ita se habet; Philodemo enim non erat dicendum: *Gorgias ille, qui apud Platonem est*, perinde ac si alterum Gorgiam vellet excludere; sed simpliciter *Gorgias apud Platonem,* ut Adversarium, quem confutaturus erat, simulque locum, uti extabat refellenda sententia plane indicaret.

Lin. 6. et seqq. περι του κ. λ.). Animo tantulum maligno περιφραστικως Gorgiae sententiam N. A. proponit: si enim ipsissima verba apud Platonem exquiras, minime invenies. Habes tamen sequentia, quae ferme eodem recidunt: Και τοι εν ταυτη τη δυναμει (Ρ῾ητορικη) δουλον μεν ἕξεις τον ιατρον, δουλον δε τον παιδοτριβην· *quamquam illius facultatis vi servum quidem habebis medicum, servum et puerorum exerciterem.* T. I. p. 452. (Ρ῾ητορικη) ἁπασας τας δυναμεις συλλαβουσα ὑφ' ἀυτη εχει . . . . . Η῾ μεν ουν δυναμις τοσαυτη εστι και τοιαυτη της Τεχνης. *(Rhetorica) facultates omnes complectens sub se continet. Huius itaque Artis tanta ac talis est virtus.* p. 456. Τας αλλας ἁπασας τεχνας ὡσαυτως εχει ὁ Ρ῾ητωρ, και ἡ Ρ῾ητορικη, *omnes alias artes pariter habet Rhetor, et Rhetorica.* p. 459. *Ed. Steph.* Atque alia huiusmodi permulta sunt in eo Dialogo.

INDEX I.

Capitum, in quae partiri textus commode potuit.

SECTIO I.

Caput I.

Vitiosa Sophistarum pronunciatio 1

Caput II.

Sophistarum praestantissimi reprehenduntur .. 1

Caput III.

In quo sollertia Sophistarum eluceat 7

Caput IV.

Ad quid abutantur tropis et schematis 11

Caput V.

De his immerito se iactant 15

Caput VI.

Peculiariter id probatur ex Sophistarum documentis de Metaphoris 19

Caput VII.

De Metaphoris praecepta et exempla Rhetorum non prosunt 23

Caput VIII.

Quidam earum usus a Rhetoribus praedicati recensentur 27

Caput IX.

Philodemus respondet Rhetorum argumentis .. 31

Caput X.

Translationum usus in reprehensionibus, et vitia inde oriri solita in sermone 35

Caput XI.

Metaphora obscuritatem parit propter diversam de iisdem rebus auditorum sententiam 37

Caput XII.

Metaphora delectat, quippe quae novas rerum notitias, et celeriter parit 37

Caput XIII.

Sophistae, ut se Philosophos ostendant, duriores metaphoras affectant 39

Caput XIV.

Physici nugas Sophistarum circa metaphoras spernunt 41

Caput XV.

Non omnes, nec omnino fugiendae translationes. 43

SECTIO II.

Caput I.

Sophistica praecepta orationem recte et sublimiter contextam non efficiunt 49

Caput II.

Obiectioni respondet Philodemus 53

Caput III.

Ab experientia desumit argumentum 55

Caput IV.

Notatur adversarii temeritas 57

Caput V.

Nullam esse exercitationum rhetoricarum utilitatem probat 61

Caput VI.

Quantam vim exercitationibus suis adrogent Sophistae 63

Caput VII.

Sed falsitatem suam aperte produnt 67

CAPUT VIII.

Neque rectam pronunciationem sibi vindicare possunt Sophistae 69

CAPUT IX.

Hanc potius natura, quam ars docet 71

CAPUT X. (deest capitis indicatio)

Eamdem prosequitur demonstrationem 73

CAPUT XI.

Indiget etiam naturali dispositione 75

CAPUT XII.

Demosthenis sententia non obstat 77

CAPUT XIII.

Sophistarum orationibus recte pronuntiandis quid obsit 81

CAPUT XIV.

Vitia pronuntiationis in Sophistis 85

CAPUT XV.

Pronuntiatio est inter res relativas 87

CAPUT XVI.

Quaenam, et quam falso sibi adrogent nonnulli Sophistae 89

CAPUT XVII.

Alia Rhetorum absurditas de inventione refellitur 93

CAPUT XVIII.

In singulis disciplinis ad quosnam pertineat inventio 99

CAPUT XIX.

Quid Auctor sentiat de inventione, qua Rhetores pollere dicuntur 107

CAPUT XX.

Quid valeant Sophistae in triplici quaestionum genere 109

CAPUT XXI.

Quid praecipue valeant in genere demonstrativo 113

CAPUT XXII.

Eorum laudationes non prosunt 117

CAPUT XXIII.

Immo nocent 119

CAPUT XXIV. (XXIII.)

Laudando et vituperando impares sunt 123

CAPUT XXV. (XXIV.)

De hac re quid negandum, et quid concedendum sit Sophistis 129

CAPUT XXVI. (XXV.)

Epilogus 135

INDEX II.

Auctorum, qui in hoc volumine citantur, adlegantur, inlustrantur, laudantur, corriguntur, notantur.

A

Aeschines.
Aeschylus.
Alcidamas.
Alexander Aphrod.
Alexander Num.
Alexandrinus.
Anaximenes.
Anonymus de Part. Orat.
Antiphon.
Antisthenes.
Apsines.
Archidamas.
Archytas apud Stob.
Aristophanes.
Aristoteles.
Arrianus.
Athenaeus.
Auctor Rhet. ad Herem.
S. Augustinus.
Aulus Gellius.

B

S. Basilius.
Beckerus.
Bettinellius.
Boissonade.
Bruckerus.
Budaeus.
Bulengerus.
Burmannus.

C

Callimacus.
Callippus.
Carneades.
Cato.
Cephalus.
Cesarottius.
Charisius.
Chresollius.
Cicero.
Claudianus.
Clinton.
Clitarchus.
Cocondrius.
Cornelius Nepos.
Critias.

D

Demetrius Byzantinus.
Demetrius Phalereus.
Demosthenes.
Dinarches.
Dio Chrysostomus.
Dio Prusaeus.
Diodorus Siculus.
Diogenes Laërtius.
Dionysius Alicarn.
Dubnerus.

E

Eliensis.
Ennodius.
S. Epiphanius.
Erasmus.
Eratosthenes.
Ernestus.
Eunapius.
Euripides.
Eustachius.

F

Fabius.
Fabricius.
Francius.

G

Galenus.
Gassendus.
Georgius Cheroboscus.
Gregorius Corinthius.
S. Gregorius Nazianzenus.
S. Gregorius Nyssenus.
Grosius.

H

Harlesius.
Hase.
Hegesias.
Heindorfius.
Henricus Stephanus.
Hermogenes.
Herodotus.
Hesiodus.
Hesychius.
Hieronymus.
S. Hieronymus
Homerus.

I

S. Ioannes Chrysostomus.
Ioannes Saresburiensis.

Ioannes Sicel.
Ionsius.
Ioseph Flavius.
Ioseph Racendyt.
Ippolytus.
S. Isidorus.
Isocrates.
Iulianus.
Iulius Valerius.
Iustinus Martyr.

L

Lampillas.
Langbaenius.
Libanius.
Lobeckius.
Longinus.
Lucianus.
Lucilius.
Lycon.

M

Macrobius.
Maercherus.
Marcellinus.
Marcellus.
Martialis.
Matthias.
Maximus Tyrius.
Melesermus.
Menagius.
Menander.
Menexenius.
Michaël Psellus.

N

Nicagòras.
Nicostratus.

O

Orpheus.

P

S. Paulus.
Perizonius.
Phavorinus.
Phaedrus.
Philo.
Philonicus.
Philopater.
Philostratus.
Photius.
Pittacus.
Plato.
Plinius.
Plutarchus.
Pollux.
Polybius.
Polycrates.
Potterus.
Pythagoras.
Pythocles.

Q

Quintilianus.

R

Reiskius.
Rhunchenius.
Ritterus.

S

Schirachius.
Schweighausenes.
Seneca.
Sextus Empiricus.
Socrates.
Sopater.
Spaanus.
Spengelius.
Stanleius.
Stesicorus.
Stobaeus.
Strabo.
Sturmius.
Sturzius.
Suida.
Svetonius.
Synesius.
Syrianus.

T

Themistius.
Theo.
Theophrastus.
Thomas Galeus.
Thucydides.
Tiberius.
Tollius.
Trypho.
Tzezes.

V

Valckaenerius.
Valesius.
Varro.
Victorius.
Volfius.
Vossius.

X

Xenophon.

INDEX III.

Vocum Graecarum animadversione digniorum, quae in hoc volumine notantur.

Littera S. *Sectionem*, C. *Columnam*, l. *lineam*, p. *paginam indicat.*

A

Αγνευοντες S. II. C. VII l. 8 p. 61 et 62.
Αγωνιας η διατριβας S. II. C. IV l. 19 p. 55 et 56.
Αθλιον S. II. C. XXI l. 11 p. 91 et 92.
Αιγινα S. I. C. XXII l. 13 p. 43 et 44.
Αμετρα S. I. C. I l. 3 p. 1 et 2.
Αναλογοις S. II. C. XII l. 10 p. 72 et 73.
Ανιστορητοι S. II. C. VII l. 3 p. 61 et 62.
Αντιδιωκουσι S. I. C. V l. 6 p. 9 et 10.
Αντιστροφον S. I. C. XIX l. 25 p. 37 et 38.
Αντιφωντος S. II. C. V l. 16 p. 57 et 58.
Αρχειτε S. II. C. XXIV l. 6 p. 97 et 98.
Αστεϊσμον S. I. C. XXIII l. 24 p. 45 et 46.
Ατυχουντος, αλυπησουσιν, προσδιαφραδειν S. I. C. XIV l. 6 et seqq. p. 27 et 28.

B

Βιαιομαχησουσι S. II. C. XIII l. 23 p. 73 et 74.

Γ

Γλοιωδους S. I. C. I l. 5 p. 1 et 2.

Δ

Δειξεσιν S. I. C. VI. l. 13 p. 11 et 12.
Διαλογης S. II C. XXII l. 5 p. 71 et 72.
Διατριβων S. II C. VIII l. 7 p. 63 et 64.
Διατροπας S. II C. XXXVIII l. 10 p. 125 et 126.
Διαχωρει S. II C. XX l. 5 p. 89 et 90.
Διαψευδομενων S. II C. X l. 14 et 15 p. 67 et 68.
Δικαστηριακον S. II C. XXXI l. 14 p. 111 et 112.
Δολιος S. I C. XIX l. 22 p. 17 et 18.
Δυσκορουντων S. I C. III l. 1 p. 5 et 6.

E

Εικαιολογωτερους S. II C. IX l. 14 et 15 p. 65 et 66.
Εκπλεκτους S. I C. XV l. 12 p. 29 et 30.
Εκτεχνολογηται S. II C. XXII l. 10 p. 93 et 94.
Εναργειαν S. I C. XVIII l. 1 p. 35 et 36.
Εντευτικον S. II C. XLI l. 10 p. 131 et 133.
Επιδιφριον S. II C. XVII l. 21 p. 83 et 84.

E

Επιτυφλως S. I. C. XVIII. l. 22 p. 35 et 36.
Επιχαινωσι S. II. C. XXIV l. 4 p. 97 et 98.
Εργατας S. I C. XXIII l. 21 p. 45 et 46.
Ευθεσιαν S. I C. II l. 10 p. 3 et 4.
Ευρεσιλογειν S. II C. XXVI l. 1 p. 101 et 102
Ευσχημονησαντες S. I C. II l. 1 p. 3 et 4.
Εωλων S. I C. X l. 8 p. 19 et 20.

Θ

Θουκιδιδην S. II C. VI l. 16 p. 59 et 60.

I

Ιδιολογιαις S. II C. XXI l. 8 p. 91 et 92.

K

Καθησθαι S. I C. VIII l. 22 p. 15 et 16.
Κακορυθμον S. I C. I l. 3 p. 1 et 2.
Καξ S. II C. XIX l. 1 p. 87 et 88.
Καπανευς S. II C. VII l. 16 p. 61 et 62.
Καταντησωσιν S. II C. LX l. 14 p. 129 et 130.
Κατασκευην S. I C. VI l. 18 p. 11 et 12.
Κατατεινοντος S. II C. XV l. 13 p. 77 et 78.
Κιλλου S. I C. VII l. 4 p. 13 et 14.
Κοσμος S. I C. II l. 5 p. 3 et 4.
Κοιλοφωνως S. II C. III l. 16 p. 85 et 86.
Κρουματα S. I C. III l. 13 p. 5 et 6.

Λ

Λεξιθηρες S. I C. XX l. 21 p. 39 et 40.

M

Μαργειτομανιας S. II C XXV l. 13 p. 99 et 100.
Μειμοις S. II C. XII l. 10 p. 71 et 72.

O

Ολυμπια S. I C. VII l. 7 p. 13 et 14.
Ορμαζον S. II C. V l. 2 p. 57 et 58.
Ορων S. I C. 10 l. 17 p. 19 et 20.

O

Οχλικης θυελλης S. II C. II l. 24 et 25 p. 51 et 52.

Π

Παλιλλογειται S. II C. XXXI l. 10 p. 111 et 112.
Παραίδεστεραν S. I C. IX l. 18 p. 17 et 18.
Παραλλαττοντως S. II C. XIV lin. 12 p. 75 et 76.
Πλανητα S. I C. VII l. 19 p. 13 et 14.
Πλασμα S. I C. IV l. 2 p. 7 et 8.
Προκατασκευαζομενης S. II. C. XIII l. 7 p. 73 et 74.
Πρυτανεσιν S. II C. V l. 4 p. 57 et 58.

Ρ

Ραψομεθα S. I C. X l. 25 p. 19 et 20.
Ρητοροπρεπες S. I C. IV l. 8 p. 7 et 8.

Σ

Σκληραν S. I C. VII l. 2 p. 13 et 14.
Σταλαγμοι S. I C. XX l. 22 p. 39 et 40.
Στοχασμω S. I C. VI l. 5 p. 11 et 12.
Συναπεργάζεσθαι S. II C. VI l. 2 p. 59 et 60.

Τ

Ταμεια, θεατρα S. I C. XI l. 5 p. 21 et 22.
Τειχωμα S. I C. II l. 11 p. 3 et 4.
Τυχομενων S. I C. XXI l. 1 p. 41 et 42.

Υ

Υπεξαιρεσεων S. II C. XX l. 18 p. 89 et 90.
Υπερθαυμασιον S. II C. V l. 15 p. 57 et 58.
Υποκρισιν S. II C. XI l. 16 p. 69 et 70.

INDEX IV.

Rerum memorabilium, quae vel in Praefatione, vel in Textu, vel in Adnotationibus occurrunt.

Num Philodemi adversarius Stoicus fuerit? Praefat. §. IV p. III.
Quis fuerit Caius, cuius meminit Philodemus. Praefat. §. VII p. V.
Rhetorici Sophistae qui? S. I C. I l. 11 p. 1 et 2.
Sophistae eloquentiam suam poëticis flosculis ornabant C. II l. 20 et seqq. p. 3 et 4.
De poëtica dicendi ratione C. II l. 21 p. 3 et 4.
De falsis rerum imaginibus, et de inanibus simulacris. C. IV l. 2 et seqq. p. 7 et 8.
De Sophistarum sollertia in effingendis tropis. C. IV l. 11 p. 7 et 8.
In rebus politicis quis laudandus? C. IX l. 8 et seqq. p. 17 et 18.
De Sophistarum vitiosa oratione. C. V l. 7 et seqq. p. 9 et 20.
De duris in eloquutione metaphoris. C. VII l. 2 et seqq. p. 13 et 14.
Philodemus opinionem Stoicorum, et Cynicorum refutat, nam illi metaphorica pro turpibus vocabulis minime usurpabant. S. I C. XVI l. 22 et seqq. p. 31 et 32.
Metaphoras, nonnulli testantur, tum brevitatis, tum perspicuitatis, tum roboris caussa fuisse adhibitas. C. XVII l. 14 et seqq. p. 33 et 34.
De Thucydide oratore, et Paridis coëvo loquitur Philodemus. S. II C. VI l. 16 et seqq. p. 60 et 61.
Plura de pronuntiatione, cui graeca vox ὑποκρισις respondet; et quando ipsa numeris omnibus absoluta dicatur, ut ad singulas animi adfectiones exprimendas sit opportuna. C. XI et seqq. p. 69 et seqq.
Prolixe de inventione disseritur. C. XXII ad XXIX p. 93 ad 107.
Quis fuerit Demetrius, quem heic memorat Philodemus? C. XXXXI l. 7 p. 131 et 132.